BIBLIOTHECA

CLASSICA LATINA

SIVE

COLLECTIO

AUCTORUM CLASSICORUM LATINORUM

CUM NOTIS ET INDICIBUS

On souscrit, à Paris,

CHEZ N. E. LEMAIRE, Éditeur, rue des Quatre-Fils, n° 16.
DEBURE frères, libraires du Roi, rue Serpente, n° 7.
J. DIDOT, l'aîné, imprimeur du Roi, rue du Pont-de-Lodi, n° 6.
F. DIDOT, imprimeur du Roi et de l'Institut, rue Jacob, n° 24.
DONDEY-DUPRÉ PÈRE ET FILS, imp. lib. rue Saint-Louis, n° 46. au Marais; et rue de Richelieu, n° 47.
TREUTTEL et WURTZ, libraires, rue de Bourbon, n° 17.
J. RENOUARD, rue de Tournon, n° 6.
BOSSANGE père, libraire, rue de Richelieu, n° 60.
BRUNOT-LABBE, libraire, quai des Augustins, n° 33.
MONGIE aîné, libraire, boulevard des Italiens, n° 10.
H. VERDIÈRE, libraire, quai des Augustins, n° 25.
ARTHUS-BERTRAND, libraire, rue Haute-Feuille, n° 23.
Et chez tous les Libraires de France et des pays étrangers.

C. SUETONII
TRANQUILLI
QUÆ EXSTANT
OMNIA OPERA

EXCUDEBAT JULIUS DIDOT
NATU MAJOR
REGIS TYPOGRAPHUS

C. SUETONII
TRANQUILLI
DUODECIM CÆSARES
ET MINORA QUÆ SUPERSUNT OPERA

BAUMGARTENII-CRUSII COMMENTARIO

EXCURSIBUS ERNESTII ET ANNOTATIONIBUS
VARIORUM NOVISQUE ILLUSTRAVIT

CAR. BENEDICT. HASE

ACADEMIÆ LITT. ET INSCRIPTT. INSTIT. FRANC. SOCIUS

VOLUMEN PRIUS

PARISIIS

COLLIGEBAT NICOLAUS ELIGIUS LEMAIRE

POESEOS LATINÆ PROFESSOR

MDCCCXXVIII

PRÆFATIO

NOVI EDITORIS.

SUETONIUM ut ederemus, multa quidem nobis aderant auxilia: nec tamen sine timore quodam reputavimus quot et quales viri doctrinam in recensendum explicandumque hunc scriptorem convertissent. Arrogantiæ enim videri poterat in diversam sententiam judicare; tarditatis, vestigiis eorum usquequaque insistere. Tum intelligebamus, argumenti varietas quantam non historiæ tantum, sed omnis vitæ reique Romanæ quum publicæ, tum privatæ requireret cognitionem. Noveramus denique, quam multis in locis vel residua orationis corruptela, vel rerum ipsarum difficultas vanam aliorum operam reddidisset.

Sed maximum nobis adjumentum conferebat vir abundans doctrina BAUMGARTEN-CRUSIUS, quem contracta cum Suetonio a teneris familiaritas, et per complures annos publica interpreta-

tio materiæ, quam eruditissimus scriptor suppeditabat, egregium explanatorem reddiderant.

Immo illud etiam animum erexit atque confirmavit, quod novum nobis subsidium contigit, unde singularem huic editioni commendationem accessuram judicaremus. Etenim codicem manu exaratum, a nemine antea collatum, quem pretiosissimæ neque dum in lucem editæ clarissimi Wesselingii annotationes illustrabant, ex Batavia non mediocri pecunia accersitum, in commentando feliciter adhibuimus.

Itaque, præeunte et viam monstrante ipso Baumgartenio, ad rem accessimus, « his potissi- « mum legibus constitutis, ut textum ad præstan- « tissimarum editionum fidem criticumque quem « exhibent apparatum, quam castissime posse- « mus, reddendum curaremus. » Sed quia maluit editor, antiquitatis peritissimus, commentarii locum historiæ ipsi et aliorum scriptorum, Græcorum plerumque, monumentis destinare, non illum in hoc sequuti, integra auctorum loca supersedimus exscribere : scriptores, libros atque paginas, quoad ejus fieri poterat, indicavimus. Spatium autem, quod omissione tot fragmentorum vacabat, notis luculentissimis, e Casaubono, Burmanno, Egnatio, Ernestio, Wolfio, eque

codice nostro Batavo desumptis, explevimus; quas pro gravitate argumenti in justum modum redactas ad sensum accommodavimus auctoris nostri.

Non mediocrem operam explanatio Suetonii in multis locis sibi deposcere visa est. Alludit sæpissime ad mores Romanos non publicos tantum, sed in vita privata et in domestico usu quotidie obvios; et quia neque ipse ea explanare voluit apertius, et interdum, vel potius nimium sæpe, non magna illis aliunde lux afferri potest, intelligi licet, quantum hodie difficultatis et quantum laboris habeat explicatio.

In hoc igitur commentario componendo, id nobis consilium fuit, ut cognoscerentur fontes, unde partes historiæ, quam tractat Suetonius, uberius peti possent. Hoc pacto fatebimur, impediri quidem quodammodo ac detineri lectionem; neque inficias imus, plerosque scriptores, maxime historicos, celerius percurrendos: ne vel rerum ordo memoria legentium excidat, vel narrationis series sæpius interrupta perturbetur. Nemo autem non agnoscet, in quibusdam esse diutius morandum, qui singulari scribendi ratione usi, argumenti varietate ipsisque intervallis, quæ velut ad requiescendum interposuerunt,

amplioris interpretationis et occasionem dederunt, et effecerunt fere necessitatem. Ejusmodi profecto sunt vitarum scriptores, inque primis Suetonius, qui res publice gestas Cæsarum, ut plerisque satis notas, brevissima narratione memorasse contentus, versatur maxime in describendis moribus illorum temporum et hominum, in exponendis rebus domesticis ac familiaribus, in multis denique, minutius prosequendis, quæ vera historia ut levia suaque dignitate inferiora prætermittere solet. Ibi igitur multa supplenda ex aliis scriptoribus, multa quæ ad leges, mores, instituta, totum vitæ genus illius ævi pertinent, uberius explananda : præsertim quum, oppressa libertate, novam formam respublica non magis quam vita et lingua Romanorum induisset. Præcipuus autem in ea re usus est Græcorum, quos constat suæ genti accuratius exponere, quæ Romani levius tangunt, addere etiam multa serius collecta, quæ prior ætas vel ignoraverat, vel audire non sustinuerat, « sæpe denique ea veritate « uti et libertate, quam sueta servitus metusque, « vel studium partium et propriæ gentis adhi- « bere vetuerant Romanos. » Horum itaque scripta Baumgartenius vir cl. studiose contulit, repetitam instituens fontium Græcorum maxime

lectionem, qui ut in Cæsaris et Augusti vita abundant, ita mox sensim sensimque decrescunt, et tandem in uno fere Dione, eoque ne integro quidem, residunt. Nos ex his locos, qui Suetonio gemini nobis visi sunt, ita diligenter annotavimus, ut in auctoribus ipsis conquiri nullo negotio possent. Poetarum veterum fragmenta, cognatum argumentum tractantia, rarius adhibuimus, nisi ubi ad mores sæculi illustrandos facerent, « partim, quod omnino hujus artis est, augere res et « splendidiore colore adornare, partim, quod « adulatio erga fœdissimos tyrannos », qua cumulati sunt v. g. Martialis et Statius, tantum æquo lectori fastidium movet, ut nos sæpe transscribere etiam et calamo repetere abjecta verba puduerit. Feliciorem segetem, et sententiarum ornamentis et judiciorum gravitate uberrimam, præbebant scriptores tot clarissimi, quibus nostra gloriatur Gallia, poetæ eximii CORNEILLE, RACINE, VOLTAIRE, CHÉNIER, et prosaicæ orationis laude insignes viri MONTAIGNE, BOSSUET, FLÉCHIER, BAYLE, MONTESQUIEU, MASSILLON, alii; quorum verba, ut res poscebat, sed parca admodum et cauta manu, subdidimus.

Restat, ut de editionibus, quæ nostram antecesserunt, judicium feramus, in quo libenter

sententiis ipsisque sæpe verbis clarissimi viri Baumgartenii utemur. Eminent quidem inter superioris sæculi editiones tres, Burmanniana, Oudendorpiana, et Ernestiana, a Wolfio repetita. Institutæ autem sunt consilio tam diverso, ut diversum etiam eorum, qui utuntur, judicium requirant. Quum enim Burmannus copiosissimam annotationum, quas superior ætas pepererat, silvam suo suique temporis more larga manu dedisset, successit Oudendorpius, princeps fere inter Batavos in elimandis Latinorum monumentis: sequutusque Grævii et Gronoviorum vestigia, tanta excelluit diligentia in subsidiis, quæ etiam nova haud pauca ei suppetebant, comparandis et digerendis, tum accurata linguæ et rerum scientia, judicii denique acumine, ut primas in demerendo hoc auctore partes sibi vindicare posset. Neque nominis Ernestiani auctoritas videtur animum nostrum de hac sententia posse depellere. Quamquam enim maxime alieni sumus ab iis, qui in Ernestium ubique invehuntur, fatebimur tamen, non semper nobis placuisse editionum, quas in juventutis usum procuravit, rationem. Aspersæ subinde notulæ, quamvis eximiam prodant viri eruditionem, ex mero tamen lubitu magis quam certo consilio

profectæ videntur. Immo prætermissis sæpe difficultatibus, quas plurimas provectiorem etiam juvenem morari ipsi experti sumus, longiores aliis locis disquisitiones et argutæ nonnunquam, ubi minus opus erat, quia intentior cura viro summo omnem scrupulum exemisset, facilem quum scriptoris lectionem, tum ingenii, dictionis, argumenti cognitionem, minime efficiunt. Atque huic unice caussæ, quod Ernestium non dedisse putabamus, quæ dare potuisset, non immoderationi, vel minori reverentiæ adversus præstantissimum in plurimis literarum generibus magistrum tribuendum est, si quando hoc nobis sumpsimus, ut a viro tanto atque tali dissentiremus.

Reddere Ernestii editionem, non novam procurare, Wolfio fuit propositum. Ita expunxit quidem, quas ille reliquerat, labes: textus sanitati ex pristinis novisque subsidiis, et singulari ingenii acumine, mire consuluit: expediit etiam paucis sæpe verbis difficultates, addiditque suæ Ruhnkenii, cujus dictatis utebatur, auctoritatem. Sed ipsa editionis ratione egregiam potius alienæ crisin, quam suam et se dignam, ipse dedisse visus est.

Quæ quum ita essent, vir ornatissimus Baum-

gartenius excudendam curavit alteram Bipontinam, ad Ernestianæ exemplum maxime expressam, sed recognitam, novisque curis felicissime emendatam, ita tamen, ut ex Oudendorpiana et Wolfiana quidquid melioribus codicibus fultum, vel linguæ et ipsius auctoris usui, rerum denique veritati accommodatius videretur, adderet. Neque longus fuit in enumeranda, quam superiores editiones copiosissime exhibuerant, lectionis varietate; sed de gravioribus admonuisse, vel, quæ caussas et originem variæ depravationis lectorem docerent, commemorasse contentus, brevi tantum disputatione, cur hanc vel illam rationem prætulisset, exposuit; inter eligendum mira profecto nec intermissa ductus sagacitate, ut quodcumque bonum rectumque judicaverit, id optimum cuique rectissimumque facile videri debeat. Ad nos autem quod attinet, minutam in scriptura interpunctioneque emendanda adhibuimus sedulitatem; liber denique ne vitiis macularetur, quæ negligentia peperit, in opere toto diligentissime cavimus. Neque, si nominibus quibusdam debita plura videri possent, in hoc aut detrectavimus officium, aut incuriose nimis rem nostram egimus. Exemplo erunt, quas ad Jul. Cæsarem et Octav. Augustum

peculiares dissertationes subjunximus, quod item Tiberium conati sumus adumbratum sistere, de reliquis, uno alterove excepto, pervulgatum *Cornelii* versum haud dubitanter pronuntiautes:

Le reste ne vaut pas l'honneur d'être nommé.

Quod autem ex hisce Excursibus duos Gallico sermone scriptos, nec minus argumenti novitate, quam gravitate sententiarum, et exquisitissimi de rebus hominibusque judicii acumine commendabiles, quos vir quidam literatissimus nobiscum communicavit, inseruimus; hoc humanissimo lectori gratissimum fore speramus, qui facile animadvertet, nos nihil aut utile, aut jucundum prætermisisse; nostræque Galliæ, tot scriptoribus ditissimæ, clarissimi ingenii decus accedere certo lætabitur.*

Excursus insuper Ernestii, quos Baumgartenius vir cl. indicasse contentus neglexerat, denuo curavimus exscribendos.

* In Excursu ad Vitam C. J. Cæsaris quædam ita corrigenda sunt:

Pag. 148, lin. 30, *pro*, soit qu'on ne se plaigne pas lorsqu'on espère attendrir, *leg.* soit que l'on ne se plaigne que lorsqu'on espère attendrir.

Pag. 150, lin. 1, *pro*, et de la farine de seigle délayée et bouillie, *leg.* et de la farine de seigle délayée en bouillie.

Indices suppeditabat Wolfius; *Historicum* alterum; alterum *Latinitatis Selectæ* : recepimus utrumque fidenter, accommodatum tamen editioni nostræ, quæ complementum inde legitimumque finem accipiat.

Denique Cæsarum imagines, ex vetustissimis ac probatissimis nummis depromtas, imperatoris cujusque vitæ præfiximus.

In hoc autem toto opere concinnando, ut superius diximus, in prioribus acquiescendum fuit editionibus, quas quidem comparare nobis licuit, inque iis, quæ separatis scriptis viri docti ediderunt. Quam ob rem a longo inde tempore ad omnes, qui Suetonii aliquam partem tractarent, libellos valde attendimus, et quæcumque judicii vel novitate, vel veritate notabilia viderentur, convertimus in rem nostram. Nec mediocriter nos juverunt Observationes Mulleri, Scholæ Cizensis Rectoris, in publicum emissæ anno 1804, et Waltheri, Lycei Torgaviensis subrectoris, quæ anno 1813 prodierunt. Neque tacenda est ea, quam secum communicatam a Mullero testatur vir cl. Baumgartenius, editio Plantiniana anni 1596, a Petro Scriverio procurata, ad cujus marginem vir doctus varietatem notavit codicis, de quo ipse initio libri ita scripsit:

« Cæsares Suetonii contuli cum Cod. MS. membranaceo, ex bibliotheca Nic. Jos. Foucault, comitis consistoriani, bonæ notæ, sed admodum recenti; in cujus fine legebatur: JA. DE HOLLANDIA ROMÆ, 1444. XX. FE. FINIVIT. Græca deerant relicto spatio. »

De reliquis Suetonii scriptis idem eodem loco: « Librum de Grammaticis et Rhetoribus contuli cum antiqua editione, in cujus calce exstabat: *Impressum Florentiæ apud Sanctum Jacobum de Ripoli, MCCCCLXXVIII*, anno 1738, mense Aprili et Maio in bibl. Senatus Lipsiensis. » Ac de hac quidem editione, satis ea nota et commemorata etiam a Bipontinis in notitia literaria de Suetonio Tranquillo, pag. XVI, dicere non attinet. Codicis autem transscribere varietatem omnem abstinuimus, quum librarium, quicumque ille fuerit, negligenter prorsus in hoc negotio versatum fuisse satis appareat, multis tamen locis optimorum codd. lectionem isto confirmari, breviter monentes, nonnullis singularem quoque neque ineptam exhiberi.

Accessit item huic editioni commendatio ex editione Casauboni, anni 1611, quæ in bibliotheca Cizensi servatur, ob annotationes a Thoma Reinesio margini adscriptas, quarum specimen Mul-

lerus Observationibus supra memoratis ipse olim adjunxerat. Sunt eæ maximam partem historicæ, partim aliorum scriptorum locos, partim Gruteri inscriptiones aliaque monumenta comparantes, quæ interdum nihil attinebant ad Suetonium; neque tamen, quæ nova et singularia Reinesius subinde admonuerat, Baumgartenius vir cl. commemorare neglexit. Ante oculos quoque habebat Jo. Frederici Reitzii Dictata in Suetonii Augustum et Tiberium, calamo excepta, quæ typis exscribenda non putavit. Reitzius enim (ut fit, quando docemus viva voce) modo antiqua Romanorum instituta paulo uberius exponit, modo curiosius verborum usum et grammaticam etymologiam indagat, multaque immiscet, quæ a magistro ex cathedra addi solent, sed editioni non conveniunt. Cæterum inde etiam varia desumpta sunt, quæ præ cæteris utilia videbantur, eo majoris æstimanda, quod in paucorum tantum conspectum venerant.

Neque tacenda videntur alia auxilia, quæ contulit vir cl. J. F. De la Harpe, e quibus maxime memorare libet: 1° editionem Lugdunensem, 1648, in folio (ut aiunt), cum Beroaldi, Sabellici, Egnatii, Erasmi animadversionibus. 2° editionem Variorum in-8°, cum commentariis Torren-

tii, Casauboni et aliorum: nec tamen illa nobis magno usui fuit. 3° Pitisci editionem, in-4°, 2 vol. quam optimam DE LA HARPE pronuntiavit; sed a clarissimo Baumgartenio non immerito, ut putamus, arguitur, quum commentarios indicesque promiscue compilaret Pitiscus (ob quod summo jure etiam ab Oudendorpio sæpe carpitur), et inutili mole lectorem obruisse, et contulisse, quæ vel parum idonea, vel aliena etiam et absurda, attentiore lectione facile ipse cognovisset.

Fuit autem idem nobis atque Baumgartenio, viro et literarum et antiquitatis æque perito, animus, non cum superioribus interpretibus, quod ille facile potuisset, de eruditionis judiciique palma decertare; sed eam exhibere Suetonii editionem, quæ et magistris in publica institutione, et adolescentulis aliisque, qui minus impeditam hujus scriptoris cuperent lectionem, iis denique sufficeret, qui animi magis oblectandi variisque antiquitatis thesauris instruendi, quam reconditam doctrinam aucupandi consilio, ad eum accessissent. Ita fieri non potuit, quin quædam repetenda viderentur, quæ alii jam copiosius exposuissent: quod si qui crimini nobis dandum existimarent, maximam sane injuriam facerent. Quis enim nova omnia expetat in editione scri-

ptoris sexcenties repetiti? Immo utilius fuerit eligere ex immensa copia, quæ ad rem plurimum faciant, delectu prudenter instituto, resectis, quæ recentior ætas repudiavit, additis, quæ rectius nunc exposita sunt: in compendium redigere longiores de nonnullis locis, vel rebus disputationes; et ubi sententiarum diversitas accidit, omissis, quæ falsa minusque apta etiam doctissimis hominibus excidunt, vera, omniumque punctis probata, ea brevitate, eoque ordine referre, qui recta atque expedita quærentibus promtioris cognitionis et facilioris judicii copiam faciat. Ita, quum persuasum haberemus, minus quidem gloriolæ, quæ ex novitate quæritur, maxime autem utilitati consulendum, ad hunc finem omnes vires nostras convertimus: et judicabunt fortasse, qui diligentiore examine laborem nostrum dignati fuerint, non festinante animo atque studio nos in eo fuisse versatos, neque aliena modo recantasse; sed, ubi acquiescendum etiam in doctiorum hominum judicio atque auctoritate esset, propriis tamen oculis vidisse, neque ulli industriæ pepercisse, quæ necessaria ad nostras rationes videretur.

COLLECTANEA*

DE

VITA ET SCRIPTIS

SUETONII TRANQUILLI,

EX ANGELI POLITIANI IN HUNC SCRIPTOREM PRÆFATIONE POTISSIMUM DESUMTA.

C. SUETONIUS Tranquillus patrem habuit Suetonium Lenem[1], tertiæ decimæ legionis bello Othoniano Tribunum angusticlavium. Natus est circa initia imperii Vespasiani: nam XX annis a morte Neronis adolescentem, item imperante Domitiano adolescentulum se ipse nominat[2]. Adeptus erat et ipse tribunatum militum; sed contulit statim in propinquum suum Cæsennium Silvanum[3]. Post Magister Epistolarum imperatoris Adriani, eo honore privatus est, quod apud Sabinam Principis uxorem familiarius egerat, quam reverentia domus aulicæ postulabat[4]. Matrimonium ipsi parum felix, sine liberis: quare intercessione Plinii junioris jus trium liberorum ab imperatore Trajano obtinuit[5]. Præter Vitas duodecim Cæsarum (quas octo libris ita complexus est, ut prioribus sex singuli Imperatores; septimo solstitiales

* Hæc ex ed. Bipont. reddenda curavimus, notitiam literariam de Suetonio, ut proliziorem pro nost. edit. ratione, præmittere noluimus.

1. Vid. Vitam Othonis cap. 10. Avi sui mentionem facit in Caligula, c. 19, t. II, p. 25, ed. nostræ.
2. Neronis cap. ult.
3. Cf. Plin. Epist. III, 8.
4. Ælian. Spartian. in Adrian. cap. 11.
5. Plin. Epist. X, 95.

illi, Galba, Otho, Vitellius; octavo gens Flavia, comprehendantur) scripsit hæc, quæ recenset Suidas: De Græcorum lusibus librum unum; De Romanorum certaminibus et spectaculis duos; De anno Romano unum; De notis unum; De Republica Ciceroniana, contra Didymum, unum; De nominibus propriis, deque vestium generibus; De ominosis verbis; De urbe Roma et ejus institutis moribusque, libros duos; De stemmatibus illustrium Romanorum. Citantur et hi Suetonii libri: De Regibus tres, ab Ausonio; De institutione officiorum, a Prisciano; et ab eodem De Prætoribus plures: nam etiam octavum allegat. Attribuuntur insuper Suetonio libri: De triumphis; De Poetis; De vitiis corporalibus; De rebus variis. Sed ut duo posteriores a futili tantum auctore Servio citantur, ita De institutione officiorum, et triumphis, e libris De urbe Roma fortasse petiti sint; atque De Poetis comprehensi fuerint libellis De Grammaticis et Rhetoribus, etc. quorum quædam habemus. Alium quoque Suetonium citat Vopiscus, etiam Historicum, sed cognomento Octavium: ejus nihil exstat. Verum quum mentio Vopisci facta sit, lubet hæc collectanea ipsius de hoc Suetonio nostro sententia finire. Vocat igitur emendatissimum et candidissimum scriptorem. Quo elogio omnia dixit.

NOTITIA LITERARIA

DE

C. SUETONIO TRANQUILLO,

EX

Jo. Alb. Fabricii Bibliotheca Latina, a Jo. Aug. Ernesti auctius edita, tom. II, cap. 24.

SUETONII ÆTAS[1].

C. Suetonius Tranquillus[2], Grammaticus et Rhetor Romanus, scriptor, Vopisci judicio[3], emendatissimus et candidissimus, Plinii[4] junioris amicus, et ab eo adscitus in contu-

[1] Res ad Suetonium pertinentes narrarunt præter *M. Ant. Sabellicum* et *Phil. Beroaldum*, Anonymus, cujus *Collectonea s. loca ex variis auctoribus excerpta, quæ ad Suetonii genus, vitam, studia, et opus de XII Cæsaribus pertinent*, leguntur in Sam. Pitisci editione Suetonii, Leovardiæ 1715, 4, tom. II, p. 174 sqq. et in Petr. Burmanni edit. Amst. 1736, 4, tom. II, p. 489 sqq. *Don. Guil. Mollerus in Dissertatione de Suetonio Tranq. Altorf.* 1685, 4; *Martin. Hankius de Romanarum rerum Scriptoribus* lib. I, p. 110 sqq. Lips. 1688, 4; *Laisné* in *Remarques sur la personne et les écrits de Suétone*, quæ invenies in *Nouveau Recueil de Pièces fugitives de Mr. Archimboud* tom. I, Paris, 1717, 12, p. 23 sqq. *Jo. Nic. Funccius* in *Tractatu de imminenti Latinæ linguæ senectute* cap. VIII, § 51 sqq. pag. 555 sqq. Quibus add. *The Life of Suetonius* in Biographia classica, Lond. 1740, 8, vol. II, pag. 231.

[2] Tranquillus dici maluit, quum pater ejus Suetonius Lenis diceretur. Diversus a *C. Suetonio Paulino*, de quo Tacitus XIV, 36, et Xiphilinus in Nerone, quemque cum Tranquilli parente confundit Muretus XV, 11 var. lect. et Xicco Polentonus in vita Suetonii nostri ap. Pighium in Annalibus Rom. III, pag. 600. Fuit et *Suetonius Octavianus*, a quo vitam Taciti Imp. scriptam refert Vopiscus.

[3] In vita Firmi, cap. 1.

[4] Plinius, X, 95, ad Trajanum: *Suetonium Tranquillum, probissimum, honestissimum, eruditissimum virum, et mores ejus secutus et studia jampridem, Domine, in contubernium assumsi, tantoque magis diligere cœpi, quanto propius inspexi.*

bernium, Trajani beneficio, quum ἄτεκνος esset, jus trium liberorum consecutus, Magister Epistolarum, sed ab Hadriano remotus ab illa provincia, quod apud Sabinam, uxorem Imperatoris, injussu ejus, ut ait Spartianus, familiarius se gessisset.

SCRIPTA SUETONII.

Ex scriptis ejus exstant: 1° *Vitæ XII Imperatorum*, pari libertate[1] ab eo descriptæ, ac ipsi vixerunt: *C. Julii Cæsaris* (quæ initio mutila esse videtur Turnebo, Ursino, Torrentio, Pitisco, et ante hos Ludov. Vivi, qui etiam supplementi loco quædam de Julia gente Cæsarisque juventa commentatus est, quæ occurrunt in editione Suetonii Plantiniana cum Torrentii notis 1574, 8, et in Vivis operibus tom. I, pag. 686 seq.), *Octavii Cæsaris Augusti*, *Tiberii Neronis Cæsaris*, *C. Cæsaris Caligulæ*, *Tib. Claudii Drusi Cæsaris*, *Neronis Claudii Cæsaris*, *Sergii Sulpicii Galbæ*, *M. Salvii Othonis*, *A. Vitellii*, *utriusque Vespasiani*, *et T. Flavii Domitiani*. Hæ vitæ in quibusdam Codd. et Suidæ testimonio in VIII[2] libros tribuuntur, quam sententiam in sua editione sequitur Is. Casaubonus: nempe ita, ut priores Imperatorum sex vitæ singulos libros constituant, vitæ Galbæ, Othonis, Vitellii septimum, reliquæ tres Imperatorum de gente Flavia octavum. At aliis, ut M. Zuerio Boxhornio et Pitisco, qui numerum Suidæ corruptum putat, singulæ vitæ singulos libros absolvunt, quibus præit Vincentius Bellovacensis in Speculo Historiali, qui duodecim Suetonii libros laudat. Non præpostere res narrare, sed temporum libenter observare ordinem, ostendit Cardinalis Norisius,

[1] Hanc a Tillemontio in Histor. Imperatorum et aliis quibusdam reprehensam recte tuetur Bælius in Lexici edit. secunda: ubi etiam observat, Chronologici ordinis securum Suetonium vitas per rerum capita maximam partem digessisse, et diligentissime annotasse, quæ ad vitam, mores, indolem et ingenium cujusque Imperatoris spectare observavit.

[2] Lupus Ferrariensis, Epist. 91, Suetonium de vita Cæsarum in duos nec magnos Codices divisum a Marquardo Abbate mitti sibi desiderat: quod tamen de voluminibus capiendum.

Epist. ad Anton. Pagium, tom. IV, Opp. pag. 760, etsi alioqui vitam quamque secundum rerum genera, non plane secundum temporum ordinem narrat[1].

2° *Libri de illustribus Grammaticis.*

3° *De claris Rhetoribus liber,* sed majori parte mutilus.

4° Ex libro *de Poetis*[2] est *Vita Terentii* a Donato excerpta, *Vita Horatii*, quam Porphyrio ad Horat. lib. II, Epist. 1, diserte tribuit Suetonio, *Vita Persii*, *Vita Lucani*, et *Vita Juvenalis*, quam alii malunt referre ad *Probum*, sed ex orationis convenientia Suetonio vindicat Salmasius ad Solin. pag. 320. Item e Suetonii Vita Virgiliana multa ad verbum repetit Donatus.

Plinii Vita et Liber de viris illustribus, Suetonio præter rem tributa.

Plinii majoris vita Suetonio indigna est, ut judicat Casaubonus, et argumento non uno Vossius de Hist. Latin. ostendit, et Scaliger ad Eusebium non dubitat, plus quam quatuor seculis scriptam esse post Suetonii obitum. Aliam ejusdem Plinii vitam, incerto auctore scriptam, vulgavit post alios Joannes Harduinus. *Liber de viris illustribus* non magis Suetonii est, quam Plinii junioris, sed Aurelium Victorem auctorem habet. Similiter falsi fuere, qui ex loco Orosii, VI, 7, *libros* Cæsaris *de bello Gallico* ad Suetonium retulere, de quibus Bælius in Lexico edit. sec. in *César*, nota 5. De Plinii tamen nonnulla, ut ex Tranquilli Suetonii catalogo virorum illustrium, affert Vincentius Bellovacensis, libro X Speculi Hist. cap. 67. Rabanus Maurus de Arte Grammatica, tom. I Opp. pag. 46: « Tranquillus vetustæ scriptor Historiæ sic de poetis Gentilium et de poematibus refert : Quum primum homines

[1] De scriptis Suetonii novissime diligenter egit *Edmundus Burton* in *Observations on the character and writings of Suetonius*, in ejusd. *Ancient Characters deduced from classical Remains*, Cambridge, 1763, 8.

[2] Confer Rol. Maresii Epistolas p. 473, edit. Lipsiens. 8, et Vossium de imitatione cap. VIII, § 9. Poesis unde cœperit, ex Tranquillo refert Isidorus Hisp. Orig. VIII, 7.

exuta feritate rationem vitæ habere cœpissent, seque ac Deos suos nosse, cultum modicum ac sermonem necessarium commenti sunt (ita ex Isidori Orig. VIII, 7, lege pro *convenientibus*) sibi: utriusque magnificentiam ad religionem Deorum suorum excogitaverunt. Igitur templa illis, domibus pulchriora, et simulacra corporibus ampliora faciebant. Ita eloquio etiam quasi augustiore honorandos putaverunt, laudesque eorum et verbis illustrioribus, et jucundioribus numeris extulerunt. Id genus quia forma quadam efficitur, quæ ποίοτης dicitur, poema vocitatum est, ejusque fictores poetæ.

SCRIPTA DEPERDITA.

Multa alia scripserat Suetonius, quæ interciderunt. Ex his fuere: Περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι παιδιῶν, *de ludis Græcorum* lib. I, Suid. in Τράγκυλλος, et Servius in V Æneid. ubi male excusum *de puerorum lusibus*. Laudant etiam Tzetzes, Chil. VI Hist. 85, et Eustathius ad Iliad. ά. *Lib. I Historiæ ludicræ* Gell. IX, 7. *De spectaculis et certaminibus Romanorum*, περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις θεωρικῶν καὶ ἀγώνων lib. II, Suid. Περὶ τοῦ κατὰ Ῥωμαίους ἐνιαυτοῦ, *de anno Romano*, lib. I, id. Περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων, *de notis, quibus Critici in libris utebantur*, lib. I, id. Περὶ τῆς Κικέρωνος πολιτείας, *pro Ciceronis Republica*, adversus Didymum Chalcenterum Grammaticum (qui Ciceroni maledixerat, teste Ammiano, XXII ult.), Suid. Περὶ ὀνομάτων κυρίων καὶ ἰδεῶν ἐσθημάτων, καὶ ὑποδημάτων, καὶ τῶν ἄλλων, οἷς τις ἀμφιέννυται, *de nominibus propriis, et de generibus vestium*, Suid. et Servius in VIII Æn. Περὶ δυσφήμων λέξεων ἤτοι βλασφημιῶν, καὶ πόθεν ἑκάστη, *de vocibus mali ominis sive maledictis, et unde quæcunque*, Suid. et Etymol. in ἀρχολίπαρος. Περὶ Ῥώμης, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ νομίμων καὶ ἠθῶν, *de Roma ejusque institutis et moribus*, libri II, Suid. In hoc opere fortassis tradiderat etymologiam vocis triumphi, quam e Tranquillo affert Isidorus, XVIII, 2, Originum. Στέμματα Ῥωμαίων ἐπισήμων, *Stemmata*, sive *Genealogiæ illustrium Romanorum*, Suid. *Libri III de Regibus*, quos carmine in epitomen

coegerat Paulinus, teste Ausonio, Epist. XIX. *De institutione officiorum*, Priscián. lib. VI. *Prætorum liber octavus*, id. libro VIII. *De vitiis corporalibus*, Serv. in Æneid. VIII. *De rebus variis*, id. et Charisius lib. II. Etiam in Isidori Hisp. libro de natura rerum, c. 37, quædam nomina ventorum e Tranquillo referuntur, et c. 38, locus magnus de signis tempestatum ex *Tranquillo in pratis;* sed puto legendum *in variis.* Joannes Grialus legit *in pratis*, ut λειμῶνας, sive *prata* inscripserit libros suos de rebus variis; alii *in parergis*, vel *Arateis:* quæ lectiones minus placent.

RECENSUS EDITIONUM

C. SUETONII TRANQUILLI

EMENDATIOR ET AUCTIOR FABRICIANO,

IN QUATUOR ÆTATES DIGESTUS.

(EX ED. BIPONT. 1800.)

ÆTAS I. NATALIS.

1470—1515.

CURATORES primi fuere Jo. Ant. Campanus et Jo. Andreas, Episcopus Aleriensis, Bonaccursius, Dom. Calderinus, et Xicco Polentonus. Successere Commentatores M. Ant. Sabellicus et Phil. Beroaldus pater. Tum rationem magis criticam adhibuere Guido Morillonns, primæ Parisiensis, Marianus Tuccius, primæ Juntinæ curatores.

1470. Editio princeps. C. Suetonii Tranquilli de XII Cæsarum vitis Libri XII, ex recognitione Jo. Anton. Campani. Præmittitur Epistola Jo. Anton. Campani ad Franciscum Cardinalem Piccolomineum. Sequuntur dein rubricæ librorum per ordinem. In fine: « Cai Suetonii Tranqnilli de XII Cesarum uitis liber ultimus feliciter finit. Absolutus Rome in pinea regione via pape Anno a Christi natali M. CCCC. LXX. Sextili mense Pauli autem Veneti II. Pont. Max. anno sexto. » Fol. s. n. typographi; elegantiori tamen charactere impressa, quam ut ex officina Udalrici Han eam prodiisse sit credibile. Quare probamus judicium Audiffredi, qui hanc ed. a Ioh. Phil. de Lignamine impressam putat. Usi sunt ea Burmannus et Ouden-

dorpius. Cf. Maitt. p. 290, Panzer T. II, p. 417, col. T. IV. p. 413. — Eodem anno iterum, sed ex diverso Codice descriptus, Romæ prodiit.

— Suetonius Tranquillus de XII Cæsaribus, ex recognitione Jo. Andreæ Aler Episc. Præcedit ejusdem Epistola ad Paulum II. P. M. cujus ad calcem sequitur Ausonii carmen de XII Cæsaribus per Suetonium scriptis, 41 versibus constans. Post hos versus legitur : « Tibi Pater beatissime omnes uitam optant et felicitatem diutissimam Dominici Natalis M. CCCC. LXX. Pontificatus uero tui anno VII. » Sequuntur dein « Rubrice librorum per ordinem. » In fine :

Aspicis illustris lector quicunque libellos
  Si cupis artificum nomina nosse : lege.
Aspera ridebis cognomina teutona forsan
  Mitiget ars musis inscia uerba uirum.
Conradus suueynheym : Arnoldus pannartzque magistri
  Rome impresserunt talia multa simul.
Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo
  Huic operi aptatam contribuere domum.
M. CCCC. LXX.

Fol. Cf. Maitt. p. 289. Panzer T. II, p. 421. Com. de Reviczky in Bibl. Gr. et Lat. p. 184 sq. ed. sec.

1471. Suetonii Vitæ XII Cæsarum. In fine :

Hoc ego Nicoleos Gallus cognomine Jeuson
  Impressi : miræ quis neget Artis opus?
At tibi dum legitur docili Suetonius ore ;
  Artificis nomen fac, rogo, Lector, ames.

M. CCCC. LXXI. (Venetiis.) Char. Rom. s. sign. cust. et pag. num. fol. — Maitt. p. 303. Panzer T. III, p. 76. Quis huic ed. præfuerit, non constat. Solebat Jensonus uti opera Omniboni Leoniceni.

1472. C. Suetonius Tranquillus de XII Cæsaribus. Præcedit absque ulla præfatione Ausonii carmen in laudem operis cum rubric. librorum. In fine legitur :

Aspicis illustris lector, etc.
Conradus Suueynheym : Arnoldus pannartzque magistri

Rome impresserunt talia multa simul.
M. CCCC. LXXII. die XVII. Septembris.

Fol. Cf. Maitt. p. 313. Panzer T. II, p. 431.

... Suetonius de claris Grammaticæ et Rhetoricæ scriptoribus, ex recognitione Jo. Al. Tuscani. Incipit fol. 1. « Reverendissimo domino domino Johanni tituli sanctorum Nerei et Archilei presbitero Cardinali Novariensi. Iohes Aloisius Tuscanus Advocatus consistorialis. » In aversa pagina sequitur « Suetonius de Grammaticis. » In fine legitur : « Finis, Laus Deo. » 4. min. s. l. a. et typogr. sed circa an. 1474, typis Jo. Gensbergii Romæ impressa. — Vid. Audiffr. p. 393. Panzer T. II, p. 528. Reviczky p. 185.

1474. Modestus de re militari. (Pomponius Lætus) de magistratibus urbis, et sacerdotiis, et de legibus. Suetonius de Grammaticis et Rhetoribus ex recensione Johannis Aloisii Tuscani. In fine :

« Quem legis, impressus dum stabit in ære caracter
Dum non longa dies uel fera fata prement
Candida perpetue non deerit fama Cremone
Phidiacum hinc superat Bartholomeus ebur
Cedite chalcographi : millesima vestra figura est
Archetypus fingit solus at iste notas.

M. CCCC. LXXIIII, die XXVII Mai. Nicholao Marcello duce uenetiarum regnante impressum fuit hoc opus fœliciter. Deo gratias. » 4. — Sic de la Vall. I, p. 590. In exemplari, quod consuluit Maittaire, hos versus ille non invenit, sed sequentem subscriptionem : « Impressus Opera et impendio Bartholomei Cremonensis ac Bartholomei de Carlo Vercellensis ejus consocii, Venetis die XXVII, Madii M. CCCC. LXXIIII. Nicolao Marcello inclyto Venetiarum duce. » Duplicem ergo exstare editionem verosimile est. Cf. Maitt. p. 339 et 384. Panzer T. III, p. 103.

1475. In hoc codice continentur Caius Suetonius Tranquillus de XII Cæsaribus, Ælius Spartianus, Julius Capitolinus, Ælius Lampridius, Trevellius Pollio, Flavius Vopiscus, Eutropius et Paulus Diaconus, de regum et imperatorum Romanorum vita. — Præmittitur Epistola Boni Accursii Pisani ad Cicchum Simonetam primum ducalem Secretarium, cum Au-

sonii carmine in XII Cæsares, et Calderini Siconisque Poletoni Vita Suetonii. Sequitur brevis Calderini Commentarius in tria capita priora vitæ Jul. Cæsaris, duabus paginis comprehensus. In fine Suetonii legitur : « Finis. Mediolani impressum per Magistrum Philippum de lavagnia M. CCCC. LXXV, die 20 Julii. » In calce reliquorum auctorum : « Informatum est hoc opus per magistrum Philippum de Lavagna anno a nativitate Christi M. CCCC. LXXV. undecimo Kalendas Januarias, Mediolani. » Fol. — De rarissima hac editione vid. Car. Theod. Gemeiners Nachrichten von den in der Regensburgischen Stadtbibliothek befindlichen merkwürdigen und seltenen Büchern aus dem funfzehnden Iahrhundert p. 21 sqq. et Indicem nostrum edd. Scriptorum hist. Aug. p. 26.

— Suetonius de Grammaticis. Phalaridis Epistolæ, latine interpr. Aretino Fœliciter absoluta sunt A MCCCCLXXV. Modestus de re militari. De Magistratibus et Sacerdotiis. Plinius de viris illustribus. 4. s. l. et typogr. forte Romæ impressa. — Panzer T. II, p. 462.

1478. C. Suetonii. Tranquilli. De Grammatici. Et Rhetoribus. Claris. Liber. Incipit. — Hæc in fronte literis quadratis. In fine iisdem literis : « Impressum. Florentiæ. Apud. Sanctum. Jacobum. De. Ripoli. M. CCCC. LXXVIII. 4. — Maitt. p. 390, et 394. Panzer T. I, p. 406.

1480. Suetonii Vitæ Cæsarum, cum Domitii Calderini vita Suetonii. In fine : « Finis : Hoc opus diligenter emendatum impressum est Mediolani per Antonium Zarotum opera et impensa Johannis legnani die XVI. Novembris Anno domini. M. CCCC. LXXX. » Fol. — Maitt. p. 410. Panzer tom. II, p. 38.

— Suetonius, etc. In prima pagina fol. 2, leguntur Ausonii versus de Suetonii historia, quibus accedit titulus : « C. Suetonii Tranquilli de vita XII Cæsarum Liber primus. — D. Julius Cæsar. » In fine : « C. Suetonii Tranquilli de vita XII Cæsarum Libri duodecimi : ac ultimi finis. » Sequuntur iidem Ausonii versus, Monosticha de ordine imperatorum, Tetrasticha de Cæsaribus post Tranquillum, duo Elogia Suetonii. Tandem : « Finis. M. CCCC. LXXX. Registrum. » Char. Rom. cum sign. fol. min. s. l. et typogr. mentione. — Panzer T. IV, p. 464.

— Suetonins de vita XII Cæsarum. Fol. s. n. l. et typogr. — Maitt. p. 411. Panzer T. IV, p. 23.

1488. C. Suetonii Tranquilli de Vita XII Cæsarum, cum Phil. Beroaldi vita Suetonii. In prima pagina ultimi folii primum quidem legitur sequens « ad lectorem » monitum : « Quicunque Tranquillum emendatissimæ lectionis habere cupis : hunc eme : et securus abi. Nam Simon pasqualis Jodertinus (vestrum ardulides delitium) accurata id egit emendatione : ut quod impediat legentes jam frustra hic perquiratur. quare vel ex hac impressione vnum habeas vel nullum emendatum quæras. » Tum alia sequitur notitia : « Opus hoc exaratum et impressum est Bononie diligentissime per me Platonem de Benedictis stampatorem ejusdem ciuitatis ciuem : Anno salutis. M. CCCC. LXXXVIII. septimo Kalendas Martias Joanne Bentiuolo Bononiensis Senatus principe. » Fol. — Maitt. p. 501. Panzer T. I, p. 219.

1489. Suetonius, cum Scriptoribus historiæ Augustæ. Prima pagina folii I vacua relicta est : in aversa leguntur versus Ausonii in libros Suetonii. Tum sequitur : « Domitii Calderini, viri clarissimi, de vita Caii Suetonii tranquilli. » Hac finita, subjecta sunt verba : « In codice continentur Caius Suetonius Tranquillus de XII Cæsaribus. Ælius Spartianus, Julius Capitolinus, Ælius Lampridius, Trevellius Pollio, Flavius Vopiscus, Eutropius et Paullus Diaconus de regum ac imperatorum romanorum vita. » In fine sequentia leguntur : « Habes candide lector Cæsarum vitas parvo ære, quas olim anxius quærebas, maxima lucubratione a viris præstantissimis emendatas. Quæ omnia accuratissime Venetiis impressa sunt per Bernardinum nouariensem anno a natali christiano MCCCCLXXXVIIII. Kal. Octobr. » Fol. — Cf. Theoph. Christoph. Harlesii Introductio in Notitiam Literaturæ Romanæ T. I, p. 398.

1490. C. Tranquilli Suetonii Vitæ XII Imperatorum cum Antonii Sabellici commento. In fine : « Venetiis per Baptistam de tortis. M. CCCC. LXXXX. die XV Februarii » Char. Rom. cum sign. et foll. num. fol. min. — Maitt. p. 432, et 520. Panzer T. III, p. 281. Sabellici commentarius versatur in verbis et rebus pro illius temporis necessitate explicandis et illustrandis ; e critico genere non multum habet.

— Inter Historiæ Aug. Scriptores, Venetiis per Johannem Rubeum de Vercellis anno a natali christiano M. CCCC. LXXXX. die xv Julii. Fol. — Maitt. p. 520. Panzer T. III, p. 287. [Cf. Indicem nostrum edd. Scriptt. H. A. p. xxviii.]

1491. Suetonius cum comment. M. Ant. Sabellici. Epistola Sabellici ad Aug. Barbadicum. Procemium. In fine Vita Suetonii per Sabellicum, et alia per Xicconem Polentonum. In calce: « Impressum Mediolani per Uldericum Scinzenzeller die XIX. Novembris MCCCCLXXXXI. » Fol. — Panzer T. II, p. 65. Denis Suppl. p. 315.

1493. Caius Tranq. Suetonius de vitis duodecim Cæsarum cum comment. M. Antonii Sabellici. Præmissa est M. A. Sabellici epistola ad Aug. Barbadicum. In fine : « Venetiis per Damianum de Mediolano M. CCCC. LXXXXIII. die XXIX mensis Martii. » Fol. — Maitt. p. 562. Panzer T. III, p. 345. Repetitio ed. 1490.

— Suetonii Tranq. Vitæ XII Cæsarum, cum commentario. Philippi Beroaldi. In fine : « Commentarios hosce a Philippo Beroaldo diligenter compositos impressit Benedictus Hectoris Bononiensis adhibita pro viribus solertia et diligentia, ne ab archetypo aberraret. Impressum Bononiæ. Anno salutis MCCCCLXXXXIII. Nonis Aprilibus. Illustrissimo Jo. Bentiuolo reipublicæ habenas feliciter moderante. Finis. Laus Deo. » Fol. min. — Maitt. p. 559. Panzer Tom. I, pag. 226. Hæc est ed. Beroaldi 1, editoribus recentioribus non inspecta.

1494. Suetonius cum commentario Philippi Beroaldi. Præcedunt Phil. Beroaldi epistola ad Annibalem Bentivolum. Vita Suetonii. Breviarium rerum memorabilium, Epigrammata Joh. Bapt. Pii et Ugerii Pontremulensis. In fine : « Commentarios hosce a Philippo Beroaldo diligenter compositos impressit Leonardus Pachel Theutonicus adhibita pro viribus solertia et diligentia, ne ab archetypo aberraret. Impressum Mediolani Anno salutis MCCCCXCIII. quarto Idus Januarias. » Fol. — Panzer T. II, p. 76. Denis Suppl. p. 380. Repetitio ed. Bonon. 1493, quam inspexit Oudendorpius.

1496. Suetonius Tranq. cum Philippi Beroaldi et M. Ant. Sabellici Commentariis. — Hæc in fronte. In aversa tituli pa-

gina incipit Phil. Beroaldi ad Annibalem Bentivolum epistola, cui foliu tertio subjunctum habetur breviarium rerum aliquot memorabilium. Istud Sabellici epistola ad Augustinum Barbadicum excipit. Sequitur « Caii Suetonii Tranq. de vita duodecim Cæsarum Liber primus. » Libro ultimo subjecta sunt « Tetrasticha de Cæsaribus post Tranquillum, » « Suetonii vita a Beroaldo et Sabellico descripta, » « Beroaldi Adpendix adnotamentorum. » Ad calcem operis sequentia habentur : « Commentaria Philippi Beroaldi necnon Marci Ant. Sabellici In Suetonium Tranquillum feliciter Venetiis exacta per Simonem cognomento Beuilaqua Papiensem. Anno Christianæ Salutis MCCCCLXXXXVI. Finis. » — Cf. Placidi Braun Notitia hist. lit. de libris ab a. 1485 usque ad a. 1500 impressis, etc. Part. II, p. 288, n. XXXII. Panzer T. III, p. 395.

1499. Suetonius cum comment. Beroaldi et Sabellici. Venetiis fol. — Maitt. p. 699.

... Inter Hist. Aug. Scriptores. Præcedunt « versus Ausonii in libros Suetonii; » item « Cæsarum ordo, tempora, obitus; » « Domitii Calderini de vita Suetonii narratio et ejusdem annotationes in vitam Julii Cæsaris. » Demum titulus : « In hoc codice continentur Caius Suetonius Tranquillus de XII Cæsaribus. Ælius Spartianus. Julius Capitolinus. Ælius Lampridius. Trevellius Pollio. Flavius Vopiscus. Eutropius. Et Paulus Diaconus. De Regum ac Imperatorum Romanorum vita. » In fine Suetonii : « Suetonii Tranquilli De Vita XII Cæsarum Libri Duodecimi Ac Vltimi Finis. Registrum chartarum. Tetrasticha de Cæsaribus post tranquillum. Narrationes duæ de Suetonio et ejus operibus. » Char. Rom. cum sign. fol. s. a. l. et typogr. — Maitt. p. 751. Panzer T. IV, p. 142.

... C. Suetonii Tranquilli Vitæ XII Cæsarum. Incipit a versibus Ausonii in XII Cæsares. Excipit illos « Liber primus. » Terminatur aliis Ausonii versibus « ad Hesperium filium cum tetrasticho de Cæsaribus. » In fine duo testimonia de Suetonio. Char. Rom. sine sign. cust. et foll. num. 4. s. a. l. et typogr. — Editio ad Jensonianam an. 1471 ita expressa, ut linea lineæ, pagina paginæ respondeat. Panzer T. IV, p. 197.

... C. Suetonii Vitæ XII Cæsarum per Domit. Calderinum.

Fol. s. a. l. et typogr. — Repetitio ed. Mediolan. 1480. Panzer l. c.

... Suetonius de Grammaticis et Rhetoribus claris libellus. 4. min. s. a. l. et typogr. — Panzer ibid.

... C. Suetonius Tranquillus de cll. Grammaticæ et Rhetoricæ scriptoribus ex recognitione Jo. Al. Tuscani. Prima pagina fol. 1 incipit: « Reuerendissimo domino domino Johanni tituli sanctorum Nerei et Archilei (sic) presbitero Cardinali Nouariensi Iohes Aloisius Tuscanus Aduocatus consistorialis. » In aversa pag. « Suetonius de Grammaticis » (incipit). In fine: « Finis. Laus Deo. » Char. Joh. Gensbergii sine sign. cust. et pagg. num. 4. min. — Panzer T. II, p. 528.

... Apicii Celii de re coquinaria libri decem. Suetonius Tranquillus de Claris Grammaticis. Suetonius Tranquillus de Claris Rhetoribus. Venetiis per Bernardinum Venetum. 4. s. a. sed ante an. 1500 impressa. Editio rarissima. Cf. Freytagii Appar. I, p. 98. Plac. Brauu. l. c. Part. II, p. 40. Pauzer T. III, p. 496.

1500. Suetonius Tranquillus cum Philippi Beroaldi et Marci Antonii Sabellici commentariis. — In fine: « Commentaria Philippi Beroaldi necnon Marci Antonii Sabellici In Suetonium Tranquillum Fœliciter Venetiis exacta Per Bertholomeum de zanis de Portesio Anno domini. M. CCCCC. die XXVIII. Julii. » Fol. — Repetitio ed. 1496. Est penes nos.

1506. Suetonius Tranquillus cum Philippi Beroaldi et Marci Antonii Sabellici commentariis. Cum figuris nuper additis. — In fine: « Venetiis per Joannem Rubeum Vercellensem Anno domini M. CCCCC. VI. Die VIII Januarii. Fol. — Panzer T. VIII, p. 382.

1506. Suetonius Tranquillus cum Phil. Beroaldi commentario. Bononiæ, fol. Repetitio ed. Bonon. 1493, in qua recognitionem factam a Beroaldo ipso putat Burmannus, qui et multa ab eo in textu superiorum editionum mutata observavit.

1508. C. Suetonii Tranq. de vita XII Cæsarum. — In fine: « Suetonius Tranquillus de vita duodecim Cæsarum exaratus. Lugduni (opera Balthasaris Calcographi Lugd.) Anno Domini 1508, die vero III Octobris finit fœliciter. » 8. sine notis, a Caspare Argilensi Bononiensi curata; quam subinde memorat

Casaubonus, habuit et Burmannus. — Panzer T. VII, p. 291.

— Suetonius de claris Grammaticis et Rhetoribus, c. Plinii Epistolis, etc. Venetiis, apud Aldum et Andream Socerum. 8.

1509. C. Suetonii Tranquilli Divus Julius Cæsar Dictator. —In fine : « τέλος. CN. APPIVS BIBLIOPONVS ERPHORD ÆRE SIGNATO TORCVLARIQ. TRANSCRIBEBAT Mense Julio M. D. VIIII. 4. — Panzer T. VII, p. 496.

— C. Suetonius Tranq. de duodecim Ce. vitis diligentiori studio a mendis prope omnibus, quas temporum vitio contraxerat, per Guidonem Morillonum nuperrime vindicatus. Dispersis pro lectorum usu in marginibus annotatiunculis. Cum Ang. Politiani elegantissima in eundem prefatione. Venundantur Parisiis in vico divi Jacobi sub intersignio poti stanni juxta sanctum Yvonem. — In fine: « In lucem jam prodit C. Suetonii Tranq. hystoriographi-opus-Impressum Parrhisius e regione Collegii Italorum impensis gravissimorum virorum Egidii Gourmont, Dionysii Roce et Ponseti le Preux : Anno domini millesimo quingentesimo nono. » 8. — Maittair. T. II, p. 199. Panzer T. VII, p. 539. In Præfatione queritur Editor seu temporum iniquitate, seu chalcographorum imperitia male adhuc Suetonio cessisse. Tantis enim mendis immo monstris monstralibus scatuisse, ut tam arduum non molitus esset negotium, nisi in vetus et ob id emendatum incidisset exemplar, ab antiqua S. Victoris Bibliotheca extractum auctore Jacobo de Curia Campano. At tamen ipsam hanc Morilloni editionem vitiosissimam esse testatur Ernesti in Fabricii B. L. T. II, p. 455, qui ejus etiam exemplum habuit sine anni nota. « Jam hic Morillonus, » addit idem Ernestius, « valde laudatur ab Adriano Junio, etiam P. Nannio in Misc. L. V. initio, ut ab ejus cura aliquid non contemnendi proficisci potuisse videatur. Et fortasse hæc exempla sunt repetitiones vitiosæ per typographorum incuriam : nam et nostrum exemplum est vitiosissimum, sed in genere typographico : et exstat melior anni 1508. »

1509. Suetonius de claris Grammaticis et Rhetoribus. Cum Plinii Epistolis et Julio Obsequente. Venetiis, in ædibus Aldi

et Andreæ Asulani. 8. — [Cf. Ind. nostrum edd. C. Plinii, p. xliii sq.]

1510. C. Suetonii Tranq. de vita xii Cæsarum (curante Mariano Tuccio). In fine: « C. Suetonii Tranq. opus explicit. Quod summa diligentia castigatum Florentiæ excusum est opera et impensa Philippi de Giunta Florentini Anno a Virginis nuntio m. d. x. Idibus Februarii, Petro Soderino perpetuo Vexillifero existente. » 8. — Panzer T. XII, p. 12. Convenit cum Lugdunensi 1508.

— Commentationes conditæ a Philippo Beroaldo in Suetonium Tranquillum. Additis quam plurimis annotamentis. — Caii Suetonii vita per Philippum Beroaldum. Caii Suetonii vita per Sabellicum. Cum commento ejusdem. Philippi Beroaldi vita per Bartholomæum Blanchinum, etc. — In fine: « Philippi Beroaldi nec non Marci Antonii Sabellici in C. Suetonium Tranquillum Commentaria fœliciter Venetiis exacta: per Philippum Pincium Mantuanum. Anno domini mccccccx. Die xviii Februarii. Incliti dni dni Leonardi Lauredani Venetiarum Ducis serenissimi Tempestate. » Fol. — Panzer T. VIII, p. 401.

1511. C. Suetonii Tranq. de clarissimis Rhetoribus et Grammaticis libellus ex castigatione Georgii Valle et Philippi Beroaldi. In fine: « Impressum Lypse per Baccalaureum Guolfgangum Monacensem Anno salutis Millesimo quingentesimo Undecimo Mense Jnlio. » 4. — Panzer T. VII, p. 172.

— Suetonius de Grammaticis et Rhetoribus. Cum Plinii Epistolis, etc. Parisiis ap. Egid. Gourmont et Hemon. le Febvre. 8. — Panzer T. VII, p. 557.

1512. Commentationes condite a Philippo Beroaldo adjecta paraphrastica M. Ant. Sabellici interpretatione in Suetonium Tranquillum, additis quam plurimis annotamentis, quæ ut facilius cognoscantur Asterisco * notavimus. Ejusdem Ph. Beroaldi vita per Bartolemæum Blanchinum composita. Venundantur Parrhisiis sub intersignio trium Coronarum fœlicis Coloniæ Agrippinæ In vico divi Jacobi. — In fine: « Impressum Parrhisiis, opera cumprimis honesti viri Magistri Joannis

Philippi: ære vero necnon impensis integerrimorum Bibliopolarum Lodovici Hornken et Godofredi Hittorpii. M. D. XII. » Fol. — Exstat in Bibl. Acad. Heidelberg. Plura de hac ed. vid. ap. Freytagium in Apparat. lit. T. III, p. 655 sqq.

1514. Suetonius de claris grammaticis. Cum Plinio de viris illustribus et Jul. Obsequente. Argentorati apud Matthiam Schurerium. 4. — Panzer T. VI, p. 68.

1515. C. Suetonii Tranquilli de vita duodecim Cæsarum Libri XII.

> Cæsareos proceres, in quorum regna secundis
> Consulibus dudum Romana potentia cessit,
> Accipe bis senos, sua quemque monastica signat.
> Quorum per plenam seriem Suetonius olim
> Nomina, res gestas, vitamque obitumque peregit.

Hæc in fronte. Ad calcem: « C. Suetonii Tranquilli de duodecim imperatoribus finis. Argentorati. Ex Ædibus Matthiæ Schurerii. mense Martio. M. D. XV. regnante Imperatore Cæs. Maximiliano P. F. Aug. » 4. — Servatur in Biblioth. Argentor. Repetitio videtur esse Juntinæ, quia Tuccii præfatio præposita est, etsi ab ea interdum in levibus rebus discedat.

— C. Suetonii Tranquilli vitæ duodecim Cæsarum diligentissime recognitæ. — In fine: « Impressum Florentiæ, opera et sumptu Philippi Juntæ. Anno a Nativitate D. XV. supra mille. Mense Martii. Leone decimo Pontifice. » 8. — Panzer T. VII, p. 21. Repetitio ed. Juntinæ 1510.

— Suetonius de claris Grammaticis et Rhetoribus, cum Plinii Epistolis, etc. Florentiæ, ap. Phil. Juntam. 8.

ÆTAS II. EGNATIO-ERASMICA.

1516—1594.

Quam post J. Bapt. Egnatium, Aldinæ 1 curatorem, condidit D. Erasmus Roter. Post illos juverunt lectionem Suetonianam Robertus Stephanus, Henr. Glareanus, Theod. Pulmannus, et Lævinus Torrentius.

1516. Aldina 1. In hoc volumine hæc continentur. C. Sueto-

nii Tranquilli xii Cæsares. Sexti Aurelii Victoris a D. Cæsare Augusto usque ad Theodosium excerpta. Eutropii de gestis Romanorum libri X. Pauli Diaconi libri VIII, ad Eutropii historiam additi. — In calce: « Venetiis in ædibus Aldi et Andreæ Soceri mense Augusto MDXVI. » 8. — Hanc editionem curavit Jo. Bapt. Egnatius, qui notulas etiam addidit, pro illius temporis ratione bonas, quas et laudat Erasmus, et editioni suæ inseruit Burmannus. Ipse quidem hunc suum Suetonium non dubitat « longe emendatissimum » appellare. Alii de textu Aldino, et de notis Egnatii iniquius detrahere maluerunt. Cf. Indicem nostrum edd. Scriptorum Hist. Aug. p. XXIX sq.

1518. Ex recognitione Des. Erasmi Roterodami. C. Suetonius Tranquillus, Dio Cassius Nicæus, Ælius Spartianus, Julius Capitolinus, Ælius Lampridius, Vulcatius Gallicanus V. C. Trebellius Pollio, Flavius Vopiscus Syracusius. Quibus adjuncti sunt Sext. Aurelius Victor, Eutropius, Paulus Diaconus, Ammianus Marcellinus, Pomponius Lætus Ro. Jo. Bapt. Egnatius Venetus. — In fine legitur: « Basileæ apud Joannem Frobenium, mense Junio MDXVIII. » Fol. — Editio in principibus numeranda. Vide Indicem nostrum edd. Scriptt. Hist. Aug. p. XXX.

— Suetonius de claris Grammaticis et Rhetoribus, cum Plinii Epistolis et Jul. Obsequente de Prodig. Venetiis, in ædibus Aldi et Andreæ Soceri 1518. mense Junio. 8.

1519. C. Suetonii Tranquilli xii Cæsares. Florentiæ apud her. Phil. Juntæ. 8. — Aldinam 1516 secuta.

1520. C. Suetonius Tranq. de vita xii Cæsarum. Argentorati in ædibus Jo. Prüsz mense Augusto MDXX. 4. — Panzer T. VI, p. 93.

— C. Suetonii Tranq. Cæsares. Lugduni apud Guil. Huyon. 8. — Panzer T. VII, p. 330. Hanc ed. curavit Ant. Francinus, qui in Præf. profitetur textum esse, collatis in unum plurimis antiquissimis exemplaribus, a se emendatum.

— C. Suetonii Tranq. de vita duodecim Cæsarum libri duodecim. Selestadii apud Lazarum Schurerium. — In fine: « Selestadii ex ædibus Lazari Schurerii. Mense Februario M. D. XX. 4. — Panzer T. VIII, p. 290.

1521. Aldina II. C. Suetonius Tranquillus. S. Aur. Victor. Eutropius. Paulus Diaconus. Annotationes J. B. Egnatii et Erasmi. — In fine : « Venetiis in ædibus Aldi et Andreæ Soceri, Mense Maio MDXXI. » 8. — Panzer T. VIII, p. 466.

— Suetonius de vita XII Cæsarum. Argentorati apud Joh. Schurer. 4. — Panzer T. VI, p. 96.

— De claris Grammaticis et Rhetoribus, cum Plinio de viris illustribus et Julio Obsequente. Argentorati ex ædibus Hulderichi Morhardi. 4. — Panzer ibid. p. 97.

1521. De claris Grammaticis et Rhetoribus, cum Plinii Epistolis et Julio Obsequente. Basileæ apud Andream Cratandrum. 8.

1522. Suetonii Cæsares. Venundantur a Stephano Aufray in Vico Jacobæo sub Signo Ensis. Parisiis Anno MDXXII. Idibus Martiis. 8. Panzer T. VIII, p. 81.

1523. Suetonius de Grammaticis et Rhetoribus, cum Plinii Epistolis et Jul. Obsequente. Antverpiæ in ædibus Guil. Vorstermanni. 8.

1526. De claris Grammaticis et Rhetoribus, cum Plinii Epistolis, etc. Basileæ, apud Andr. Cratandrum. 8.

1527. Suetonius, inter Scriptores Hist. Aug. ex recognitione Des. Erasmi Roter. Coloniæ in ædibus Eucharii Cervicorni, mense Aprili. Fol.

— Suetonius cum annotationibus Des. Erasmi Roterod. et Egnatii. Ex officina Simonis Colinæi Parrhisiensis Typographi. MDXXVII. Sexto Calendas Augusti. 8. — Panz. T. VIII, p. 103.

1529. De claris Grammaticis et Rhetoribus, cum Plinii Epistolis, etc. Parisiis, apud Rob. Stephanum. 8.

1530. De claris Grammaticis et Rhetoribus, cum Plinii Epp. et Jul. Obsequente. Basileæ, apud Andr. Cratandrum. 8. — Panzer T, VI, p. 276.

1531. De claris Grammaticis et Rhetoribus, cum Plinii Epistolis, etc. Lugduni, apud Seb. Gryphium. 8.

1532. Suetonius de claris Grammaticis et Rhetoribus, cum Plinii Epistolis, etc. Antverpiæ, ap. Mart. Cæsarem. 8.

1533. « Omnia quam antehac emendatiora. Annotationes

Des. Erasmi et Egnatii cognitu dignæ. C. Suetonius Tranq. Ælius Spartianus, Ælius Lampridius, Treb. Pollio, etc. Basileæ in offic. Frobeniana.» Fol. — Vid. Indicem nostrum edd. Scriptt. Hist. Aug. p. XXXII. Ejus exemplum exstat in Bibl. Argentorat.

— Suetonius de claris Grammaticis et Rhetoribus, cum Plinio de Viris illustr. et Jul. Obsequente. Paris. ap. Rob. Stephanum. MDXXXIII. octavo Cal. Sept. 8.

1534. Suetonius. Lugduni apud Seb. Gryphium. 8.— Panzer T. VII, p. 360. Sequitur Erasmicam.

1535. Suetonius ex Erasmi recognitione cum notis Egnatii. Parisiis apud Simonem Colinæum MDXXXV. XVI die Julii. 8. — Panzer T. VIII, p. 184.

1536. Suetonius de Grammaticis et Rhetoribus, cum Plinio de viris illustr. et Jul. Obsequente. Paris. ex off. Rob. Stephani MDXXXVI. III. Calend. Maii. apud Rob. Stephanum. 8.

... Suetonius. Parisiis in ædibus Joannis Tonsoris. (Barbier.) 8. s. n. a. — Panzer T. VIII, p. 218.

... Suetonius de claris Grammaticis, cum Plinii Epistolis et Julio Obsequente. Venetiis apud Aldum. 8. — Panzer T. VIII, p. 560.

1537. C. Suetonii Tranq. XII Cæsares; nec non Ausonius de XII Cæsaribus, et Egnatius de Romanis Principibus, cum ejus et Erasmi annot. in Suetonium. Lugduni, apud Seb. Gryphium. 8. — Bibl. Bunav.

— De claris Grammaticis et Rhetoribus, cum Plinio de viris illustribus et Jul. Obsequente. Parisiis, apud Rob. Stephanum. 8.

1539. C. Suetonii Tranquilli XII Cæsares. Jo. Bapt. Egnatii de Romanis principibus libri III, cum ejusdem et Des. Erasmi Roterod. in Suetonium annot. Lugduni, apud Seb. Gryphium. 8.

— cum Erasmi, Longolii, Egnatii notulis, et hujus libris III de principibus Rom. Coloniæ. 8. — Haud magni pretii editio.

— De Grammaticis et Rhetoribus, cum Plinio de viris illustr. et Jul. Obseq. Parisiis ex officina Rob. Stephani. 8.

1541. Suetonius. Lugduni apud Stephanum Doletum. 8. —

C.

Maitt. T. III, p. 325. Hanc e Gryphiana aliqua expressam putat Burmannus.

— De Grammaticis et Rhetoribus, cum Plinio de viris ill. et Jul. Obseq. Parisiis ex off. Rob. Stephani. 8.

1542. De claris Grammaticis et Rhetoribus, cum Plinii Epistolis, etc. Basileæ, ap. heredes Andr. Cratandri. 8.

1543. C. Suetonii Tranquilli XII Cæsares. Parisiis, ex officina Roberti Stephani 1543. Calend. Decembr. 8. — Crevenna T. V, p. 167. Hæc omnibus ante memoratis Francicis, immo et ceteris præstantior, novi optimique exempli est editio. Inprimis Stephanus usus erat Codice claro Memmiano: eique adeo textus Suetonii, quem nunc habemus, plurimum debet.

— Suetonius cum annot. Erasmi et compendio Assis Budaici, et aliis quibusdam. Parisiis, apud Sim. Colinæum. 8.— Maittair. T. III, p. 350.

1543. Coloniæ. 8. Repetitio ed. 1539.

1544. C. Suetonii Tranquilli XII Cæsares. Item Jo. Bapt. Egnatii de Romanis principibus libri III. Ejusdem Annotationes in Suetonium. Annotata in eundem per Des. Erasmum Roterod. Lugduni apud Sebast. Gryphium. 8. — Crevenna T. V, p. 167.

— Suetonius de Grammaticis et Rhetoribus, cum Plinio de viris illustr. et Jul. Obsequente. Paris. apud Rob. Stephanum. 8.

1545. Jo. Rænerii in Suetonii Tranquilli XII Cæsares Scholia. Lugd. apud Guil. Rovillium. 8.

— Suetonius de claris Grammaticis et Rhetoribus, cum Plinii Epistolis, etc. Parisiis, apud Colinæum. 8.

1546. In Scriptt. vitar. Cæsarum c. Des. Erasmi et Jo. Bapt. Egnatii notis. Basileæ, ap. Frobenium. Fol.

1548. C. Suetonii Tranq. XII Cæsares, cum Ph. Beroaldi et M. Ant. Sabellici commentariis, et Jo. Bapt. Egnatii aliorumque annotationibus. Lugduni, apud Jo. Frellonium. Fol. — Biblioth. Emtinck. Part. III, p. 40, n. 337. Editio nitida. Ceterum nil habet novi boni, sed repetitos modo Beroaldi, Sabellici Comment. et Erasmi Egnatiique notulas.

— C. Suetonii Tranquilli XII Cæsares. Item Jo. Bapt. Egnatii

de Romanis principibus libri III, cum ejusdem et Erasmi annotationibus. Lugduni, apud Seb. Gryphium. 12. — Crevenna T. V, p. 167.

1550. Suetonius de Grammaticis et Rhetoribus, cum Plinii libro de viris illustribus. Lutet. apud Vascosanum. 4. — Maitt. Ind. p. 159.

1551. Suetonii Tranq. XII Cæsares. Jo. Bapt. Egnatii de Romanis principibus libri III, cum ejusdem et Erasmi annotationibus. Lugduni, apud Seb. Gryphium. 12. — Crevenna T. V, p. 167.

1553. C. Suetonii Tranq. XII Cæsares. Obscuriorum locorum brevis et dilucida explanatio. Autore F. M. Gallo. Ausonius poeta de XII Cæsaribus per Suetonium Tranquillum scriptis. Ejusdem tetrasticha a Julio Cæsare usque ad tempora sua. Jo. Baptistæ Egnatii Veneti de Romanis principibus libri III. Ejusdem annotationes in Suetonium. Annotata in eundem et loca aliquot restituta per Desiderium Erasmum Roterod. et Gysbertum Longolium. Coloniæ Agrippinæ, Impensis Gualtheri Fabricii I. L. Anno a Christo nato M. D. LIII. 8. — Servatur in Bibl. Acad. Heidelberg.

1553. Ex ed. Glareani. Basil. Bona ad usus doctorum editio, notas habens non vulgaris doctrinæ.

1555. Suetonii Octavius Cæsar Augustus. Lutet. apud Michaelem Vascosanum. 4. — Maitt. T. III, p. 663.

1556. C. Suetonii de Grammaticis et Rhetoribus libri duo, castigati et Indice aucti; quibus accesserunt Suetonii vita per Eliam Vinetum Santonem, Plinii avunculi vita ex catalogo illustrium virorum Suetonii nunc primum formis in lucem data, Oratii poetæ vita ab eodem Suetonio conscripta, ut Petrus Nannius nuper edidit. Pictavis ex officina Enguilberti Marefii. 4. — Maitt. Ind. p. 881.

1558. C. Suetonii Tranq. Cæsares. Jo. Bapt. Egnatii de Rom. principibus libri III. Ejusdem et Erasmi annotat. in Suetonium. Lugduni, ap. hered. Gryphii. 12.

— Lugduni, apud Tornæsios. 8. Repetitio ed. 1534.

1560. Basileæ. Repetitio ed. Glareani 1553.

— Parisijs, 18.

1565. C. Suetonii Tranq. Cæsares, etc. Lugduni, ap. hered. Gryphii. 8.

— Libri II de illustribus Grammaticis et claris Rhetoribus, cum Achillis Statii Lusitani commentatione. Romæ, ex offic. Vinc. Lucchini. 8. — Hamberger T. II, p. 289.

1567. C. Suetonii Tranq. libri II de illustribus Grammaticis et claris Rhetoribus, cum Achillis Statii commentatione falso nuper Lugduni Jo. Bapt. Egnatii nomine inscripta et edita. Lutet. apud Fed. Morellum. 8. — Maitt. T. III, p. 740. In Catalogo Bibl. Emtinckianæ Part. III, n. 732, et in Bibl. Bunav. hæc ed. refertur ad an. 1568.

1568. Coloniæ. 8.

— inter Scriptt. historiæ Romanæ ab Henr. Stephano publicatos 1568. III voll. 8.

1574. C. Suetonii Tranquilli XII Cæsares, Theod. Pulmanni Craneburgii opera et studio emendati. In eosdem annotationes atque lectionis varietates ex doctiss. hominum scriptis, et ex vetustis vulgatisque libris, ab eodem collectæ. Ejusdem C. Suet. Tr. de illustribus Grammaticis et claris Rhetoribus Libr. II, cnm Achillis Statii Lusit. commentatione. Jo. Bapt. Egnatii, D. Erasmi Roterod. et Henr. Loriti Glareani in Suetonium annotationes. Antverpiæ, ex officina Christoph. Plantini. 8.

1578. Læv. Torrentii in C. Suetonii Tranq. XII Cæsares Commentarii. Antverpiæ, ex offic. Christoph. Plantin. 8. — Hunc Commentarium non Torrentii, sed alterius, nescio cujus viri docti, morte præventi, esse scribit Adolphus Occo Epistol. ad Amersbachium, apud Patinum Introduct. ad numismatum veterum notitiam, p. 291; fide non incerta solum, sed suspicione etiam parum credibili, quum Torrentii eruditionem et characterem dictionis ejus notæ etiam in Horatium, et alia monumenta testantur. Sed vid. tamen Burm. de hoc commentario in Præf. ad Suetonium. Cnm notis plurimis Mss. viri docti Torrentii Commentarius hic fuit in Bibl. Hohendorfiana III, p. 281 sq. accessit thesauro librario Imperatoris.

1585. C. Suetonii Tranq. Cæsares, de illustr. Gramm. et Rhetor. Lugduni, apnd Gryph. 12.

1587. Cum comm. Lævini Torrentii auctiori, et figg. Autverp. ex offic. Plantin. 4.

1588. C. Suetonii Tranq. XII. Cæsares, cum seorsim adjectis Jo. Bap. Egnatii, Erasmi Roterod. Henr. Glareani et Theod. Pulmanni annotationibus. In Frid. Sylburgii SS. Hist. Aug. Francof. 1588. fol. T. II, p. 1.

1590. C. Suetonii Tr. XII Cæsares: ejusdem de illustribus Grammaticis liber; de claris Rhetoribus liber: accedunt alia. Lugduni, apud Ant. Gryphium. 12. — Bibl. Emtinck. Part. III, p. 455, n. 305.

1591. C. Suetonii Tr. XII Cæsares, et in eos Lævini Torrentii commentarius auctior et emendatior. Antverpiæ, ex officina Plantin. 4.

— Lugduni. 12.

ÆTAS III. CASAUBONIANA.

1595 — 1671.

Ab Isaaco Casaubono et Jano Grutero illustrata. Laudantur quoque Lipsii et Salmasii commentarii particulares, quos cum ceterorum curis exhibuit Jo. Schildius, denique Matth. Berneggerus, cui etiam index locupletissimus debetur.

1595. Casauboni 1. C. Suetonii Tranquilli de XII Cæsaribus libri VIII. Isaacus Casaubonus recensuit et animadversionum libros adjecit. Genevæ, ap. Jac. Chouet. 4. — In commentario scribendo primus operæ pretium fecit Casaubonus, propter quem ejus editio omnibus superioribus præferenda est: est enim plenus varia et exquisita doctrina; nec ille criticam rationem neglexit. Anno post Appendix notarum, et Monumentum Ancyranum notis illustratum accessit.

1596. C. Suetonii Tranq. duodecim Cæsares, et de illustribus Grammaticis et claris Rhetoribus libelli duo. Additæ notæ, quibus scripturæ ratio redditur et varietas lectionum indicatur. Lugduni Bat. ex offic. Plantiniana, ap. Franc. Raphelengium. 8. — Hanc ed. curavit Petr. Scriverius, in textu Casaubonum secutus, in notis Pulmannianam editionem, paucis de suo additis.

1597. Lugd. Bat. 16.

1603. Titus Fl. Vespasianus, ex Suetonii libro VIII, cum in-

terpretatione et emendatione Theod. Marcilii. Parisiis, ex officina Petri Pautonnier. 8.

1605. C. Suetonius Tranquillus de Cæsaribus, etc. ex recensione et cum animadversionibus Isaaci Casauboni. Lugduni, excudebat Steph. Gamonctus. 4. — Repetitio ed. 1595.

1607. — ex recensione Is. Casauboni. Aureliæ Allobr. apud Sam. Crispinum. 12.

1609. In Historiæ Romanæ Scriptoribus Lat. Aureliæ Allobrogum (Genevæ) per Petrum de la Roviere. Fol. T. II.

1610. Casauboni II. C. Suetonii Tranq. de Cæsaribus et Grammaticis et Rhetoribus libri, ab Is. Casaubono ex fide vetustissimorum librorum recensiti, cum ejusdem animadversionibus et doctorum virorum commentariis. Editio altera, ab auctore emendata et aucta. Parisiis, apud Hieron. Drouard, cui privilegium commune fuit cum Adriano Beys et Sebast. Cramoisy. Fol. — Maitt. T. III, p. 856. Præter notas Casauboni hæc ed. exhibet Sabellici paraphrasin, Beroaldi commentarios et annotamentorum appendicem, Egnatii, Erasmi, Glareani, Pulmanni notas, Torrentii commentarium, Fulv. Ursini notas, Theod. Marcilii emendationes, notasque Justi Lipsii.

— Justi Lipsii in tres posteriores libros (i. e. Vespasianum, Titum, et Domitianum) comm. una cum sex decadibus Epistolarum Lipsii antea ineditarum. Offenbaci. 8.

1611. C. Suetonius Tranquillus, ex rec. Is. Casauboni, cum ejusdem animadv. et Marcilii expositionibus. Paris. 4.

1611. Casauboni III, ex recens. et cum animadv. Is. Casauboni. Genevæ, apud heredes Jac. Chouet. 4.

— cum notis Casauboni. Lugd. 4.

— ex Jani Gruteri recensione, cum ejus notis, in T. I. Historiæ Augustæ Scriptorum. Hanoviæ, fol. — Usus est tribus Mss. Palatinis.

1615. Ex rec. Casauboni, cum appendice notarum. Coloniæ Allobr. 4.

1617. Ex rec. Casauboni, cum ejusdem annotat. Antverpiæ. 12.

1620. Suetonius Tranquillus de XII Cæsaribus. Duaci. 8.

1621. C. Suetonius Tranquillus. Amst. ap. Jansson. 24.

1623. C. Suetonii Tranq. de XII Cæsaribus, et de illustr-

Grammaticis et Rhetoribns omnia, quam maxima fieri potuit diligentia, ultima hac editione recognita et emendata. Parisiis, apud Cl. Morellum. 12. — Maitt. T. III, p. 881.

— in collectione Scriptorum veterum hist. Rom. Genevensi repetita ex illa 1609. fol.

1627. E museo Isaaci Pontani. Amst. 12.

1630. C. annott. diversorum. Amstel. apud Guil. Blæuw. 16.

1632. Boxhornii I, cum notis M. Zuerii Boxhornii. Lugduni Bat. ex offic. Jo. Mairii. — Vid. Indicem nostrum edd. Scriptt. Hist. Aug. p. XXXV.

1634. Antverpiæ. 8.

1635. Suetonius Theod. Pulmanni opera et studio emendatus. Antv. 8. — Repetitio ed. 1574.

1644. C. Suetonius Tranquillus. Parisiis, e typographia regia. 12. cum iconibus Imperatorum. — Editio nitida. Cf. Crevenna T. V, p. 168.

1645. Boxhornii II. Lugduni Bat. 12.

1647. Schildii I. C. Suetonius Tranquillus, et in eum commentarius, exhibente Joanne Schildio. Lugduni Bat. ex officina Francisci Hackii. 8.

— cum Is. Casauboni animadversionibus, et dissertationibus politicis Jo. Henr. Bœcleri, et fragmentis Suetonii, itemque uberrimo indice. Argentorati, ex officina Jo. Phil. Mulbii. 4.

1650. Suetonius. Amstel. ap. Elzevir. 16.

1651. Cum notis variorum. Lugd. Bat. 8.

1652. Schildii II. c. not. varior. Lugduni Bat. 8. — Repetitio ed. 1647.

1653. In collectione historiæ Romanæ Scriptorum Lat. veterum, qui exstant, omnium, Genevæ facta 1653. fol. T. II.

1655. Matthiæ Berneggeri Diatribæ in C. Suetonii Tranq. C. Jul. Cæsarem, Augusti quædam, et Titum Vespasianum. Ex auctoris annotationibus passim auctæ et emendatæ. Argentorati, sumptibus Jo. Joach. Bockenhofferi. 4.

1656. Schildii IV. C. Suetonius Tranq. et in eum commentarius, exhibente Joan. Schildio. Editio quarta. Lugduni Bat. ex offic. Francisci Hackii. 8.

1661. Boxhornii III. Lugduni Bat. itemque Amstel. 12.

— C. Suetonii Tranq. Opera omnia, cum annotationibus diversorum. Oxonii. 12.

1662. Schildii v. Lugd. Bat. 8.

1663. Cum annotationibus diversorum. Amstelod. 16.

1667. Schildii vi. Lugduni Bat. ex offic. Hackiana. 8.

1668. Boxhornii iv. C. Suetonii Tranq. quæ exstant, et in eum M. Zuerii Boxhornii notæ. Amstelod. apud Jo. Jansson, et Elizæi Weyerstrædi viduam. 12.

1671. Cum annotationibus diversorum. Amstelod. typis Dan. Elzevirii. 16.

ÆTAS IV. GRÆVIANA.

1672 — 1800.

Priorum editorum curis suas adjunxit veteribus membranis adjutus J. G. Grævius, novi sic exempli auctor. Ornamenta attulere Car. Patinus et Sam. Pitiscus. Delectum cum spicilegio fecere Petr. Burmannus et Franc. Oudendorpius. Stipulas tandem legit Jo. Aug. Ernesti.

1672. Græviana i. C. Suetonius Tranquillus ex recensione Joannis Georgii Grævii, cum ejusdem animadversionibus, ut et commentario integro Lævini Torrentii, et Isaaci Casauboni. His accedunt Notæ Theodori Marcilii et Francisci Guyeti, nec non Index Matthiæ Bernecceri. Trajecti ad Rhenum, typis et ex officina Gisberti a Zyll, bibliopolæ. Anno 1672. 4.

1675. C. Suetonii Opera quæ exstant. Carolus Patinus notis et numismatibus illustravit, suisque sumptibus edidit. Basileæ typis Genathianis. 4.

1676. C. Suetonii Tranquilli Opera, cum notis brevibus et selectis ad usum lectionum. Oxonii, e theatro Sheldoniano. 8.

1677. C. Suetonius, accurante Dan. Hartnaccio. Dresdæ. 12.

1678. Guil. Gœsii in C. Suetonium Tranquillum Conjectanea. Hagæ Com. 4.

1684. C. Suetonii Tranquilli Opera omnia, quæ exstant, interpretatione et notis illustravit Augustinus Babelonius, ad usum Delphini. Parisiis, apud Fred. Leonard. 4.

1686. C. n. Boxhornii. Amstel. 12.

1688. C. Suetonius Tranquillus: cum Isaaci Casauboni animadversionibus et dissertationibus politicis Joh. Henr. Boecleri, itemque uberrimo Indice. Argentorati, sumptibus Josiæ Stædelii. MDCLXXXIIX. 4.

1690. Pitisci I. C. Suetonii Tranquilli Opera, et in illa commentarius Samuelis Pitisci, quo Antiquitates Romanæ, tum ab interpretibus doctissimis, Beroaldo, et quam plurimis aliis, explicantur. Trajecti ad Rhenum, ex officina Francisci Halma. 2 voll. 8. cum figg. in æs incisis.

— Oxonii, e theatro Sheldoniano. 8. Repetitio ed. 1676.

1691. Hagæ Comitis. 4. In qua, etsi minus emendate repetita editione Græviana 1672, præter effigies Imperatorum ex nummis Guil. Cœtierii, Rectoris Daventriensis, et Guil. Gœsii Conjectanea, Hagæ Comitum 1678, 4, scorsim edita, nec pœnitenda Grævii notis separatim adjunctis augmenta accesserunt.

— Græviana II. Trajecti ad Rhen. 4. ex recensione Jo. Georg. Grævii, cum ejusdem animadversionibus, ut et commentario integro Lævini Torrentii, Is. Casauboni, et Theod. Marcilii, nec non selectis aliorum.

1695. Cum Boxhornii, Torrentii, Casauboni, Grævii aliorumque notis, accurante Dan. Hartnaccio. Dresdæ. 12.

1697. Ex recensione Grævii, c. ejusdem animadversionibus et nummis Cæsarum ære incisis. Amstel. 8.

1698. C. Suetonii Tranq. vitæ XII Cæsarum, et quæ ex illustribus Grammaticis ac claris Rhetoribus supersunt, cum prioris partis collatione facta a Cl. Salmasio ad Ms. Codicem Memmianum integra. Adjectis emendationibus Jac. Gronovii. Lugduni Bat. ex offic. Joh. de Vivie et Is. Severini. 12. — Quam Ernestius dicit a critica ratione in textu constituendo egregiam.

1700. C. Suetonius Tranq. cum annotationibus diversorum. Amstel. sumptibus societatis. 16.

1703. Græviana III, eaque locupletissima. C. Suetonius Tranquillus, ex recensione Jo. Georg. Grævii, cum ejusdem animadversionibus, ut et commentario integro Lævini Torrentii, Is. Casauboni, Theod. Marcilii, et cum notis ac numismatibus, quibus illustratus est a Car. Patino. Accedunt notæ selectiores aliorum. Editio tertia, auctior et emendatior. Trajecti ad Rhen.

ap. Ant. Schouten. 4. — Hac ed. vix absoluta fatis concessit Grævius.

1705. C. Suetonii Tranq. Cæsarum XII vitæ et alia quæ exstant, cum M. Z. Boxhornii, Læv. Torrentii, Is. Casanboni, J. G. Grævii, aliorumque notis et observationibus præcipuis, accurante Dan. Hartnaccio. Dresdæ, sumptibus Jo. Christoph. Miethen. 12.

1706. C. n. ad modum Minellii. Lips. 12.

1707. C. Suetonii Tranq. Opera quæ exstant, Car. Patinus notis et numismatibus illustravit. Basil. ap. Thurneysen. 4. Repet. ed. 1675.

1708. Ex rec. et c. n. Jo. Georg. Grævii et aliorum. Trajecti ad Rhen. 4. c. figg.

1714. C. notis Granvillii, in qua resecta sunt obscœna omnia. Cf. Comment. Trevoltinos (Mém. de Trévoux) an. 1714, p. 1462.

— et 1715. Pitisci II. C. Suetonii Tranq. Opera, et in illa commentarius Sam. Pitisci, in quo antiquitates Romanæ ex auctoribus idoneis fere nongentis, Græcis et Latinis, veteribus et recentioribus, perpetuo tenore explicantur. Huic accedunt terni Indices: 1. Editionum. 2. Auctorum, quum laudatorum, tum obiter notatorum, emendatorum, explicitorum. 3. Rerum absolutissimus et locupletissimus. Imperatorum imperatoresque arctissimo gradu contingentium icones, et figuræ ex veterum monumentis ad historiam illustrandam depromptæ, in æs eleganter incisæ. Editio secunda priori ornatior et limatior. Leovardiæ, excud. Franc. Halma. T. I, 1714. T. II, 1715. 4.

1715. — Opera, cum notis M. Zuerii Boxhornii. Editio novissima, rerum nominumque propriorum novo Indice aucta. Trajecti Bat. ex offic. Guil. a Poolsum. 12.

1718. — Opera omnia, quæ exstant. Interpretatione et notis illustravit Aug. Babelonius, in usum Delphini. Londini. 8. — Repetitio ed. 1684.

1722. C. n. Christ. Junkeri. Lips. 8. Levioris pretii.

1723. In Historiæ Rom. Epitomis, Florentiæ editis 1723. 8. T. II.

1727. In Caii Suetonii Tranquilli de XII Cæsaribus libros

VIII. Commentarii ad usum exc. Comitis Vimecsani D. D. Josephi Portugalensis per Petrum Almeidam Soc. Jes. Hagæ Comitum, apud Adr. Mœtjens. 4. — Nihil habet, præter compilationes superiorum commentariorum, Lexicorum item et aliorum librorum de rebus antiquariis, etc.

1732. — Cum Anglica versione Jo. Clarke. Londini. 8. — Vid. infra vers. Angl. h. a.

1736. C. Suetonius Tranquillus, cum notis integris Jo. Bapt. Egnatii, Henr. Glareani, Lævini Torrentii, Fulvii Ursini, Is. Casauboni, Jani Gruteri, Theod. Marcilii, Jo. Georg. Grævii, Car. Patini, et selectis aliorum. Curante Petro Burmanno, qui et suas annotationes adjecit. Amstelod. ap. Janssonio-Waesbergios. 2 voll. 4. — In textu concinnando, basi facta e Græviano exemplo, pluribus antiquis scriptis et editis usus est Burmannus, quorum et varias lectiones notavit: illustrandi autem causa addidit, præter suas eruditas notas, aliorum interpretum, meliorum quidem totas, ceterorum autem selectas: de quibus omnibus præfatio est consulenda.

1739. c. Anglica versione Jo. Clarke. Londini. 8. — Repetitio ed. 1732.

1748. Inter Scriptt. hist. Aug. a Bennone Casp. Haurisio editos Heidelbergæ fol. T. III, cum nummis et figg. Subjectas habet et varr. et notas maxime ex Patino haustas ad illustranda monumenta.

— C. Suetonius Tranquillus, ex recensione et cum animadversionibus Jo. Aug. Ernesti. Lips. apud Jo. Wendlerum. 8. — De hac editione sua editor ipse hæc profitetur: «Ceterum, quum Burmannianæ editionis exempla majora essent, quam pro usibus studiosorum, quippe viris modo destinata, nos, qui Suetonii lectionem ad multas res utilem juventuti sciebamus, et aliquoties in scholis nostris interpretati eramus, excussis ante etiam illis egregiis Stephani, Casauboni, Grævii, et Burmanni editionibus, instituimus Suetonium ita edere, ut aptus esset lectioni juvenilis ætatis. Itaque primum textum concinnavimus quodammodo novum, delectis lectionibus, quæ nobis optimæ videbantur, quibusdam etiam novis assumtis, sed paucis, quæ rationibus rerum et linguæ certis niterentur, ceteris pro con-

jecturis in notas rejectis: deinde notas ipsi scripsimus breves sub textu ad intelligenda difficiliora necessarias, longioribus disputationibus sub Excursuum nomine ad calcem rejectis.» Neque tamen textus, in quo editionem 1698 sequitur, nisi quod passim Burmannianas emendationes receperit, ea qua decebat diligentia exscriptus; quod commune fere vitium est editionum, in quibus corrigendis aliena manus adhibetur. Notæ neque perpetuæ, neque pro viri nomine graviter satis, vel ad rationem criticam apte conscriptæ videntur.

1751. Caius Suetonius Tranquillus, ex recensione Francisci Oudendorpii, qui variantes lectiones, suasque animadversiones adjecit; intermixtis J. G. Grævii, et J. Gronovii, nec non ineditis Car. Andr. Dukeri adnotationibus. Lugduni Batavorum, apud Sam. Luchtmans et filios. 2. voll. 8 maj. — In textu nullam superiorum recensionum totam sequitur, sæpissime tamen Grævianam, sed ita, ut rationes auctorum commemoret. Sæpe sequitur suum judicium: in quo et scriptis quibusdam libris usus est, et edd. veteribus pluribus: bene sane de Suetonio meritus.

1755. C. Suetonii vitæ XII Cæsarum. Halæ. 12.

1761. — XII Cæsares, ex optima atque accuratissima Franc. Oudendorpii editione fideliter expressi. Edinburgi. 12.

1762. Suetonius Chrestomathia illustratus a P. Millero cum tabb. geneal. Berolini, s. potius Ulmæ, in offic. Wagneri. 8.

1767. C. Suetonius Tranq. Lugd. Bat. 12.

1771. Cum Gallicâ versione, notis atque observationibus de la Harpe. Paris. 2. voll. 8.

— cum Gallica versione et obss. Henr. Ophelot de la Pause [Delisle de Sales]. Paris. 4. voll. 8.

1775. C. Suetonius Tranquillus ex recensione et cum animadversionibus. Jo. Aug. Ernesti. Editio secunda emendatior. Lipsiæ, sumtibus Caspari Fritsch. 8. In qua editione etiam Oudendorpii curis usus est. Sed textus laborat interpunctione nimia, mendorumque graviorum turpitudinem admisit; ut in cap. penultimo vitæ Othonis legitur ipse exanimatus *undenonagesimo ætatis anno, et nonagesimo imperii die; qui* XXXVIII *ætatis anno et* LXXXXV *imperii die* obiisse Suetonio dicitur.

1778. C. Suetonii Tranq. Cæsarum XII vitæ. Halæ, sumtibus orphanotrophei. 12.

1782. — ex recensione Burmanni. Norimb. ap. Riegel. 8.

— C. Suetonius Tranq. de XII Cæsaribus, ad optimas editiones editus. Herbipoli, ap. Stahel. 8.

1783. C. Suetonius Tranquillus ad optimas editiones collatus. Præmittitur Notitia Literaria. Accedit Index. Studiis Societatis Bipontinæ. Editio accurata. Biponti, ex typographia Societatis. 8. — Textum exhibet ed. Ernestinæ 1775. facta cum accuratioribus editionibus comparatione emendatiorem.

1788. C. Suetonii Tranq. quæ supersunt omnia. Mannhemii, 2. voll. 8.

1800. C. Suetonius Tranquillus ad optimas editiones collatus. Præmittitur Notitia Literaria. Accedit Index. Studiis Societatis Bipontinæ. Editio secunda, emendatior et auctior. Argentorati, ex typographia Societatis. Anno VIII. 8. — In secunda hac editione nostra lectionem, an. 1783 a nobis post Ernestium vulgatam, subinde mutavimus, adeoque emendatiorem reddidimus, facta denuo accuratiore textus collatione cum ed. Veneta an. 1500, Parisina 1512, Aldina II, Basileensi 1533, Stephaniana 1543, Casauboniana, Græviana, Oudendorpiana: Notitiam literariam cum Indice editionum auximus: tandem Fragmenta Suetonii addidimus, quæ in editione Ernestina desiderantur.

Sed et alii commemorandi sunt, qui Suetonio prodesse voluere, vel profuere aliquo modo. Commentarios perfectos moliebatur Casp. Barthius; vid. Statium ejus T. III, p. 404. Promisit et Salmasius ad Script. H. A. p. 57. Rich. Bentleium molitum esse novam editionem Suetonii, in Diario Veneto traditum reperitur T. XVIII, p. 458, quam intercidisse dolemus. Multi scripsere præterea, quæ Suetonio vel prodessent, vel profutura auctores sperarent. Nobis hi notuere: Marcellus Donatus in Dilucidationibus in Latinos plerosque historiæ Rom. scriptores p. 154, ed. Veron. 1656, 4, insertis quoque T. VI Lampadis Artium s. Thesauri critici Gruteriani Francof. 1612. 8. Nic. Bellermontius in Diss. in Tacitum, Suetonium, etc. Basil. 1626. 8. E commentariis, quos Berneccerus in Suetonium parabat, edi-

tæ sunt diatribæ quædam in Cæss. Argentor. 1623. 4. item 1655. 4. Sunt fere e genere politico. In ceteris nil admodum literis periit. Exstant et Jac. Zevecotii Observata politica ad Suetonii Julium Cæsarem, recusa Amstelodami 1637. 12. Commentarium perpetuum in vitam Julii Cæsaris scripsit Henr. Hoogeveen, adhuc ineditum. Nic. Fabri plures observationes reperiuntur in ejus Semestribus, ut L. I, c. 2, 5, 6, 18, etc. Locum in Caligulæ c. 16, ex nummis emendare aggressus est Moreau de Mautour. Vid. Mémoires de Trévoux an. 1728, Nov. p. 2121; an. 1729, Mars p. 557; an. 1730, Mai p. 835 De Carmelo monte et Deo ad illustrandum Suetonium in Vespas. c. 5, Dissertationem scripsit Jo. Jac. Bosius, editam Lipsiæ 1740. 4. Et Casp. de Mendoza: « Explication de un lugar de Suetonio, y examen de la Deidad, que consulto Vespasiano en el Carmelo, simul ac L. A. Espin en Sevilla, Zaragoça, 1678. » 4. Dan. Guil. Trilleri Dissertatio de veterum Chirurgorum arundinibus atque habenis ad artus male firmos confirmandos adhibitis, ad locum Suetonii in Aug. c. 80, prodiit Amst. 1751. 8. De Felice, trium reginarum marito, Comm. Christ. Guil. Franc. Walchii ad illustrandum locum Suetonii Vit. Claud. c. 28, legitur in Gorii Symbolis liter. Rom. Vol. III, Romæ p. 183-206. Singula loca etiam tractantur in Franckii Biblioth. noviss. observat. et recens. Sect. I, p. 29, et in Obss. Misc. Dorv. Vol. VI, p. 598 sq. Add. Chr. Grimm Exercit. critico-exegeticam super loco Suetonii, Galba c. 22 init. Lips. 1798. 8. et Kappium in censura novissimæ ed. Ernestinæ in Ephemeridibus lit. Erfurt. qui multas attulit emendationes novas. Huc pertinent etiam Jac. Perizonii notæ, in scholis ejus exceptæ, et a quodam Christ. Phil. Kœllnero editæ Vratisl. 1725. 8. In Titum emendationes et interpretationes novas edidit Theod. Marcilius an. 1603, quas vehementer perstringit Casaubonus ad Vopisci Carin. princ. Suetonium de imperio Caligulæ cum Dione Cassio, Josepho, et Philone contendit Birgerus Thorlacius in Disquisitione historico-critica, Hafniæ 1797. 8. Quis Chrestus in vita Claudii c. 25, sit, quæstio orta est, et in pluribus scriptis præter interpretes atque editores agitata. Heumannus in Dissert. Jenæ 1709, 4, et in Sylloge Dissert. p. 536, contra Anton. van Dale

(Ant. van Dale Dissertatio de statua Simoni Mago erecta, qua occasione agitur de Chresto Suetonii. — Post Ant. van Dale Dissert. de Oraculis. Amst. 1700. 4. p. 579.) intelligit Christum redemtorem, et sic alii, inter quos Gisb. Cuperus in Epistola de Chresto. Vid. Lettres de Critique, de Littérature et d'Histoire de Gisb. Cuper. Amst. 1743. 4. p. 509. et Car. la Motte in Dissertation sur le nom de Chrestus, dans laquelle on fait voir, contre l'opinion d'Usher, von Dale, et le Clerc, que Suétone a entendu par là N. S. Jésus-Christ. Dans la Nouvelle Bibliothèque T. IX, Juin 1741, p. 235. Contra Gœtzius in Celeb. virorum Epistolis de re numismatica, Witteb. 1716. 8. Mich. Rossal Observatione de Christo per errorem in Chrestum commutato, Groningæ 1717. 8. Paul. Christ. Hilscher in Program. de Chresto, cujus mentionem Suetonius facit, quod ille non sit Christus, mundi salvator, Lips. s. a. et Guil. Christ. OEttel in Comment. de Judæis, impulsore Chresto assidue tumultuantibus, Salfeld. 1779, negant cum aliis, et affirmant, Chrestum illum fuisse Græcum aut Romanum, qui Judæorum doctrinam placitaque amplexus, tumultus dedisset occasionem.

Codices scripti, præter eos, qui jam usurpati sunt a viris doctis, pluribus locis servantur. Quatuor in Bibl. Taurinensi, duo membranacei, duo chartacei, sed de Sæc. XV omnes. Vid. Catal. Mss. Taurin. T. II, p. 132, 357: alius in Bibl. Tigurina, item in Bernensi: duo in Bibl. Guelf. alium in Bibl. S. Georgii vidit Abbas Gerbertus. Vid. Itinerar. p. 453. Varietas e Ms. Giphanii est in Obs. Miscell. T. IX, p. 328 sq. De Codice Lyseriano dictum est in præf. editionis Ernestii.

VERSIONES.

HISPANICA.

1569. Interprete Jaimo Bartholomæo. Tarracone.

GALLICÆ.

1490. Lucain, Suetone et Salluste. In fine: « Cy finist Lucan Suetone et Saluste en françois Imprime a paris Le xxii° jour de decembre mill. iiii. cc. iiiixx. x. par Pierre de Rouge Libraire du roy nostre sire pour Anthoine Verard marchand libraire demourant a Paris sur le Pont nostre dame a lymage sainct Jehan leuangeliste. » Fol.

1500. Lucan, Suetone et Saluste en François. Paris pour Antoine Verard. xvii de Sept. 1500. Fol.

1520. Suetone translaté en françois par Guillaume Michel dit de Tours. Imprimé à Paris, par Pierre Vidove pour Galliot du Pré. MDXX.

1530. La très-illustre et mémorable Vie, Faits et Gestes des douze Césars, écrite premièrement en Latin en douze livres par Suetone Tranquille; translatée par Guillaume Michel dict de Tours. On les vend à Paris par Iehan Petit, imprimée par Pierre Leber demourant au coing du pavé pres la place Maubert, et fut achevé le troiziesme jour de Fevrier mil cinq cens xxx. 4.

1540. La même traduction. Paris, A. Langelier, 8.

1556. Suetone Tranquille de la vie des douze Cæsars, en douze livres, trad. par George de la Boutiere. à Lyon par Jean de Tornes. 4. — 1569. Eadem, ibid. 4.

1611. C. Suetone Tranquille de la vie des douze Césars, traduit en François et illustré d'annotations (par Jean Baudoin) à Paris, chés Richer. 4. c. figg.

1616. Georgii de la Boutiere versio repetita Paris. 4.

1628. Parisiis, 4. novam Suetonii versionem Gallicam prodiisse cum brevibus in margine notis, testatur Fabricius in Bibl. L. Vol. II, p. 461. Sed illa forsan non nisi repetitio fuerit versionis Jo. Baudoin.

1654. Suetone Tranquille, contenant l'histoire de la vie des douze Césars. Nouvellement traduit en François et illustré d'annotations, (par J. Baudoin.) à Rouen, chés Jacques Cailloye. 8.

1661. C. Suetone de la vie des douze Césars, traduction nouvelle par B. du Teil. à Paris. 4. Repetita ibid. 1663. 12. 2 voll.

c. figg. et 1667. 12. tum 1669. 12. Amstel. 1663 et 1670. 12.

1688. Histoire des Empereurs Romains par Suetone, mise en François par D. B.... à Paris. 8.

1668. L'histoire des Empereurs Romains depuis Jules César l'an de Rome 670, jusqu'à Domitien en 849, traduite du Latin de Suetone par D. B.... à Paris. 12.

1771. Histoire des douze Césars de Suetone, traduite par Henr. Ophelot de la Pause (Delisle de Sales) avec des Mélanges philos. et des notes. à Paris. 4 voll. 8. cum textu Lat.

— — par de la Harpe, à Paris. 2 voll. 8. c. textu Lat.

GERMANICÆ.

1536. C. Suetonius Tranquillus von Geburt, Leben, Thaten vnd Todt, Julij, Augusti, Tyberij, Caligule, Claudij, Neronis, Galbe, Othonis, Vitellij, Vespasiani, Titi vnd Domitiani, der XII. ersten Rœmischen Keyser, Auffs allerfreiest, niemandts etwas entzogen, noch hinzu gethan, on. alle schmeychlerei beschrieben. Darunde, wirt auch, wie sich von ersten die schweren Burgerkrieg angefangen, vnd jæmmerlichen, zu verderbung dess ganzen Rœmischen Reichs, eyn endt genummen, kürtzlich gemeldet. Jetzundt New aussgangen. Gedruckt zu Strassburg bei M. Jacob Cammerlander von Mentz. Anno M. D. XXXVI. — In fine: Ende C. Suetonij Tranquilli Von geburt, leben, thaten vnd Todt der Zwœlff ersten Rœmischen keyser. Fol. — Auctor hujus versionis est Jac. Polychorius.

1663. Philomusen (Graf Heinrich Detlef von Holken) verdeutscher Suetonius über die zwœlf erste rœmische Kaisere. Gedrukt zu Copenhagen im Jahr 1663. 8.

1766. Das 33. Kap. aus dem Leben des Augusts; das 17. und 18. aus dem Leben Des Tibers, von Schlegel. — Vid. Schlegels Werke. Kopenhagen und Leipzig. 1766. 8.

1771. Kaius Suetonius Tranquillus ins Deutsche übersetzt von M. Ioh. Franz Wagner. Lemgo. 8.

1788 et 1789. Caius Suetonius Tranquillus übersetzt und mit erlæuternden Anmerkungen begleitet von J. P. Ostertag. Frankfurt am M. bey Hermann. 2 Theile. 8.

ITALICÆ.

1529. l. 1539. Vita de duodeci Imperatori descritta per Suetonio in volgare. Historia d'Herodiano de lo Imperio dopo Marco tradotta in lingua toscana, et con diligentia stampata MDXXXIX (sic.) — In fine: In Venetia, Per Venturino di Rofinelli, del mese di Febraio MDXXIX. 8. — Insunt vitæ tredecim Imperatorum: Julii Cæsaris, Augusti, Tiberii, Neronis, Galbæ, Othonis, Titi, Domitiani, Nervæ, Trajani, Adriani, Antonini Pii, et Marci Philosophi, partim ex Suetonio, partim ex aliis auctoribus, in compendium redactæ.

1544. Le Vite de dodici Cesari di Gaio Suetonio Tranquillo. Tradotte in lingua toscana per M. Paolo del Rosso Cittadino Fiorentino. In Roma nel M. D. XLIIII. — In fine: Stampato in Roma per Antonio Blado Asulano, ad instanza ed à spese di M. Francesco Priscianese Fiorentino. 8. — In Bibl. Fabriciana hæc ed. male refertur ad an. 1539.

1550. Le Vite, etc. (ut supra). In Vinegia, appresso Hieronymo Calepino. 8. — Repetitio ed. antecedentis.

1554. Le Vite, etc. (ut supra). In Venetia, Appresso Baldassare Constantini, al segno di S. Georgio. — In fine: In Vinegia per Giovan. Griffio, ad instanza di Baldassare Constantini. 8.

1556. Le Vite de Dodici Cesari, Primi Imperatori Romani, di Gaio Suetonio Tranquillo. Novamente in bonissima lingua Toscana tradotte per M. Paolo del Rosso Cittadin Fiorentino. Con una copiosissima Tavola de le più memorabili cose fatte da quelli. In Vinegia, per Pietro Bosello. MDLVI. — In Vinegia, per Domenico de' Farri ad instantia di Pietro Boselli. 8.

1611. Le Vite de' XII. Cesari di Cajo Suetonio Tranquillo, tradotte in volgar Fiorentino da Paolo del Rosso con l'ordine di leggere gli Scrittori dell'Istoria Romana, di Pietro Angeli da Barga, trad. da Francesco Serdonati. In Firenze per Filip. Giunti. 8.

1738. Le Vite de' Dodici Cesari di Gaio Suetonio Tranquillo, tradotte in volgar Fiorentino da F. Paolo del Rosso Cavalier Gerosolimitano. Nuova edizione con le vere effigie de' Cesari ed altre illustrazioni dichiarate nella Lettera dell'Editore a' Lettori. In Venezia, appresso Francesco Piacentini. 4.

ANGLICÆ.

1606. The History of the twelve Cæsars, written in Latin by C. Suetonius Tranquillus. Translated into English, with Notes, by Philemon Holland. London. Fol.

1670. The Lives of the twelve Cæsars, the first Emperors of Rome. Written In Latin by C. Suetonius Tranquillus, and now done into English by several hands. With the Life of the Author, and Notes npon those passages which relate to the Roman Customs. London, printed by Tho. Hodgkin. 8. cum figg. Repetita ibid. 1672, 1677, 1689, 1690, 1692, 1698, 1704.

1717. The Lives of the XII Cæsars, written in Latin by C. Suetonius Tranquillus, and translated into English by Jabez Hughes. London. 2 voll. 12. cum figg. Recusa ibid. 1726.

1732. C. Suetonii Tranquilli XII Cæsares, cum libera versione, in qua idiomatis Anglici ratio, quam maxime fieri potuit, habita est. Or, The Lives of the twelve first Roman Emperors, writ by C. Suetonius Tranquillus, with a free translation, wherein due regard has been had to the propriety of the Enlish tongue. By John Clarke, Master of the public Grammar School in Hull. London, printed for A. Bettesworth and C. Hitch. 8. — 1739. Eadem, ibid. 8.

1768. The Life of Terence translated from Suetonius with Notes, by Dr. Ralph Schomberg of Bath, and prefixed to Mr. Colman's Translation of the Comedies of Terence. The second edition. London. 8. Vol. I, p. lxv-lxxxiii.

1796. The Lives of the first twelve Cæsars, translated from the Latin of C. Suetonius Tranquillus, with Annotations and a Review of the Government and Literature of the different Periods. By Alexander Thomsom, M. D. London, Robinsons. 8.

BELGICA.

1699. C. Suetonius Tranq. van de XII. Keizers, uyt het Latyn verduischt door A. Bogaart. t'Amst. 8.

DANICA.

... Interprete Comite Henr. Detlevo Holkio. — Sic Fabricius

in Bibl. Lat. T. II, p. 461 sq. non indicato loco neque anno, quo prodiit hæc versio. Ejusdem Holkii versionem Germanicam Suetonii supra memoravimus sub an. 1663.

Restat ut paucissima, quæ vel Bipontinorum oculos inter tot congesta fefellerunt, vel quæ recentius prodierunt, a nobis adjiciantur.

Suetonii editio Parisiensis 1512 « recusa esse videtur, » ait Harlesius, « Paris. 1515, fol. apud eosdem (nisi novus tantum titulus fuerit præfixus); saltem ad verbum ed. Bonon. 1506 expressam, at multo vitiosiorem esse judicat Burmannus in Præfat. »

La Vie, Faitz, et Gestes des douze Césars, nouvellement imprimés, Paris. 1481. 8vo.

Le Vite dei dieci imperatori, trad. da Mambrino Roseo. Venezia, 1544. 8 vo. Il Roseo tantum supplevit Suetonio, ex diversis auctoribus.

Suetonius. Antv. 1548. In Musco Britann.

Versionem Hispanicam memorant Bipontini, interprete Jaimo Bartholomæo, Tarracone 1569: sed, ni fallimur, non prodiit ante annum 1596, 8vo. Edita est etiam Madriti a Francisco Sanz, 1679, 8vo. Ensayo de una Bibliotheca de los Traductores en Castellano, etc.

Vita T. Fl. Vespasiani, cum notis et animadversionibus M. Berneggeri, Argent. 1625. 4to.

Suetonium Anglice vertit celeberrimus Andrew Marvell. Lond. 1672. 8vo.

Anno 1707, Rothomagi, 12mo, primum suam editionem edidit P. de Grainville, de qua noster Barbier : « Elle est bien imprimée; l'éditeur a pris la peine de marquer en marge la chronologie, et d'évaluer en livres tournois les valeurs romaines que présente Suétone. Il a mis à la fin un bon *index géographique*, comme il fit ensuite pour son Paterculus. »

Caii Suetonii Tranquilli Opera, in usum Scholarum accommodata, Halæ 1801. 8vo.

C. Suetonii Tranquilli Opera. Textu ad Codd. Mss. recognito,

cum Jo. Aug. Ernestii animadversionibus nova cura auctis emendatisque, et Isaaci Casauboni Commentario; edidit Frid. Aug. Wolfius. Insunt Reliquiæ Monumenti Ancyrani et Fastorum Prænestinorum. Laudes magnas tulit hæc editio tam, ob adjumenta a codicibus Mss. accepta, quam ob Ernestiani textus varias et felices emendationes. Lips. 1802. 8vo. voll. 4. — Edit. secunda. 1804, 8vo. voll. 4.

Caii Suetonii Tranquilli Vitæ duodecim Cæsarum, Erlaütert Von Joh. Heinr. Bremi, Turici 1806. 8vo. maj. « Adolescentibus, » ait Harlesius, « præcipue antiquarum literarum studiosis commendanda est editio. » Emendationes vero, teste Klugling, sæpe in conjectura positæ sunt.

Histoire des douze Césars de Suétone par de la Harpe, repet. Paris. 1805, cura et studio Boulard. 8vo. voll. 2. — 1822, 18mo. voll. III, a J. Auger edita. Exstat in viri ejusd. Operibus.

Suetonii XII Cæsarum Vitas Gallice reddidit, et notis illustravit Maurice-Lévêque. Paris. 1807. 8vo. voll. 2. Hæc inter Gallicarum versionum optimas habetur.

Sueton. Vitæ Cæs. Gallice versæ a Delaroche. Par. 1807. 8vo.

Caii Suetonii Tranquilli Julius Cæsar et Cæsar Octavianus, in usum Scholarum. Posnan. 1809. 8vo. maj. Editio expurgata, quæ vocatur, textum Wolfianum exhibens.

C. Suetonii Tranquilli Opera. Textu ad præstantissimas editiones recognito, continuo commentario illustravit, clavem Suetonianam adjecit Detlev. Car. Guil. Baumgarten-Crusius. Lips. 1816—1818, voll. III. 8vo. Editio optima, de qua convenienter in præfatione nostra dictum est. Repetita est 1820, 8vo voll. II, cum breviore annotatione in usum scholarum.

C. Suetonii XII Vitæ Cæsarum germanice versæ a N. G. Eichoff. Francofurti, 1821, voll. II, 8vo. Exstant in Lateinischen prosaischen Schriststeller.

C. Suetonii Tranquilli Opera, sedula recensione accurata, Lond. 1824. 18mo. editore Joanne Carey, LL. D.

Vitæ XII Imperatorum germanice translatæ a J. H. Bremi. Secunda edit. Zurici, 1820, 8vo.

C. T. Suetonii quæ supersunt omnia. Manhemii, 1824, 8vo. Tom. primus.

Ejusdem Vitæ XII Imperatorum, curante G. H. Lünemann. Exstant in tom. I collect. cui titulus: Bibliotheca nova Romana classica. Hannoviæ, 1824, 8vo.

Essai critique sur les sources des Biographies de Suétone, par Soeltl. V. Gotting. gel. Anzeg. 1825, août, p. 1345; et Bulletin des Sc. hist. publié par M. de Ferussac, tom. V, p. 24.

Hactenus de Suetonii Editionibus. Tractatibus ad Suetonium pertinentibus a Bipontinis jam supra p. XVIII, sqq. memoratis addi possunt sequentes: Henrici Heisen triplex dissertatio de Imperatoria Majestate a primis Historiæ Augustæ conditoribus indignissime habita exstat in Symbolis literariis Bremens. T. II, P. II, p. 246, et alibi. — M. Green Progr. de templo curia ad Suetonii Octav. Cæs. Aug. cap. 29 et 35. Misenæ 1743. 4to. — M. Schwarzii Rect. Progr. de ultimis Augusti apud Suetonium in Octav. 99, et Dion. LVI, 30. 1794. fol. — G. E. Lessingii observationes criticæ in var. script. gr. et lat. Berolini, 1794. 12. — Nouveau Dictionnaire Historique, in loc. — Arthur Browne in Miscellaneis, Dublin, 1798, 8vo. vol. I, aut in the Transactions of the Royal Irish Academy at Dublin, vol. V, art. I, comparationem inter Tacitum et Suetonium instituit, et Romæ incendii Neronem fuisse auctorem pernegat. — Frid. Aug. Wolfii Prolusiones quædam catalogorum lectionum in Academia Halensi habendarum, in quibus varios Suetonii locos critice tractavit, collectæ primum a Frid. Manitio, et junctim editæ Hal. 1801, 8vo. in Collectione tractatuum diversi argumenti, iterumque ab ipso Wolfio, Hal. 1802, 8vo. — Mulleri Obss. ad Sueton. cum Auctario Animadversionum Reinesianarum, Lips. 1804. 8vo. — G. H. Waltheri Observationes ad Suetonii Cæsarum Vitas, Torgaviæ 1813. 8vo. — Porson's Tracts and miscellaneous Criticisms, by Kidd. Lond. 1815, 8vo.

C. SUETONII TRANQUILLI

DUODECIM

CÆSARES.



CAIUS JULIUS CESAR.



Laguiche del.t P. Pauquet Sculp.

BIBLIOTHÈQUE CLASSIQUE LATINE, par N.E. LEMAIRE

C. SUETONII TRANQUILLI

[illegible]

... te Plin. Hist. Nat. VII, 54, ed. Franz. — De *gente Julia* copiosissime ex-

... morem Nostri, brevitatis studio multa sæpe uno commate complectentis tempore diversa, cujus



Laguiche del^t P. Pourquet Sculp

BIBLIOTHÈQUE CLASSIQUE LATINE, par N.E. LEMAIRE

C. SUETONII TRANQUILLI

C. J. CÆSAR.

CAP. I. **C**AIUS JULIUS CÆSAR . . . . annum [1] agens sextum decimum, patrem amisit: sequentibusque Consulibus, Flamen [2] Dialis destinatus,

I. 1. *Annum agens.* Initium hujus libri, quale auctor conscripserat, periisse plerisque videtur, desiderantibus maxime prosapiæ Cæsaris mentionem historiamque pueritiæ, quam, reliquorum Imperatorum vitis præmissam, in hoc uno prætermisisse Suetonium credere vix licet. Accedit ad rationes satis graves librorum varietas, qui vel omittunt initio Cæsaris nomen, vel diverse præponunt, ut adeo repetitum istud post libri inscriptionem librariorum sedulitati tribuendum videatur. Ut ut sit, non temere deperditum hujus vitæ initium pronuntiemus, quum aliud in Cæsare Suetonius facere potuerit, aliud in ceteris Imperatorum vitis. — Natus est Cæsar anno ab U. C. 654, C. Mario VI, et L. Valerio Flacco Coss., Idibus Quintil., unde huic mensi *Julii* nomen postea datum: vide cap. 76. Obiit igitur pater A. U. 670, L. Cornelio Cinna IV, Cn. Papirio Carbone Coss. De ejus morte Plin. Hist. Nat. VII, 54, ed. Franz. — De *gente Julia* copiosissime exposuit Glandorp. Onomast. p. 414 seq. de Cæsare Dictatore, p. 425 seq. Conf. BAYLE, *Dictionn. histor. et crit.*, sub voc. *César*, not. R.

2. *Flamen Dialis destinatus.* Suo loco mota hæc verba aliis videntur, aliis ab aliena manu inserta, ob difficultates chronologicas. Nam Velleius, II, 43: « quum pæne puer a Mario Cinnaque Flamen Dialis creatus, victoria Sullæ, qui omnia ab iis acta fecerat irrita, amisisset id sacerdotium. » Eo autem anno, quem Noster dicere videtur (A. U. 670, vel 671) fato jam cesserant Marius et Cinna; ille 667, hic 669. Inter plurimos, qui in hac arena desudarunt, de quibus plura vide apud Oudend. optime rem explicuisse videtur Wesseling. Observ. II, 18, qui, Cæsarem jam anno 667 in Merulæ locum Flaminem destinatum, ea tempestate, de qua Sueton., dimissa Cossutia, Corneliam duxisse, existimat, provocans ad morem Nostri, brevitatis studio multa sæpe uno commate complectentis tempore diversa, cujus

dimissa Cossutia, quæ, familia equestri, sed admodum dives, prætextato[3] desponsata fuerat, Corneliam, Cinnæ quater[4] Consulis filiam, duxit uxorem, ex qua illi mox Julia nata est; neque[5] ut repudiaret, compelli a Dictatore Sulla ullo modo potuit. Quare[6] et sacerdotio, et uxoris dote, et gentiliciis hereditatibus multatus, diversarum partium habebatur: ut etiam discedere e medio, et,

exemplum, nostro assimile, vide Tiber. 9, fin.; atque ita etiam interpunxi, ut sensus existeret: Cæsar, jam prius pæne puer Flamen Dialis destinatus, sequentibus Coss. h. e. sequente post patris mortem anno, dimissa Cossutia, etc. — Cæsarem autem *destinatum* (h. e. *designatum*, ut Tacit. Annal. I, 3, *destinari Consules*) modo, nunquam inauguratum fuisse Flaminem, docent et sequentia, ubi *sacerdotio multatus* dicitur, et Velleius l. c. Adde Tacit. qui Annal. III, 58, « duobus et septuaginta annis post Cornel. Merulæ cædem *neminem suffectum* » dicit, ubi Lipsius scrupulum, qui ex nostro loco oriri posset, removit. — Ceterum, *Flamines* (Dialis, Martialis, Quirinalis) nonnisi e Patribus legebantur. Ritus electionis vide Tacit. Annal. IV, 16. De dignitatis cerimoniis agit Gell. Noct. Att. X, 15.

3. *Prætextato;* id est, ante sumtam togam virilem, quam quo ætatis anno induere soliti fuerint, controversum est: conf. ad August. 8. Ita Velleius, I, 10: « duos minores natu *prætextatos* habuit. » Quintil. Inst. I, 8: « de quo genere optime C. Cæsarem *prætextatum* adhuc accepimus dixisse. »

4. *Quater Consulis;* id est, qui omnino quater Consul fuit, ut Vitell. 7, « *ter Consulis* filium. » Alii interpretantur, *quartum* Cons.

5. *Neque ut repudiaret*, etc. Juvat Cæsarem intueri, qui sexdecim annos natus Dictatoris Sullæ satellites et jussa contemnit: juvat pariter Catonem audire qui novennis a magistro ferrum flagitat, ut Romæ tyrannum interficiat. Sic prima solidæ mentis indicia etiam in pueris futuros virorum animos prænunciant et arguunt. Quod Dictatori negavit adolescens Cæsar, M. Piso consularis nullo pudore concessit. Is Anniam, quæ Cinnæ uxor fuerat, dimisit in Sullæ gratiam. Vellei. II, 41. Et ab omni tempore majoris fortunæ feminis publicæ res variis de causis divortium attulerunt. Exemplo sit, quod ipsi vidimus, quum nuperus ille Gallorum dux, Europæ molestissimus, imperio cetera egregio daturus heredem, posthabita fide, conjugem dimisit.

6. *Quare.... multatus.* Non de uno tempore hæc intelligenda. Complectitur auctor Sullæ injurias, quæ ad diversas partes Cæsarem transduxerunt. Sacerdotium sibi destinatum prius amiserat (cf. supra), nunc et uxoris dotem et reliqua, eaque non tam lege Cornelia de proscriptione, ad dotem et hereditates extensa, quam pœna arbitraria, ut statuit Ernest.

quamquam morbo quartanæ aggravante, prope per singulas noctes commutare latebras cogeretur, seque ab inquisitoribus pecunia redimere[7]; donec per [8] virgines Vestales, perque Mamercum Æmilium et Aurelium Cottam, propinquos et affines suos, veniam impetravit. Satis constat, Sullam, quum deprecantibus amicissimis et ornatissimis[9] viris aliquamdiu denegasset, atque illi pertinaciter contenderent, expugnatum tandem proclamasse, sive [10] divinitus, sive aliqua conjectura : « [11] Vincerent, ac sibi haberent, dummodo scirent, eum, quem incolumem tanto opere cuperent, quandoque optimatium partibus, quas secum simul defendissent, exitio futurum; nam Cæsari [12] multos Marios inesse. »

7. *Ut etiam.... redimere.* Infinitivos *discedere* et *redimere*, pendentes a *cogeretur* prætuli, ob orationis concinnitatem. Alii, *discederet* et *redimeret.* — *E medio;* ex civium conspectu. — *Inquisitores,* homines ad investigandum emissi, quos Gr. φυγαδοθήρας dici, notat Casaub.

8. *Per virgines Vestales:* quibus jus erat pro afflictis preces interponendi, maxime intercedendi pro criminis capitalis reis. Exempla sunt apud Cicer. pro Font. 17; Nostr. Tib. 2; Vitell. 15; Tacit. Ann. XI, 32; Hist. III, 81. — *M. Æmilius Mamercus* vel *Mamertus* Consul fuit cum D. Bruto A. U. 676 (Cic. Brut. 47), fuditque, quod Reines. annotavit e Liv. Epit. LXXVI, in bello Marsico Italicos, legatus Cn. Pompeii Consulis. — *M. Aurel. Cotta* consulatum gessit cum Lucullo, A. U. 679 (Cic. Verr. V, 13). De propinquitatis affinitatisque cum Cæsare ratione nihil constat, nisi quod Aureliam, matrem Cæsaris, M. Aurelii sororem fuisse, e nostro loco colligit Glandorp. Onom. pag. 144.

9. *Ornatissimis*, honoratissimis, qui summa egerant munera.

10. *Sive divinitus, sive*, etc. Hoc est, sive Deo aliquo agitante, eumque sermonem ut vaticinium suggerente; sive ad ita sentiendum humana tantum prudentia et accurata indolis Cæsaris observatione commotus. Illud casum, hoc causas externas internasque rationes involvit. Similiter in Claud. cap. 13, « casu quodam ac divinitus. »

11. *Vincerent;* ut antea *expugnatum*, de effecta tandem post multum laborem persuasione.

12. *Cæsari multos Marios inesse.* Sulla in tragœdia celebratissima, cui nomen ipsius est, auctore inclyto DE JOUY, act. I, sc. 3:

J'ai pesé comme vous ses vices, ses vertus,
Et mon œil dans César voit plus d'un Marius

ubi contra hanc Suetonii mentem rogante quodam, ut in Cæsarem sæviatur, vivendum illi haud invitus respondet. — Alio sensu Cicero,

II. Stipendia prima in Asia fecit, M. [1] Thermi Prætoris contubernio; a quo ad arcessendam classem in Bithyniam missus, desedit apud [2] Nicomedem, non sine rumore prostratæ regi pudicitiæ : quem rumorem auxit intra paucos rursus [3] dies repetita Bithynia, per [4] causam exigendæ pecuniæ, quæ deberetur cuidam [5] libertino, clienti suo. Reliqua [6] militia secundiore fama fuit, et a Thermo in expugnatione Mytilenarum corona [7] civica donatus est.

apud VOLTAIRE, *Catilina*, Tragœd. act. V, scena ultima :

Je réponds de César ; il est l'appui de Rome :
J'y vois plus d'un Sylla, mais j'y vois un grand homme.

II. 1. *M. Thermi.... contubernio.* Aurel. Victor, 82 : « *contubernalis* Thermo in Asiam profectus. » *Contubernio* ducis uti dicebantur juvenes nobiles, qui in eodem tentorio habitantes artem militarem ab eo discebant. Cort. ad Sallust. Jug. 64; Ernest. in Clav. Cicer. — De *Thermo* nihil constat, nisi Minuciorum hoc fuisse cognomen. Quem Appian. Mithrid. 52, pro Prætore fuisse relictum in Asia a Flacco, fascibusque a Fimbria privatum scribit (A. U. 669), cum nostro eumdem esse non posse, docuit jam Casaubo. Alius in bello civili a Pompeii partibus stetit. Cæs. Bell. Civ. I, 12; Flor. IV, 2, 19 : sine dubio idem, qui Catonis collega fuerat in tribunatu. Plutarch. Cat. min. 27. Sed is *Quinti* prænomen gessit, Proprætor Asiæ, A. U. 702, memoratus a Cicer. ad Div. II, 17; Attic. V, 20. Ad eumdem epistolæ sunt Ciceronis, ad Div. II, 18, et XIII, 53 seq. Dicitur etiam Thermus quidam cum aliis transiisse a Sexto Pompeio ad Antonium : Appianus de Bell. Civ. lib. V, 139.

2. *Apud Nicomedem.* Fuit is Nicomedes IV, a Mithridate regno exutus, sed restitutus a Romanis, quibus postea, quum sine prole decederet, regnum legavit. Appian. Mithrid. 7, ubi vide Schweigh.; cf. Fabric. ad Dion. XLIII, 20. — De pudenda Cæsaris cum Nicomede consuetudine vide infra, c. 49.

3. *Rursus repetita.* Frequens pleonasmus. Corn. Nep. Alcib. 6, *rursus resacrare*; infra etiam, Tib. 63, *relata rursus*.

4. *Per causam*; sub nomine, sub prætextu.

5. *Libertino. Libertini* opponuntur *ingenuis*; iidem *liberti* dicuntur, addito nomine seu respectu manumissoris vel patroni. De alia multorum sententia cf. ad Claud. 24. Ceterum, hic locus præter alios ostendit, fuisse nonnunquam libertinis patronos alios præter eum, qui libertatem dederat.

6. *Reliqua militia*; per reliquam militiam, reliquo militiæ tempore, ut verbum *fuit* ad ipsum Cæsarem referatur.

7. *Corona civica.* Vide Gell. V, 6; Plin. Hist. Nat. XVI, 4, 5. Vox *corona* h. l. a nonnullis omittitur, ut sæpius. — De expugnatione *My-*

III. Meruit et sub Servilio[1] Isaurico in Cilicia, sed brevi tempore. Nam, Sullæ morte comperta, simul spe novæ[2] dissensionis, quæ per M. Lepidum movebatur, Romam propere rediit. Et Lepidi quidem societate, quamquam magnis conditionibus invitaretur, abstinuit; quum ingenio ejus diffisus, tum[3] occasione, quam minorem opinione offenderat.

IV. Ceterum, composita seditione civili, Cornelium[1]

tilenarum (non *Mitylenarum*, vide Oudendorp. ad h. l.) Liv. Epit. LXXXIX: « Mytilenæ quoque in Asia, quæ sola urbs post victum Mithridatem arma retinebat, expugnatæ dirutæque sunt. » Prius jam Mytilenenses superaverat Lucullus, Sullæ legatus. Plutarch. Lucull. 4. Mortuo interim Sulla, expugnatio absoluta est.

III. 1. *Servilio Isaurico;* qui Consul fuerat cum Appio Claudio Pulchro A. U. 675. Appian. Bell. Civ. I, 93. Est is P. Servilius Vatia, qui postea Isauricus appellatus est, pater ejus, quocum Cæsar consulatum gessit redux ex Hispania, A. U. 706. Vide c. 35. — *Brevi tempore.* Ante annum exactum, A. U. 676, Romam rediit, M. Æmilio Lepido, Q. Lutatio Catulo Coss.

2. *Spe novæ dissensionis*, etc. Florus, III, 23: « Cupidus.... rerum novarum per insolentiam Lepidus acta tanti viri (Sullæ) rescindere parabat. » In ordinem redactus est a collega Catulo et Cn. Pompeio, « Sullanæ dominationis ducibus atque signiferis. » Florus, ib. Lepidus hic non fuit Triumvir.

3. *Occasione.* Alii, *occasioni.* Ablat. jungitur verbo *confidere* inf. c. 86. Plura exempla vide ap. Burm. et Oudend., qui Codd. auctoritate eumdem casum h. l. reposuerunt.

IV. 1. *Cornelium Dolabellam;* cui Cn. prænomen fuit; Consul A. U. 673, cum M. Tullio Decula, e consulatu Macedoniæ præfectus, triumphavit de Thracibus. Cic. Pis. 19. Distinguendus est ab alio Dolabella ejusdem prænominis, Prætore, Ciliciæque ex prætura præfecto, C. Verre legato (Cic. Verr. I, 4, et II, 1, 15 seq.), qui repetundarum accusatus a M. Aurelio Scauro condemnatus est. Nostro defensores fuere contra Cæsarem C. Aurel. Cotta et Hortensius. Cic. Brut. 92; Valer. Maxim. VIII, 9, 3: « Divus Julius.... vim facundiæ proprie expressit, dicendo in accusatione Cn. Dolabellæ, quem reum egit, extorqueri sibi causam optimam C. Cottæ patrocinio. » Male igitur Aurel. Victor, cap. 82: « mox Dolabellam judicio *oppressit.* » Non enim oppressit, sed petiit tantum. Alia discrepantia est in tempore accusationis. Plutarch. Cæs. 4, institutam eam dicit a Cæsare post reditum ex insula Rhodo, consentiente Vell. II, 43; et auctor Dial. de Orator. c. 34, *uno et vicesimo ætatis anno;* quum secundum Nostrum acciderit ea necesse sit A. U. 677, M. Æmil. Lepido, D. Junio Bruto Coss. quo annum 24 ingressus est Cæsar.

Dolabellam, consularem et triumphalem virum, repetundarum postulavit: absolutoque, Rhodum secedere statuit, et ad declinandam invidiam, et ut per otium ac requiem Apollonio [2] Moloni, clarissimo tunc dicendi magistro, operam daret. Huc dum hibernis jam mensibus trajicit, circa [3] Pharmacusam insulam a [4] prædonibus captus est; mansitque apud eos, non sine summa [5] digna-

Sed de talibus nihil potest certi constitui. — *Repetundarum postulavit*, accusavit; ex lege Cornelia Sullæ Dictatoris, quæ illis temporibus proxima. Recensum legum de repetundis vide apud Sigon. de Judic. II, 27. Mos autem fuit adolescentibus nobilibus Romanorum, accusare viros illustres, ad eloquentiæ famam sibi comparandam. MONTAIGNE, *Essais*, I, 51, ubi plura vide: « Les republiques qui se sont « maintenues en un estat reglé et « bien policé, comme la cretense « ou lacedemonienne, elles n'ont « pas faict grand compte d'orateurs. « Ariston definit sagement la rhe« torique, *Science à persuader le « peuple;* Socrates, Platon, *Art de « tromper et de flatter*.... C'est un « util inventé pour manier et agiter « une tourbe et une commune des« reglee; et est util qui ne s'employe « qu'aux estats malades, comme la « medecine. En ceulx où le vulgaire, « où les ignorants, où touts, ont « tout peu, comme celuy d'Athenes, « de Rhodes et de Rome, et où les « choses ont esté en perpetuelle « tempeste, là ont afflué les ora« teurs..... L'eloquence a flori le « plus à Rome, lorsque les affaires « ont esté en plus mauvais estat, « et que l'orage des guerres civiles « les agitoit, comme un champ libre et indompté porte les herbes « plus gaillardes. »

2. *Apollonio Moloni*. Alii, *Molonis*. Fuit sane Molonis filius Apollonius; « sed fuit Græcorum (ita fere Spalding. ad Quintil. Inst. III, 1, 16) illo quidem tempore mos, ut ipsum patris nomen superadderent filio. Romanos contra genitivo usos in hac re, negat Salmasius. » Idem Spaldingius docet, præeunte Casaub. ad h. l. distinguendum esse nostrum Apollonium ab Apollonio Alabadensi, qui Μαλακοῦ cognomen habebat. Noster Ciceronis fuit magister. De illo Valer. Maxim. II, 2, 3: « Quis ergo huic consuetudini, qua nunc græcis actionibus aures curiæ exsurdantur, januam patefecit? ut opinor, *Molo* rhetor, qui studia M. Ciceronis acuit. »

3. *Circa Pharmacusam insulam:* ad litus Asiæ supra Miletum; cf. Cellar. Geogr. Ant. III, 2, p. 24. Aliæ duæ ad Salaminem juxta Atticæ litus erant parvæ insulæ hujus nominis. Strabo, IX, 1, 15.

4. *A prædonibus*. De origine horum piratarum vide Appian. Mithrid. 92 seq. Compescuit eos postea Pompeius, A. U. 687.

5. *Dignatione;* h. e. dignitate. Tacit. Annal. II, 53: « quo plus *dignationis* adulatio haberet; » III, 75: « *dignatione* magistratus. »

tione, prope quadraginta dies, cum[6] uno medico et cubiculariis duobus : nam comites servosque ceteros initio statim ad [7]expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiserat. Numeratis deinde quinquaginta talentis, expositus[8] in litore, non distulit, quin e vestigio classe deducta persequeretur abeuntes; ac [9]redactos in potestatem, supplicio, quod illis sæpe minatus inter jocum fuerat, afficeret. Vastante regiones proximas [10] Mithridate, ne desidere in discrimine sociorum videretur, ab

Vell. II, 41 : « idem postea admodum juvenis, quum a piratis captus esset, ita se per omne spatium, quo ab iis retentus est, apud eos gessit, ut pariter iis *terrori veneratio-nique* esset. » Male igitur h. l. alteram lectionem, *indignatione*, defendit Oudendorp. Nam Cæsarem non captivum, sed illius custodes piratas videri ait Plutarchus.

6. *Cum uno medico*. Alii, Plutarchi dicta sequentes, *cum uno amico* legendum opinantur. Nil mutant MSS. libri.

7. *Ad expediendas pecunias*; id est, comparandas. Cæs. Bell. Gall. VII, 36, « non prius agendum constituit, quam rem frumentariam expedisset. » — Auctore Vell. II, 42, *publica civitatum pecunia* redemtus est Cæsar.

8. *Expositus in litore*. Milesiacum litus ex Plutarchi narratione intelligendum esse, monuit Casaub. — *E vestigio*, statim. — *Classe deducta* ex ipso portu Milesiaco. Asconius ap. Cic. Verr. act. II, l. 1, c. 34. « Habent Milesii præsidiariam classem ex fœdere præbendam populo Romano maritimis necessitatibus. »

9. *Ac redactos in potestatem*, etc. Velleius, II, 42, 2 : « .... invectus in eum locum, in quo ipsi prædones erant, partem classis fugavit, partem mersit, aliquot naves multosque mortales cepit; lætusque nocturnæ expeditionis triumpho ad suos reversus est; mandatisque custodiæ, quos ceperat, in Bithyniam perrexit ad Proconsulem Junium, petens, ut auctor fieret sumendi de captivis supplicii. Quod quum ille se facturum negasset, venditurumque captivos dixisset (quippe sequebatur invidia inertiam), incredibili celeritate revectus ad mare, priusquam de ea re ulli Proconsulis redderentur epistolæ, omnes, quos ceperat, suffixit cruci. » Vide infra, cap. 74. — Pro *inter jocum*, alii, *per jocum*. Sed *inter* sæpius esse idem quod *in* vel *per*, et de loco, tempore et re, dici, docet Duker. ad Flor. II, 6; 41.

10. *Mithridate* : de quo MONTESQUIEU, *Grandeur et Décadence des Romains*, cap. VII : « De tous les « rois que les Romains attaquèrent, « Mithridate seul se défendit avec « courage, et les mit en péril. » Adde RACINE, qui Mithridatis animum in egregio illo dramate suo tam vivide depinxit. — *Sociorum*. De celeberrimo illo apud veteres titulo, MONTESQUIEU, cap. VI : « Quoi-« que le titre de leur allié (des Ro-

Rhodo, quo pertenderat, transiit[11] in Asiam: auxiliisque contractis, et Præfecto regis provincia expulso, nutantes ac dubias civitates retinuit in fide.

V. Tribunatu militum, qui primus Romam reverso per[1] suffragia populi honor obtigit, auctores[2] restituendæ tribuniciæ potestatis, cujus vim Sulla deminuerat, eni-

« mains) fût une espèce de servi- « tude, il était néanmoins très re- « cherché; car on était sûr que l'on « ne recevait d'injures que d'eux, « et l'on avait sujet d'espérer qu'el- « les seraient moindres: ainsi, il « n'y avait point de services que les « peuples et les rois ne fussent prêts « à rendre, ni de bassesses qu'ils « ne fissent pour l'obtenir. » Norunt hoc ineunte sæculo gentes, quam dura sit amicitia, quæ fœderatorum gregem unius voluntati obstringit, quum, imperantibus Gallis, Europam supercilio miles purpuratus movebat. — *Ab Rhodo*. Ita sæpe auctores: cf. interpr. ad Cæs. Bell. Civ. I, 11, ubi *ab Arimino*.

11. *Transiit in Asiam:* magno sane hominis privati conatu. Præerat Asiæ tum Junius, qui Velleio Proconsul dicitur. Non sine justa ratione morosius ille arrogantiæ Cæsaris succensebat.

V. 1. *Per suffragia populi*. Ita de Mario Sallust. Jug. 63: « Ergo ubi primum tribunatum militarem *a populo* petit, plerisque faciem ejus ignorantibus, facile notus *per omnes tribus* declaratur. » Scilicet electio Tribunorum militum modo penes imperatores, modo divisa inter Consules et populum erat (ab illis creati *Rutuli* seu *Rufuli*, secundum Festum ab auctore legis Rutilio Rufo, ab hoc *comitiati* appellabantur), variata re pro varia partium vel ordinum potentia, vel postulante Reipubl. necessitate, ut populo, ineptis hanc dignitatem tribuendi atque ita patriæ officiendi, potestas adimeretur.

2. *Auctores restituendæ*, etc. Rem, per plures annos cum maximis contentionibus tentatam (cf. orationem Licinii Macri, apud Sallust. Edit. nostr. pag. 390) perfecerunt Pompeius et Crassus Consules, A. U. 684. Vell. II, 30: « Hoc consulatu Pompeius tribuniciam potestatem restituit, cujus Sulla imaginem sine jure reliquerat. » — *Cujus vim Sulla deminuerat*. Liv. Epit. LXXXIX: « Sulla Dictator factus... Tribunorum plebis potestatem minuit, et omne jus legum ferendarum ademit. » Montesquieu, *Grandeur et Décadence*, etc. cap. XI: « Sylla fit « des lois très propres à ôter la cause « des désordres que l'on avait vus: « elles augmentaient l'autorité du « sénat, tempéraient le pouvoir du « peuple, réglaient celui des tri- « buns.... Pompée, pour s'attirer « la faveur, fit casser les lois de « Sylla qui bornaient le pouvoir du « peuple; et quand il eut fait à son « ambition un sacrifice des lois les « plus salutaires de sa patrie, il ob- « tint tout ce qu'il voulut, et la té- « mérité du peuple fut sans bornes « à son égard. »

xissime juvit. L. etiam Cinnæ, uxoris fratri, et qui cum eo civili[3] discordia Lepidum secuti, post necem Consulis ad Sertorium confugerant, reditum in civitatem rogatione[4] Plotia confecit, habuitque et ipse super ea re concionem.

VI. Quæstor Juliam [1]amitam, uxoremque Corneliam, defunctas laudavit e more pro Rostris. Sed in amitæ quidem laudatione, de ejus ac patris sui utraque origine sic refert: « Amitæ meæ Juliæ maternum genus ab regibus ortum, [2]paternum cum Diis immortalibus conjunctum est. Nam ab Anco Marcio sunt Marcii Reges, quo [3]nomine fuit mater: a Venere Julii, cujus gentis familia est nostra. Est ergo in genere et sanctitas[4] regum, qui plu-

3. *Civili discordia Lepidum secuti.* Vide eap. 3. — *Post necem;* post mortem. Morbo enim obierat Lepidus.

4. *Rogatione Plotia.* Gell. XIII, 3: « repperi tamen in oratione C. Cæsaris, *qua Plautiam rogationem suasit*, necessitatem dietam pro necessitudine, etc. » *Rogatio* differt a lege sec. Festum ita: « *Rogatio* est, quum populus consulitur de uno pluribusve hominibus, quod non ad omnes pertineat, et de una pluribusve rebus, de quibus, non omnibus, sanciatur. Nam quod in omnes homines resve populus scivit, *lex* appellatur. » Egit igitur Plautius, seu Plotius, Tribunus plebis, hac rogatione de reducendo L. Cinna exsule, nec confundendæ ejusdem leges de vi et judiciaria.

VI. 1. *Juliam amitam*, quæ Mario seniori nupserat; ex illa natus junior Marius. Morem mortuos laudandi pro Rostris describit Polyb. VI, 53, 64. Post illatam a Gallis Urbi vastationem, matronis etiam decretus honos est, ut ipsæ mortuæ laudarentur, quod aurum pro pactæ mercedis summa contulissent. Liv. V, 50.

2. *Paternum.* Vell. II, 41: « hic (Cæsar) nobilissima Juliorum genitus familia, et, quod inter omnes antiquissimos constabat, ab Anchise ac Venere deducens genus, etc. » Cœlius ad Cic. (Div. VIII, 15) *Venere prognatum* dicit Cæsarem. Eadem de Augusto Virgil. Æneid. I, 286; et VI, 790 seq. — De templo Veneris Genetricis, a Cæsare condito, vide cap. 61.

3. *Quo nomine fuit mater*, ipsius amitæ Juliæ scilicet, Marcia, quæ avo Cæsaris, C. Cæsari, nupserat.

4. *Sanctitas regum;* quos more inter homines sancito violari haud licet. Cecidit tamen sacrosanctus ille noster Henricus IV, ipsorum gladio confossus, qui religionis velo scelera tegentes, sanctitatem regum maxime celebrant. *Tribuna-*

rimum inter homines pollent, et cerimonia Deorum, quorum ipsi in potestate sunt reges. » In Corneliæ autem locum Pompeiam [5] duxit, Q. Pompeii filiam, L. Sullæ neptem: cum qua deinde divortium fecit, adulteratam opinatus a P. Clodio; quem inter [6] publicas cerimonias penetrasse ad eam muliebri veste tam constans fama erat, ut Senatus [7] quæstionem de pollutis sacris decreverit.

VII. Quæstori ulterior [1] Hispania obvenit: ubi quum mandatu [2] Prætoris, jure dicundo conventus circumiret,

tus sanctitas apud Cic. Sext. 37. Tribuni enim erant inviolabiles. — *Qui plurimum inter homines pollent*, etc. Eadem Horatio sententia, Carm. III, 1, 5:

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipsos imperium est Jovis.

— *Cerimonia Deorum*, ut recte Wolfius, est *religiosa veneratio*.

5. *Pompeiam duxit.* Auctore Plutarch. Cæs. 5, post quæsturam. Pater Pompeiæ, Q. Pompeius Rufus, filius Q. Pompeii, Consulis cum L. Sulla A. U. 665, interfectus erat a P. Sulpicio, plebis Tribuno. Vell. II, 18. De Pompeiis Rufis, vide Clav. Cic.

6. *Inter publicas cerimonias;* inter sacra bonæ Deæ. Descriptionem hujus festi et facinoris Clodii lege apud Plutarch. Cæs. 9, 10; conf. et Cic. ad Attic. I, 22; Sext. 54. Accidit Prætore Cæsare, A. U. 692. Habebantur enim illa sacra Kal. Maiis, a Vestalibus virginibus in Consulum et Prætorum ædibus, prohibitis aditu omnibus maribus. Vide cap. 74.

7. *Quæstionem;* extra ordinem. Cic. ad Attic. I, 13: « credo enim te audisse, quum apud Cæsarem pro populo fieret, venisse eo muliebri vestitu virum, ideoque sacrificium quum virgines instaurassent, mentionem a Q. Cornificio in Senatu factam.... postea rem ex Senatusconsulto ad pontifices relatam, idque ab iis nefas esse decretum, deinde ex Senatusconsulto Consules rogationem promulgasse; uxori Cæsarem nuntium remisisse. » Clodius tamen judicium evasit: Dio, XXXVII, 46.

VII. 1. *Ulterior Hispania;* i. e. trans Iberum. — *Obvenit.* Sorte inter Quæstores provinciæ dividebantur. Cic. pro Mur. 8: « sed quæstura utrinsque propemodum pari momento sortis fuit. »

2. *Mandatu Prætoris.* Quæstores enim et jurisdictionem Prætoris mandatu exercere, et discedentis Prætoris munere fungi solebant. Notum e Cicer. — *Conventus. Conventus* et *judicia* erant *provincialia*, ad quæ conveniebant incolæ a Prætore vel Quæstore evocati (Cæs. Bell. Gall. I, 54, « ipse in citeriorem Galliam ad conventus agendos profectus est. » Vide infra, c. 30 et 56.) et *urbes ipsæ*, in quibus conventus habebantur. Plin. Hist. Nat.

Gadesque venisset, animadversa apud Herculis templum Magni Alexandri imagine, [3]ingemuit: et quasi pertæsus ignaviam suam, quod nihildum a se memorabile actum esset in ætate, qua jam Alexander orbem terrarum subegisset, [4]missionem continuo efflagitavit, ad captandas quam primum majorum rerum occasiones in Urbe. Etiam [5]confusum eum somnio proximæ noctis (nam visus erat per quietem matri stuprum intulisse) [6]conjectores ad amplissimam spem incitaverunt, arbitrium orbis terrarum portendi interpretantes, « quando mater, quam subjectam sibi vidisset, non alia esset, quam terra, quæ omnium[7] parens haberetur. »

III, 3, ed. Franz. nbi ioter quatuor juridieos conventus Hispauiæ Bæticæ nominatur *Gaditanus*. Vide nostrum ind. in Cæsar. sub voc. *Conventus*, tom. IV edit. nostræ.— *Gades* describit Strabo, III, p. 450 seq. edit. Siebenkees. ubi multa etiam de templo Herculis. Alexandri ibi erat imago propter genus, quo pertinere ad Hereulem credebatur: Diod. XVII, 1; Vellei. I, 6.

3. *Ingemuit;* alter quasi Themistocles, eui somnum tropæa Miltiadis interrumpebant. — *In ætate.* Annos tum (A. U. 687) habebat Cæsar 33. Alexander item mortuus est annum agens 33, post regnum 12 annorum et 7 mensium: Diod. Sic. XVII, 17.

4. *Missionem.* Non additur, inqnit Wolfius, a quo missionem petierit. Tametsi minime incredibile est, in snbitis casibus etiam a Prætore missionem impetrare potuisse Quæstorem.

5. *Confusum.* Alii male *confisum.* Illud est *perturbatum*, *perterrefactum*, quum nesciret, quid de somnio esset sentiendum, ntrum læta portenderet, an tristia. Ita Ovidius Heroid. XIX, 193:

Nec minus hesternæ *confundor* imagine noctis.

Eum Burmann. deletum maluit nt otiosum; sed morem Snetonii, pronomen præter necessitatem adjiciendi, pluribus exemplis adstruxerunt Ernest. et Oudend. — Somnium illud fuit Cæsari teste Plutarcho, Cæs. 32, nocte, ante quam Rubiconem fluvium transiit.

6. *Conjectores.* Quintil. Inst. III, 6, 30: « *Conjectura* dicta est a *conjectu*, id est, directione quadam rationis ad veritatem, unde etiam somniorum atque ominum interpretes *conjectores* vocantur. » Vide Barthélemy, *Voyage d'Anacharsis*, cap. XXI, *des Devins.* — De hac hujus somnii interpretatione plurima Casaub. ad h. l. et Fabr. ad Dion. XLI, 24.

7. *Omnium parens.* Liv. I, 56: « Brutus.... terram osculo contigit, scilicet quod ea communis mater omnium mortalium esset. »

VIII. Decedens[1] ergo ante tempus, colonias Latinas, de petenda civitate agitantes, adiit: et ad audendum aliquid concitasset, nisi Consules conscriptas in Ciliciam legiones paulisper ob id ipsum retinuissent; nec eo secius majora mox in Urbe molitus est.

IX. Siquidem ante paucos dies, quam ædilitatem iniret, venit in suspicionem conspirasse cum M. [1] Crasso consulari, item P. Sulla et Autronio, post [2] designationem consulatus ambitus condemnatis, ut principio anni Senatum adorirentur, et trucidatis, quos placitum esset, dictaturam Crassus invaderet, ipse ab eo Magister equitum diceretur, constitutaque ad arbitrium Republica, Sullæ et Autronio consulatus restitueretur. Meminerunt[3] hujus

VIII. 1. *Decedens*; ex Hispania redux. — *Colonias Latinas.* Gallos Cisalpinos Transpadanos intellige, qui jus Latii acceperant post bellum Marsicum lege Pompeii Strabonis, patris Magni, A. U. 664, quo minus contenti *civitatem* i. e. jus suffragiorum et bonorum petebant, quam tandem nacti sunt a Cæsare Dictatore. Dio, XLI, 36. Vide Sigon. de Ant. Jure Ital. III, 2; Torrent. Casaub. Wolf. ad h. l.

IX. 1. *M. Crasso.* Consul fuerat cum Pompeio Magno, A. U. 684. — De conjuratione cum Catilina vide Plut. Crass. 13. De *P. Sulla* ejusque sociis, Sallust. Catil. 17 et 18, ubi eadem conjuratio, diverse tamen, narratur, haud commemoratis Crasso et Cæsare. De *Autronio* (cui MSS. libri prænomen dant *Lucium*, quum tamen *Publium* fuisse constet, quem ut vitemus errorem, Burmannum aliosque secuti, prænomen omisimus), vide Cic. pro Sull. 1, et Sallust. l. c. ibique Burnouf. Cato apud Voltaire, *Catilina*, act. I, sc. 6:

Les premiers du sénat nous trahissent peut-être:
Des cendres de Sylla les tyrans vont renaître.
César fut le premier que mon cœur soupçonna
Oui, j'accuse César.

2. *Post designationem consulatus.* Creabantur Consules mense Julio vel Augusto comitiis centuriatis, unde usque ad Kal. Januar. quibus inde ab A. U. 600 consulatus initus est, *Consules designati* dicebantur, præter alios eo etiam honore eximii, quod primi in Senatu sententiam rogabantur. — *Ambitus;* i. e. illegitimæ petitionis, *δημοκοπίας*. Leges latas contra ambitum vide apud Sigon. de Judiciis, II, 30. Sulla autem et Autronius, ambitus condemnati, consulatum, cui designati erant, capere haud poterant ex lege Acilia Calpurnia, M. Acilii Glabrionis et C. Calpurnii Pisonis A. U. 686, quæ tum valebat. In eorum locum Cotta et Torquatus, qui reos egerant, sunt substituti. Sallustius in Catilina, cap. 18.

3. *Meminerunt hujus conjurationis*, etc. id est, conjurationis par-

conjurationis Tanusius Geminus in historia, M. Bibulus in edictis, C. Curio pater in orationibus. De hac significare videtur et Cicero in quadam ad Axium epistola, referens, « Cæsarem in consulatu confirmasse regnum, de quo Ædilis cogitarat. » Taunsius adjicit, Crassum, pœnitentia vel metu, diem[4] cædi destinatum non obisse, et idcirco ne Cæsarem quidem signum, quod ab eo dari convenerat, dedisse. Convenisse autem, Curio ait, ut togam[5] de humero dejiceret. Idem Curio, sed et M. [6]Actorius Naso, auctores sunt, conspirasse eum etiam cum Cn. Pisone adolescente : cui, ob suspicionem urbanæ conjurationis, provincia Hispania ultro extra[7] ordinem

ticipem Cæsarem fuisse; nam ipsa conjuratio notior, quam ut testibus sit opus. Reum ergo Cæsarem Tanusius, Bibulus et Curio pater fecerunt, quos omnes ipsius inimicos fuisse scimus. Hæc fere Casaub. — *Tanusius;* vel *Tamusius*, vel *Tamisius.* Senec. Epist. XCIII : « Annales Tanusii scis quam non decori sint, et quid vocentur; » scil. *cacata charta*, ut de Volusii Annalibus Catull. XXXVI, 1. Vide Voss. Hist. Lat. I, 12. — *M. Bibulus in edictis*, quibus in Cæsarem invehebatur adeo acerbe, ut Archilochia dicerentur. Cic. ad Attic. II, 19 : vide infra, cap. 20 et 49. — *C. Curio pater.* C. Scribonius Curio, qui Consul fuit cum Cn. Octavio, A. U. 677. De eo Cic. Brut. 60; Offic. II, 17; ut de filio, ad quem sunt epistolæ, Brut. 81.

4. *Diem... non obisse.* Alii male *adiisse* aut *adisse*. *Obire diem* est *die destinata adesse loco constituto*, ut Cic. Læl. 2 : « qui diligentissime semper illum diem solitus esses *obire*. » Pro Mil. 10 : « nisi *obire* facinoris locum tempusque voluisset. »

5. *Togam de humero dejiceret;* i. e. laciniam togæ, quæ sinistrum humerum tegebat, plerumque subductam ita, ut sinus efficeretur, manu detraheret in oratione. De more oratorum, togam *rejiciendi* (unde *rejiceret* hoc ipso loco frustra volunt alii) et *dejiciendi* seu demittendi ab humero, vide Quintil. Inst. XI, 3. — De tota conjuratione haud dubie accuratius exponit Sallust. Catil. 18, qui Kal. Jan. prius, postea Non. Febr. cædi destinatas fuisse dicit, sed Catilinam, ducem facinoris, ante frequentem conjuratorum conventum signum pro curia sociis dare maturasse.

6. *M. Actorius Naso;* qui historicus memoratur etiam infra, cap. 52. — *Cn. Pisone.* Sallustio, Catil. 18, dicitur is « adolescens nobilis, summæ audaciæ, egens, factiosus, quem ad perturbandam Rempublicam inopia atque mali mores stimulabant. » Idem hanc conjurationem cum superiore eamdem facit.

7. *Extra ordinem.* Sallust. Catil.

data sit; pactumque, ut simul foris ille, ipse Romæ, ad res novas cousurgerent, per [8]Ambronas et Transpadanos: destitutum utriusque consilium morte Pisonis.

X. Ædilis, præter Comitium ac Forum, [1]basilicasque, etiam Capitolium ornavit, porticibus ad tempus exstructis, in quibus, abundante rerum copia, pars apparatus exponeretur. [2]Venationes autem ludosque et cum collega, et separatim, edidit: quo factum est, ut communium quoque impensarum solus gratiam caperet; nec dissimularet collega ejus M. Bibulus, evenisse sibi, quod

19: « postea Piso in citeriorem Hispaniam Quæstor pro Prætore missus est (id est extra ordinem; vulgo enim Quæstores cum Prætoribus et Proconsulibus provincias adibant.) annitente Crasso, quod enm infestum inimicum Cn. Pompeio cognoverat. » Periit in itinere, occisus ab equitibus Hispanis, quos in exercitu ductabat. Sallust. l. c.; Cic. Verr. IV, 25.

8. *Ambronas*. Ita suadet Oudeud. non sine MSS. qui babent *Ambrones*. Alii, *Ambranos*, *Umbranos*, *Lubranos*, *Lambranos*, de quibus nihil constat. *Ambrones* erant reliquiæ latrocinantium Gallorum, quos Marius deleverat. Epit. Liv. LXVIII; Eutrop. V, 1; Oros. V, 16. Ex Plutarcho, Mar. cap. 19, idem nomen ad Ligures etiam ob communem originem pertinuisse videtur. — De *Transpadanis*, vide supra, cap. 8.

X. 1. *Basilicæ;* magna et oblonga ædificia, columnarum ordinibus ac porticibus ornata, in Foro, et undique aperta. Ad ea confluebant negotiantes et causidici, quique omnes causas tractandas babebant. Romæ circiter viginti erant basilicæ, quo nomine quondam Cbristiani sacras ædes vocarunt, *templi* appellationem ut profanam fugientes. — *Ornavit;* tabnlarum, statuarum alioque apparatu, quem nonnumquam Ædiles a sociis commodatnm post lndos reddiderunt. Cic. Verr. IV, 3, ubi etiam *Forum ornatum*, ut totus omnino locus uostrum illustret. Ornandnm Forum instituerunt Ædiles post victoriam de Samnitibus, A. U. 444. Livius, IX, 40. — *Abundante rerum copia*, quas ad ornatum Fori congesserat, porticus ad tempus exstruxit, in quibus partem apparatus spectantium oculis subjiceret.

2. *Venationes*. De venationibus, quæ lndis Circeusibus exhibebantur, et iu quibus vel feræ cum feris, vel bestiæ cum hominibus, *bestiariis* inde dictis, committi solebant, conf. Onuphr. Pauvinius, de Lud. Circ. II, 3, (de venationibus a Cæsare exhibitis, pag. 384 seq. tom. IX Tbes. Græv.); Bulenger. de Venatione Circi et Amphitheatri, (Tbes. dicto vol. pag. 749 seq.). — *Ludosque;* sceuicos: vide infra, cap. 39, et Tiber. 34, unde histriones *ludii*.

Polluci; ut enim geminis fratribus ædes in Foro constituta tantum Castoris vocaretur, ita suam Cæsarisque munificentiam unius Cæsaris dici. Adjecit insuper Cæsar etiam gladiatorium[3] munus, sed aliquanto paucioribus, quam destinaverat, paribus. Nam quum multiplici undique[4] familia comparata inimicos exterruisset, cautum est de numero gladiatorum, quo ne majorem cuiquam habere Romæ liceret.

XI. Conciliato populi favore, tentavit per partem Tribunorum, ut sibi Ægyptus[1] provincia plebiscito daretur, nactus extraordinarii[2] imperii occasionem, quod Alexandrini regem[3] suum, socium atque amicum a Senatu

3. *Gladiatorium munus.* Vox de hoc ludorum genere propria, unde, qui edebat, *munerarius* vel *munerator.* Domit. 10; Flor. III, 20, 9. Lips. Saturn. I, 7: « Spectaculum hoc appellatum proprie *munus,* vel quia populo gratis daretur, vel, ut Tertullianus ait, ab officio, quia officium se mortuis facere arbitrabantur. » Gladiatores istos in memoriam patris dedit Cæsar. — *Paucioribus.... paribus;* quæ gladiatorum trecenta et viginti fuerunt.

4. *Multiplici familia;* gladiatorum horum turba.

XI. 1. *Ægyptus provincia:* non proprio sensu; nam Augustus demum Ægyptum in provinciæ formam redegit (Aug. 18), quum Cæsar facere id veritus esset (infr. 35); sed *provincia* h. l. ut sæpe, regio, locus, natio, ubi quis bellum gerendi munus accepit, sive, ut Ernest., in quam quis cum imperio mittitur. Ita Liv. II, 54: « Manlio Veientes *provincia* evenit; » XL, 35: « Consulibus ambobus *provinciam* Ligures esse Senatus jussit. » Atque ita de Græco etiam homine Romanus scriptor Nepos, Alcib. 4: « quum esset Alcibiades in magna spe provinciæ bene administrandæ. » Nota res est, inde quodvis munus vel officium *provinciam* dici. — *Plebiscito;* i. e. comitiis tributis, plebeio magistratu rogante. Exempla datæ per tribus provinciæ sunt Liv. XXIX, 13: « omnes tribus eosdem.... Proconsules...., obtinere eas provincias jusserunt; » Sallust. Jug. 73: « Et postea populus a Tribuno plebis Manilio Mancino rogatus, quem vellet cum Jugurtha bellum gerere, frequens Marium jussit. » Alia suppeditat Sigon. de Ant. Jur. provinc. II, 1, p. 146 seq. Nam leges Manilia et Vatinia satis sunt notæ. Ita Catonem etiam in Cyprum plebiscito missum, annotavit Reines. e Velleio, II, 45.

2. *Extraordinarii imperii;* ut quod neque consulatu, neque prætura functus acciperet. In cap. 9, Pisoni Hispania data provincia *extra ordinem.*

3. *Regem suum.* Recte Ernest.

appellatum, expulerant, resque vulgo improbabatur. Nec obtinuit, adversante optimatium factione: quorum auctoritatem ut, quibus posset modis, invicem deminueret, tropæa[4] C. Marii de Jugurtha, deque Cimbris atque Teutonis, olim a Sulla disjecta, restituit; atque in [5] exercenda de sicariis quæstione, eos quoque sicariorum nu-

Ptolemæum Alexandrum intelligit, quem post occisam matrem Cleopatram Alexandrini regno ejeceraut, revocato ex insula Cypro Ptolemæo Lathyro, quod factum est A. U. 690. Errat igitur Torrentins, qui de Ptolemæo Aulete sermonem esse putat. Is, Lathyri filius nothus, regno exutus, Romam venit A. U. 698, Cn. Corn. Lentulo, L. Marcio Philippo Coss., ubi acerrimæ de reducendo eo contentiones in Urbe fuerunt. Reductus tamen est anno sequenti, Pompeio Magno et M. Crasso Coss. ab A. Gabinio. Cf. Dio, XXXIX, 12 seq. et 55; *le Continuateur de* ROLLIN, *Hist. Rom.* tom. XI, lib. XXXVII; Baumgart. Elementa hist. ant. pag. 374 seq. — *Res*, injuria Ptolemæo a civibus illata, quæ populo Romano displicebat.

4. *Tropæa C. Marii... restituit.* Accusatus ideo in Senatu a Lutatio Catulo, adjutus maxime a Marianis, periculum evasit. Vell. II, 43: « et restituta in ædilitate, adversante quidem nobilitate, monumenta C. Marii. » Alia vero fuerunt in loco pugnæ a Romanis erecta tropæa, alia in ipsa Urbe, rerum gestarum monumenta, qualia dicit Noster. Differentiam eam non bene servavit Ernestus, Florum refutans, qui, III, 2, nulla a Romanis tropæa constituta tradit.

5. *In exercenda de sicariis quæstione.* Recte Casaubo: « Cæsar post ædilitatem factus est *judex quæstionis*, » (h. e. qui veluti partes Prætoris sive absentis sive nimis occupati agebat, unde et *princeps judicum* vocatur Ascon. Pæd. conf. Heineccii Ant. Rom. IV, tit. 18, § 15.) « eique Prætori operam navavit, cui sorte contigerat quæstio inter sicarios. Id erat fere ædilitiorum hominum munus, et gradus ad præturam ex ædilitate. » Sic Cicer. Brut. 76: « is (C. Visellius Varro) quum post curulem ædilitatem judex quæstionis esset. » Vide Sigon. de Judic. II, 5. Rem conficit Dio, XXXVII, 10: ὅ τι γὰρ τὸν Λουκρήτιον.... Factum id esse L. Cæsare et C. Figulo Coss. A. U. 690, anno igitur proximo post Cæsaris ædilitatem, disertis verbis prodit Dio. — De lege Cornelia de sicariis L. Sullæ Dictatoris, A. U. 671, cf. Heinecc. Ant. Rom. IV, tit. 18, § 58. MONTESQUIEU, *Esprit des Lois*, VI, 15: « Sylla, qui confondit la « tyrannie, l'anarchie et la liberté, « fit les lois Cornéliennes. Il sem« bla ne faire des réglements que « pour établir des crimes. Ainsi, « qualifiant une infinité d'actions « du nom de meurtres, il trouva « partout des meurtriers; et, par « une pratique qui ne fut que trop « suivie, il tendit des pièges, sema « des épines, ouvrit des abimes sur « le chemin de tous les citoyens. »

mero habuit, qui, proscriptione[6], ob relata civium Romanorum capita, pecunias ex ærario acceperant, quamquam exceptos Corneliis legibus.

XII. Subornavit[1] etiam, qui C. Rabirio perduellionis diem diceret: quo præcipuo adjutore, aliquot[2] ante annos L. Saturnini seditiosum tribunatum Senatus coercuerat: ac sorte[3] judex in reum ductus, tam [4]cupide condemnavit, ut ad populum provocanti nihil æque ac judicis acerbitas profuerit.

XIII. Deposita [1]provinciæ spe, pontificatum[2] maxi-

— *Leges Corneliæ* h. loco dicuntur ob varia capita legis revera unius. Ceterum, similem Catonis Quæstoris severitatem erga illos Sullæ ministros narrat Plutarch. Cat. min. cap. 17.

6. *Proscriptione;* tempore proscriptionis (Sullanæ). — *Relata.* Puto scribendum *delata*, nisi forte intelligendum de Senatoribus vel aliis, qui in munere publico erant constituti, quorum adeo erat *referre*. Fortasse intelligendum etiam sensu proprio. Capita enim proscriptorum relata ab occisoribus loco publico exponebantur.

XII. 1. *Subornavit;* T. Attium Labienum, Tribunum plebis, qui C. Rabirium ob interfectum Saturninum, Tribunum plebis, ideoque virum sacrosanctum, perduellionis crimine petebat. Defendere Rabirium Cicero, cujus oratio exstat, et Q. Hortensius. — *Perduellis* proprie erat id quod *hostis*, inde qui civem Romanum ut hostis tractasset, et omnino libertatem et securitatem publicam violasset. Conf. Heinecc. IV, 18, 47.

2. *Aliquot ante annos.* Cic. in Pis. 2, numero rotundo *quadraginta annis ante se consulem* rem factam dicit. Dionem triginta sex annos rectius enumerare notat Torrent. — De seditione Saturnini vide Flor. IV, 16; Liv. Epit. LXIX; Aurel. Vict. cap. 71.

3. *Sorte judex in reum ductus:* non ut judex quæstionis, ut Casaubo putat; sed Duumviri in causa perduellionis judicabant, a quibus tamen ad populum provocare licebat, qui comitiis centuriatis de reo suffragia ferebat. Liv. I, 26: «*Duumviros*, qui Horatio *perduellionem judicent*, secundum legem facio.» VI, 20, de M. Manlio: «Sunt, qui, per *Duumviros, qui de perduellione anquirerent*, creatos, auctores sint, damnatum.» Cic. pro Rabir. 4, diserte: «Hic (Labienus) popularis a Duumviris, injussu vestro, non judicari de cive Romano, sed indicta causa civem Romanum capitis condemnari, coegit.»

4. *Tam cupide.* Gallice, *avec tant de partialité.*

XIII. 1. *Deposita provinciæ spe;* h. e. Ægypti: vide cap. 11, init.

2. *Pontificatum maximum petiit;* A. U. 691, M. Tullio Cicerone et C. Antonio Coss. Initio pontifices a

2.

mum petiit, non sine profusissima largitione. In qua reputans magnitudinem æris alieni, quum mane ad comitia descenderet, prædixisse matri osculanti fertur, domum se nisi Pontificem non reversurum. Atque ita potentissimos duos competitores[3], multumque et ætate et dignitate antecedentes, superavit, ut plura ipse in eorum tribubus suffragia, quam uterque in omnibus, tulerit.

XIV. Prætor creatus, detecta conjuratione Catilinæ, Senatuque universo in socios facinoris ultimam statuente pœnam, solus municipatim[1] dividendos custodiendos-

collegiis suis cooptabantur usque ad legem Cn. Domitii Ahenobarbi Trib. pleb. A. U. 650, quæ septemdecim tribubus sorte ductis creationem tradidit (Vell. II, 12, « quo anno Cn. Domitius Trib. pleb. legem tulit, ut sacerdotes, quos antea collegæ sufficiebant, populus crearet. » Cic. Agrar. II, 7.) abrogatam a Sulla, A. U. 670, jam restitutam a T. Labieno Trib. pleb. A. U. 691. Postea sacerdotibus jus suum reddidit M. Antonius. Conf. Dio, XLIV, 53; Guther. de Veteri Jure Pontificio, I, 8; Bosius, de Pontifice Max. Romæ veteris, cap. 3 (Thes. Græv. tom. V). Ceterum, errasse eos, Pontifices comitiis tributis electos fuisse, opinantes propter tribuum mentionem apud Cic. l. c. et Nostrum h. l. non minus quam Gruchium, de Comit. II, 2, docent Ernest. et Oudend., inde, quod Pontif. max. creati sunt ante comitia tributa (orta A. U. 263), neque princeps sacerdotum in comitiis, quæ sine auspiciis haberentur, creatus esse videtur. Contra probabile est, populum secundum tribus in campum processisse, ibique in classes et centurias suas distinctum suffragia edidisse. Ita tribuum mentio in comitiis centuriatis infra c. 41 et 80; Cic. Agr. II, 1. Vide Sigon. et Henr. Vales. ad Liv. I, 43, et Duker. ad Liv. XXV, 5, qui locus etiam docet, haud facile creatum aliquem fuisse, qui sella curuli non sedisset.

3. *Competitores*; Q. Catulum et P. Isauricum. Vell. II, 43: « et ante præturam victus maximi pontificatus petitione Q. Catulus, omnium confessione Senatus princeps. » Sallust. Catil. 49: « Catulus ex petitione Pontificatus odio incensus, quod extrema ætate, maxumis honoribus usus, ab adolescentulo Cæsare victus discesserat. »

XIV. 1. *Municipatim*. Cæsar apud Sallust. Catil. 51: « ita censeo: publicandas eorum pecunias, ipsos in vinculis habendos per municipia, quæ maxume opibus valent: neu quis de iis postea ad Senatum referat, neve cum populo agat; qui aliter fecerit, Senatum existumare, eum contra Rempubl. et salutem omnium facturum. » Paulo diversam ejus sententiam dant Plutarch.

que, publicatis bonis, censuit. Qnin et tantum metum injecit asperiora[2] suadentibus, identidem ostentans, quanta eos in posterum a plebe Romana maneret invidia, ut Decimum Silanum, Consulem designatum, non piguerit sententiam suam, quia mutare turpe erat, interpretatione lenire, velut gravius, atque ipse sensisset, exceptam: obtinuissetque adeo, transductis ad se jam pluribus, et in his Cicerone, Consulis fratre, nisi labantem ordinem confirmasset M. Catonis oratio. Ac ne sic quidem

Cæs. 7, et Appian. Bell. Civ. II, 6.

2. *Asperiora suadentibus*. Cicero, apud Voltaire, *Catilina*, act. IV, se. 4, ad Senatum:

Fermerez-vous les yeux au bord des précipices?
Si vous ne vous vengez, vous êtes ses complices.
Rome ou Catilina doit périr aujourd'hui:
Vous n'avez qu'un moment; jugez entre elle et lui.

César.

Un jugement trop prompt est souvent sans justice:
C'est la cause de Rome; il faut qu'on l'éclaircisse.
Aux droits de nos égaux est-ce à nous d'attenter?
Toujours dans ses pareils il faut se respecter.
Trop de sévérité tient de la tyrannie.

Caton.

Trop d'indulgence ici tient de la perfidie.
Quoi! Rome est d'un côté, de l'autre un assassin,
C'est Cicéron qui parle, et l'on est incertain?

Rollin, *Hist. Rom.* lib. XXXVII: « César ne craignit point de réveiller des soupçons qui avaient fait tant d'éclat, en opinant contre le supplice des conjurés. Soit amitié pour eux, soit qu'il voulût paraître respecter les droits des citoyens, qui semblaient violés par une façon de procéder arbitraire, et contraire aux lois; soit enfin, comme le dit Plutarque, que regardant tout trouble et toute faction dans l'État comme un germe et une semence de ce qu'il prétendait faire lui-même, il aimât mieux accroître le feu que de contribuer à l'éteindre; il éleva sa voix contre le consentement unanime de ceux qui l'avaient précédé, et il entreprit de persuader au sénat de sauver la vie à des criminels. » Ejus verba sunt apud Sallust. Catil. dicto c. 51. — *Decimum Silanum*. Sallust. Catil. 50: « Tum D. Junius Silanus, primus sententiam rogatus, quod eo tempore Consul designatus erat, de his, qui in custodiis tenebantur, præterea de L. Cassio, P. Furio, P. Umbreno, Q. Annio, si deprehensi forent, supplicium sumendum decreverat; isque postea, permotus oratione C. Cæsaris, pedibus in sententiam Tib. Neronis iturum se dixerat, quod de ea re præsidiis additis referundum censuerat. » Ceterum, in enarrandis sententiis Senatorum de conjuratis aliqua scriptorum discrepantia est, quam nemo miretur, qui meminerit, ipsius M. Bruti historiam ejusdem rei non caruisse variis erroribus, quos arguit Cic. ad Attic. XII, 21. — *In*

impedire rem destitit, quoad[3] usque manus[4] Equitum Romanorum, quæ armata præsidii causa circumstabat, immoderatius perseveranti necem comminata est: etiam strictos gladios usque eo intentans, ut sedentem[5] una proximi deseruerint, vix pauci complexu togaque objecta protexerint. Tunc plane deterritus, non modo cessit, sed[6] in reliquum anni tempus Curia abstinuit.

XV. Primo præturæ die, Q. Catulum de refectione Capitolii[1] ad disquisitionem populi[2] vocavit, rogatione

terpretatione lenire; id est, quum *ultimum supplicium* dixisset, se non mortem sed carcerem intellexisse, quod civi Romano malorum omnium esset maximum. — *M. Catonis oratio;* quæ exstat apud Sallust. Catil. c. 52: cf. Vell. II, 35, qui Tribunum plebis designatum, adhuc admodum adolescentem, fuisse Catonem dicit.

3. *Quoad usque.* Alii omittunt *usque*, et damnant Casaubo, Burmann. et Oudend.

4. *Manus Equitum Romanorum.* Secundum Sallust. Catil. 49, « Q. Catulus et Piso.... magnam illi invidiam conflaverant; usque eo, ut nonnulli Equites Romani, qui præsidii causa cum telis erant circum ædem Concordiæ, seu periculi magnitudine, seu animi nobilitate impulsi, quo studium suum in Rempublicam clarius esset, egredienti ex Senatu Cæsari gladio minitarentur. » Consentit Plutarch. Cæs. 8.

5. *Sedentem... deseruerint;* quod Catilinæ etiam accidit. Cic. Catil. I, 7: « quid, quod adventu tuo ista subsellia vacuefacta sunt? quod omnes consulares, qui tibi persæpe ad cædem constituti fuerunt, simul atque assedisti, partem istam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt? »

6. *Sed.* Quod in aliis additur *etiam*, omisimus, auctoribus Casaub. Burm. Oudend. qui plurima omissi *etiam* post non *modo* et *non tantum* exempla collegerunt. — *Curia abstinuit.* Plutarch. autem, Cæs. 8, narrat, μετ' ὀλίγας ἡμέρας Cæsarem in Senatum venisse, et, quum de conjuratione se excusaret, in summum discrimen incidisse, nec nisi congregato ante Curiam populo fuisse servatum. Sed puto ad sequentem annum id pertinere, quum de conjuratis deliberatum fuisset Non. Decembr. quamquam Plutarch. Cæsarem adhuc στρατηγεῖν μέλλοντα dicit.

XV. 1. *De refectione Capitolii.* Quod Tarquinius Superbus a Tarquinio Prisco votum fundare cœperat (Liv. I, 55, 56), dedicaverat Consul Horatius (Liv. II, 8), Capitolium prius per Sullanas in urbe seditiones, anno 671, conflagraverat. Vide Tacit. Hist. III, 72.

2. *Ad disquisitionem populi vocavit.* Cf. Dio, XLIII, 14, ubi inter alios honores id Cæsari datum dicitur, ut, eraso nomine Catuli, Cæsaris nomen templo inscribere-

promulgata[3], qua curationem eam in alium transferebat. Verum impar optimatium conspirationi, quos, relicto statim novorum[4] Consulum officio, frequentes obstinatosque ad resistendum concurrisse cernebat, hanc quidem actionem[5] deposuit.

XVI. Ceterum Cæcilio[1] Metello, Tribuno plebis, turbulentissimas leges adversus collegarum intercessionem ferenti, auctorem propugnatoremque se pertinacissime præstitit; donec ambo [2]administratione Reipublicæ decreto Patrum submoverentur. Ac nihilo minus permanere in magistratu, et jus[3] dicere ausus, ut comperit paratos, qui vi ac per arma prohiberent, dimissis lictoribus, abjectaque prætexta, domum clam refugit, pro con-

tur, quod tamen non factum. Lutatii enim Catuli nomen ibi permansit usque ad novum Vitellii tempore Capitolii incendium, teste Tacit. Hist. III, 72. Ceterum ex dictis patet, disquisitionem fuisse de peculatu.

3. *Rogatione.* Vide supra, cap. 5. — *In alium transferebat*; in Pompeium, ut docet Dio. *Transferebat*, i. e. ut transferretur, rogabat. Non enim factum est.

4. *Novorum consulum*; Dec. Junii Silani, et L. Licinii Murenæ. — *Officium* est *salutatio*, qua novi Consules excipiebantur. Plin. Epist. IX, 37. Eadem significatione Gallice dicimus: « Rendre ses *devoirs* « à quelqu'un. »

5. *Actionem deposuit*; secundum Dion. absterritus maxime Metelli exemplo, de quo proxime, qui urbe cesserat ad Pompeium fugiens. — De voce *actio*, cf. Ern. Clav. Cic.

XVI. 1. *Cæcilio Metello* Nepoti. Petebat is maxime Ciceronem ob supplicium Lentuli et reliquorum conjuratorum. Inde illæ *turbulentissimæ leges*, de quibus vide Plutarch. Cat. min. 26—29. — Pertinacissime inter collegas restitit ei Cato. Conqueritur de ejus in se furore Cicero, in epistola ad ejus fratrem, Q. Metellum Celerem (ad Div. V, 2). De ejus genere cf. Manut. ad Epist. ad Div. V, 1. Idem postea Prætor portoria Italiæ sustulit. Dio, XXXVII, 51. — *Intercessionem*, oppositionem, quam declarabat solennis illa vox *Veto*. Datum Tribunis intercedendi jus fuerat, quo plebem ab injuriis patriciorum defenderent.

2. *Administratione*. Alii adduut præpositionem *ab*. Ita est cap. 28: « quo *a* petitione honorum absentes *submovebat*. »

3. *Jus dicere ausus*; ut Prætor urbanus, cujus propria erat jurisdictio: conf. ad cap. 43. Inde *lictores*, quos duos Prætor habebat in urbe, et *prætexta*, quam primo muneris die, nuncupatis votis, induere solebat.

ditione temporum quieturus. Multitudinem quoque, biduo post sponte et ultro confluentem, operamque sibi in asserenda dignitate tumultuosius pollicentem, compescuit. Quod quum præter opinionem evenisset, Senatus, ob eumdem [4] cœtum festinato coactus, gratias ei per primores viros egit: accitumque in Curiam, et amplissimis verbis collaudatum, in integrum restituit, inducto [5] priore decreto.

XVII. Recidit rursus in discrimen aliud, inter socios Catilinæ nominatus, et apud Novium [1] Nigrum Quæstorem a L. Vettio Judice, et in Senatu a Q. Curio: cui, quod primus consilia conjuratorum detexerat, constituta erant publice præmia. Curius, e Catilina se cognovisse, dicebat: Vettius etiam chirographum ejus, Catilinæ datum, pollicebatur. Id vero Cæsar nullo modo tolerandum existimans, quum, implorato Ciceronis testimonio, quædam se de conjuratione ultro ad eum detulisse, docuisset, ne

4. *Ob eumdem cœtum*, turbulentam multitudinem. — *Coactus*, convocatus.

5. *Inducto .... decreto*, abolito, deleto.

XVII. 1. *Novium Nigrum Quæstorem*. Ambiguo adhuc, Quæstorem urbanum, an quæsitorem, an judicem quæstionis intelligam, neque facile rem aliquis definierit. Plurima tamen videtur h. l. esse Ernesti auctoritas, qui ex Cicer. pro Flacc. 13, M. Curtium et P. Sextilium eo anno Quæstores urbanos fuisse ostendit. Intellige igitur *quæsitorem*, cui extraordinaria de Catilinariis quæstio a Senatu fuerat demandata. Id fieri solebat in gravissimis criminibus, de quibus nondum lex erat lata, vel ubi sufficere non videbatur, quæ aderat. Vide Cort. ad Sallust. Jug. 40, et Sigon. de Judic. II, 33, p. 676. — *L. Vettio Judice*. Hoc cognomen e membranis, numis et lapidibus Vettio asseruere Græv., Casaub., Oudend., Ruhnk., Wolf. Contra Burm., Ern., MSS. probant scripturam *indice*, eumdemque hunc putant, qui commemoratur cap. 20, qui per contumeliam *index* appellatus Ern. videtur. Sed vix puto, hunc tam acerbe a Cæsare habitum, postea ejusdem causæ serviisse, quamvis pessimæ notæ hominem fuisse, ex omnibus pateat. Vide cap. 20, et cf. etiam Dio, XXXVII, 41. — *Q. Curio*. Fuerat is et ipse inter conjuratos (Sallust. Catil. 17), perductus ad prodendam conjurationem a Cicerone per Fulviam. Sallust. ibid. 23, 26.

Curio præmia darentur, effecit: Vettium, pignoribus captis[2], et direpta supellectile male mulcatum, ac pro Rostris in concione pæne discerptum, conjecit in carcerem: eodem Novium Quæstorem, quod compellari[3] apud se majorem potestatem passus esset.

XVIII. Ex prætura ulteriorem[1] sortitus Hispaniam, retinentes creditores interventu sponsorum[2] removit: ac neque more, neque jure, antequam provinciæ[3] ornaren-

2. *Pignoribus captis;* quod in jus vocatus a Cæsare ob falsum indicium non comparuerat. Spreti imperii et neglectæ dignitatis, maxime negato majori magistratui obsequio, pœna semper erat *carcer* et *pignorum captio*. Græci dicunt ἐνέχυρα λαμβάνειν. Ita Liv. III, 38: « postquam citati non conveniebant (Patres), dimissi circa domos apparitores.... *ad pignora capienda.* » Cic. de Orat. III, 1: « *pignoribusque ablatis* Crassum instituit coercere. » Cf. Ern. Clav. Cicer. — *Direpta supellex* haud dubie est a populo, qui cum apparitoribus in Vettii ædes irruperat. Alii interpretantur *divendita*. — *Male mulcatum*, male habitum; ut *mulcare*, notante Vossio, sit verberum; *multare* autem pecuniariam pœnam significet.

3. *Quod compellari apud se*, etc. Omnino, qui magistratum gerebant, *compellari*, i. e. accusari, deferri, non poterant (unde Noster, c. 18, post præturam metuisse Cæsarem judicium narrat), vel infames aliquo crimine atrociori abdicare se magistratu cogebantur; multo minus *major potestas*, i. e. *magistratus*, ἀρχὴ (Consul, Prætor, Ædilis), a minori; quamquam enim Novio quæstio demandata fuerat, summam tamen Cæsari, dum Prætura fungebatur, ob dignitatem debebat verecundiam.

XVIII. 1. *Ulteriorem Hispaniam.* Vide supra, c. 7. — *Sortitus:* Prætores enim provincias inter se vel comparabant, vel sortiebantur, ut multis locis docet Liv.

2. *Sponsorum;* i. e. qui pro debitore se obligabant, dati ab illo ipso; ubi enim ultro se offerebant, jubebantque pecuniam credi sua fide suoque periculo, dicebantur *fidejussores; adpromissores* erant, qui, quod suo nomine alii promiserant, idem pro altero quoque promittebant. Ita Heinecc. Ant. III, tit. 21, § 4. *Sponsores* audiebant, quod debitorem dicta die æs alienum soluturum *spondebant.* Ceterum, eripuit Cæsarem creditoribus M. Crassi interventus, auctore Plut. Crass. 7, et Cæs. 11. Debebat autem Cæsar prius, quam aliquem magistratum adiret, 1300 talenta. Plut. Cæs. 5.

3. *Ornarentur.* Alii, *ordinarentur.* Erat quidem Senatus, *ordinare*, i. e. constituere, decernere provincias, quo sensu infra, cap. 76, dicitur, « magistratus *ordinavit;* » et Justin. XXX, 2, « tribunatus, præfecturas, et ducatus mulieres *ordinabant.* » Sed facta jam fuerat

tur, profectus est; incertum, metune judicii, quod privato[4] parabatur, an quo maturius sociis implorantibus subveniret: pacataque[5] provincia, pari festinatione, non exspectato successore, ad triumphum simul consulatumque decessit. Sed quum, edictis[6] jam comitiis, ratio ejus haberi non posset, nisi privatus introisset Urbem, et ambienti, ut[7] legibus solveretur, multi contradicerent, coactus est triumphum, ne consulatu excluderetur, dimittere.

XIX. E duobus (consulatus[1]) competitoribus, L. Luc-

sortitio; restabat igitur, ut provinciæ *ornarentur*, i. e. instruerentur rebus necessariis, ut copiis, pecunia, vasis, quomodo magistratus ipsi *ornari* dicuntur. Conf. de hac re Sigon. de Ant. Jur. prov. II, 1; Ernest. Clav. Cic. in *ornare*.

4. *Privato:* quum antea ut Prætor, postea ut præfectus provinciæ compellari non posset.

5. *Pacataque provincia.* Devicit ibi Callaicos et Lusitanos, propterea *Imperator* a militibus appellatus. Plut. Cæs. 12. Deinde rem pecuniariam apud Hispanos constituit, auctore Plutarch. ibid. Provocat ad hæc erga eam gentem beneficia Cæsar ipse in oratione, Bell. Hisp. 42. — *Non exspectato successore:* quod facere debebant, ut provinciam copiasque ei traderent; quo facto, intra triginta dies e provincia erat proficiscendum, lege Cornelia. Vide Cic. ad Div. III, 6, quæ tota epistola ad cognoscendum mutandi provincias morem multum valet; ad Div. II, 15, exemplum etiam habes præpositi provinciæ Quæstoris, quum successor justo tempore non advenisset.

6. *Edictis*, publice indicatis, *comitiis.* — *Ratio ejus haberi non posset;* inter candidatos recipi, ex quibus Consules eligerentur. Viginti septem ante comitia dies erant, intra quos petitionem et nomen suum candidati profiteri debebant. Vide nos ad Sall. Catil. 18, not. 10; hujus Edit. pag. 34. Ceterum magistratus, qui comitia habebat, ob varias causas negare poterat, rationem se candidati habiturum. Liv. VIII, 15.

7. *Ut legibus solveretur;* hoc est, lege, qua absentis petitoris rationem haberi vetitum erat. Absens autem erat, quod urbem intrare ei non licebat, dum in imperio perseverabat, et triumphum cum exercitu exspectabat. — *Contradixit* ei maxime Cato: cf. Plut. Pomp. 44; Cat. min. 31; Dio, XXXVII, 54. — *Triumphum* tamen ei fuisse decretum, patet e Dione, XLIV, 41, et Appian. Bell. Civ. II, 8. — Ceterum Romanos ab observanda illa lege nonnunquam recessisse, docet etiam exemplum Luculli, qui absens ædilis fuit creatus. Plut. Lucull. 1.

XIX. 1. *Consulatus.* Haud dubie e glossa, ut sæpe.

ceio, Marcoque Bibulo, [2] Lucceium sibi adjunxit: pactus, ut is, quoniam inferior[3] gratia esset, pecuniaque polleret, nummos de suo, communi nomine, per centurias pronnnciaret[4]. Qua cognita re, optimates, quos metus ceperat, nihil non ausurum eum in summo magistratu, concordi et consentiente collega, auctores Bibulo fuerunt tantumdem pollicendi: ac plerique pecunias contulerunt, ne[5] Catone quidem abnuente, eam largitionem e Republica fieri. Igitur cum Bibulo Consul creatur. Eamdem ob causam opera optimatibus[6] data est, ut provinciæ futuris Consulibus minimi negotii, id est, silvæ callesque decernerentur. Qua maxime injuria instinctus, omnibus officiis

2. *Lucceium*. Cic. ad Attic. I, 17: « Lucceium scito consulatum habere in animo statim petere. Duo enim soli dicuntur petituri. Cæsar cum eo coire per Arrium cogitat; et Bibulus eum hoc se putat per Pisonem posse conjungi; » ubi vide Schutz. Hic Lucceius vero idem est, cui Cicero (ad Div. V, 10) historiam consulatus sui scribendam demandat.

3. *Inferior gratia esset*, minus quam Cæsar ipse amaretur.

4. *Pronunciaret;* promitteret. Infra, c. 26: « munus populo epulumque *pronunciavit.* » Cic. pro Cluent. 29: « quum pro reo *pronunciasset* pecuniam. » — De fœda illa honorum nundinatione mire Lucan. Phars. I, 178:

Hinc rapti fasces pretio, sectorque favoris
Ipse sui populus, letalisque ambitus Urbi,
Annua venali referens certamina campo.

5. *Ne Catone quidem abnuente*, etc. id est ne Catone quidem negante, hanc largitionem Reipublicæ esse salutarem. Ineptam esse lectionem *a Republica* quum largitio non ex ærario, sed collatis singulorum pecuniis fieret, jam monuit Oudend. *E Republica* ita dixit Livius, VIII, 23: « quum... Publilium imminentem hostium muris avocari.... *haud e Republica esset.* » Cic. Philipp. III, 15: « id eum.... recte atque ordine, *exque Republ. fecisse et facere;* » ad Brut. V: « si arbitrarere *utile eque Republ.* esse. »

6. *Optimatibus.* Alii addunt *ab.* Sed plura exempla dativi ita positi apud Nostrum occurrunt. Simplicem etiam ablativum ita adhiberi docet post alios Oudend. ad h. l. — *Silvæ callesque;* h. e. ubi bella non gerenda, nihil gloriæ parandum, cum latronibus tantum confligendum. Lips. ad Tacit. Annal. IV, 27, intelligit curam publicorum saltuum calliumque, in quibus pecora pascebantur, ære aliquo constituto, Quæstoribus proprie demandatam, interdum et Consulibus, si bella nusquam aut hostis; (quod vellem exemplis confirmasset; equidem certe dignatione consulari inferius id putaverim).

Cn. Pompeium assectatus [7] est, offensum Patribus, quod, Mithridate rege victo, cunctantius confirmarentur acta sua [8]; Pompeioque M. Crassum reconciliavit, veterem inimicum ex consulatu, quem [9] summa discordia simul gesserant; ac societatem cum utroque iniit, ne quid ageretur in Republica, quod displicuisset ulli e tribus.

XX. Inito honore primus omnium instituit, ut tam Senatus, quam populi diurna [1] acta conficrent, et publicarentur. Antiquum etiam retulit morem, ut, quo [2] mense

7. *Assectatus est*; omni studio coluit. — *Offensum*, infensum, iratum.

8. *Acta sua*. Auctore Dion. XXXVII, 49, Pompeius ob hanc maxime causam L. Afranium et Metellum Celerem ad consulatum perduxerat, quod per eos acta sua confirmatum iri sibi persuaserat. Obstitere ei præter alios Cato, Metellus ipse, et maxime Lucullus.

9. *Quem... simul gesserant*. Consules fuerant A. U. 684. Reconciliavit utrumque Cæsar ante consulatum, uti præter Nostrum Plutarch. Cæsar. 13; Crass. 14; Pompei. 47, ubi sapienter de hoc Cæsaris consilio judicat; Dio, XXXVII, 54, seq. Appian. Bell. Civ. II, 9; Flor. IV, 2, 11. Minus accurate Vellei. II, 44: « hoc igitur Consule (Cæsare) inter eum et Cn. Pompeium et M. Crassum inita potentiæ societas. » Hic est prior Triumviratus, de quo Lucan. Phars. I, 85 seqq.

XX. 1. *Primus.... diurna acta conficerent*, etc. Huic Suetonii loco quum refragari viderentur fragmenta quædam actorum Senatus et populi Romani, alterum anni 586, alterum 692, edita a Dodwell. (Prælect. Camden. p. 665—691), quibus innixus Grævius Nostrum erroris arguebat, ut qui a Cæsare demum Cos. ann. 695 instituta ea diceret; vindicarunt eum Duker. ad Liv. XLIV, 18, Wesseling. Probab. 39, et Ernest. in Excursu ad h. l. et Prolus. de actorum S. P. Q. R. diurnorum origine, cujus summa hæc est: Illa fragmenta conficta videntur ab aliquo impostore. Memoriam autem rerum publice gestarum singulis annis antea literis mandavit Pontifex maximus, iique *annales maximi* sunt appellati, ut adeo actis diurnis opus non esset. Hæc annalium conscribendorum ratio obtinuit usque ad Pontificem P. Mucium, h. e. ad medium prope seculum septimum ab U. C. postea fortasse ob turbas domesticas omissa. Ideo Cæsar Cos. acta diurna instituit, post ejus consulatum propter optimatium invidiam intermissa (nam per aliquod tempus commentarii rerum urbanarum privati tantum erant; Cic. ad Div. II, 8; VIII, 1; ad Attic. VI, 2), ab eodem Cæsare iterum Consule et Dictatore postea restituta. — *Conficerent* Oudend. restituit, pro *conficerentur*.

2. *Quo mense*. Alternis enim

fasces non haberet, accensus ante eum iret, lictores pone sequerentur. Lege autem[3] Agraria promulgata, obnunciantem collegam armis Foro expulit. Ac postero die in Senatu conquestum, nec quoquam reperto, qui super tali consternatione referre[4], aut censere aliquid auderet, qualia multa sæpe in levioribus turbis decreta erant, in eam coegit desperationem, ut, quoad potestate abiret, domo[5] abditus nihil aliud quam per edicta obnunciaret. Unus

mensibns fasces habebant Coss. quamquam alternis diebus nonnunqoam eos mutatos cootendont hand pauci, e fragmentis actorum dinrnorum modo commemoratis, ubi inter alia : « V Kal. Apr. fasces peoes Æmilium; IV Kal. Apr. fasces penes Lieininm : » ob qnam ipsam causam Ondend. spnria ea pronunciat. Locos elassicus de fascibus est apud Dionys. Archæol. V, 2. Decemviri qnoqne fasces vicissim habuerunt. Liv. III, 33 : « eo die penes præfectum juris *fasces* dnodecim erant ; collegis novem *singuli accensi* apparebant. » — *Lictores pone sequerentur*, sine fascibus.

3. *Lege.... Agraria;* quales multæ ante Juliam fuerant latæ, de qnibus vide Sigon. de Ant. Jur. Ital. II, 2, pag. 627 seq.; Ern. Clav. Cicer. in ind. leg. — *Obnunciantem;* h. e. ut legem impediret, dicentem se anspiciis operam daturum, *se de cælo servaturum*, quæ solennis erat formula; vel tristia de cælo nunciantem, qua re comitia dirimebantur et in aliom diem differebantur, ex lege *Ælia* de comitiis Ælii Cos. A. U. 586. Vide Ern. Clav. Cic. ad legem Æliam, et sub voc. *obnunciare*. De re vide infra.

4. *Referre;* Gallice : *se rendre le rapporteur de l'affaire.* Id erat *Consulis*, qui fasces sorte tenebat (tenebat autem tnnc Cæsar, qnem de sno facinore non relatnrum fnisse patet), vel *Tribunorum plebis*, vel *Prætorum*, quibns jos hoc dedit Augnstus (Dio, LV, 3): de Tribunis igitur h. l. est cogitandum, nisi quis cum Ern. *referre* pntaverit esse *relationem postulare*. — *Censere*, sententiam dicere per egressionem, *relationem egredi*, nt loquitur Tacit. Annal. II, 38; h. l. quid statueodnm videatur dicere, quamvis nulla relatio facta sit.

5. *Domo abditus.* Conf. Plutarch. Cæs. 14. Appian. Bell. Civ. II, 10, 11, narrat, Cæsarem post contentiooes de lege agraria Senatom non habuisse amplius, sed pro rostris cum populo egisse, adjuvaotibus Pompeio et Crasso; Senatum antem, qnnm ab uno Consnle convocari non posset, in ædes Bibuli convenisse; tandem Bibulum, progressum in forum et oblocutum, vi fuisse depolsum. Eumdem vide, cap. 12; et conf. Dion. qni accuratissime totam contentionem XXXVIII, 1—8, describit; Cic. etiam, ad Attic. II, 19 et 21; Vellei. II, 44.

Campanum, ad subsidia Reipublicæ vectigalem[10] relictum, divisit extra[11] sortem ad viginti millibus civium, quibus terni pluresve liberi essent. Publicanos[12], remissionem petentes, tertia mercedum parte relevavit, ac, ne in locatione novorum[13] vectigalium immoderatius lice-

tiunt autem, notante etiam Casaub., hic Græci auctores, qui divisionem agri Campani a lege Julia agraria distinguunt.

10. *Vectigalem :* qui agri et *publici* dicuntur, hostibus erepti et ut *patrimonium reipubl.* retenti : unde Cic. ad Attic. l. c. « portoriis Italiæ sublatis, agro Campano diviso, quod vectigal superest domesticum, præter vicesimam? » Alias *vectigales* etiam erant agri colonis divisi, sub conditione decimarum *τῶν σπειρομένων* et quintarum *τῶν φυτευομένων*, vel victis hostibus maxime extra Italiam relicti, e quibus tamen et ipsis decimæ proventuum erant solvendæ.

11. *Extra sortem ;* h. e. ut non sorte ducta, sed XX virorum arbitrio divisio fieret, ut bene Torrent. Hos Vigintiviros, qui solebant fieri agris dividundis, commemorat Vell. II, 45, qui narrat, Ciceronem inter eos esse noluisse. Cf. Cic. ad Attic. II, 19, et IX, 2. — *Ad viginti millibus :* i. e. circiter. Ita Terent. Heautont. I, 1, 93 : « quasi talenta *ad* quindecim Coegi. » Plura dat Oudend. ad h. l. Vide nos ind. ad Cæs. (Edition. hujus tom. IV), sub voc. *ad.*

12. *Publicanos;* Equites Romanos, qui vectigalia publica redemerant. Cf. Appian. Bell. Civ. II, 13 ; Dio, XXXVIII, 7 ; Cic. ad Attic. II, 1. De publicanis audi Montesquieu, *Esprit des lois*, XIII, 20 : « Tout est perdu, lorsque la profession lucrative des traitans parvient encore par ses richesses à être une profession honorée.... Il y a un lot pour chaque profession. Le lot de ceux qui lèvent les tributs est les richesses; et les récompenses de ces richesses sont les richesses mêmes. La gloire et l'honneur sont pour cette noblesse, qui ne connaît, qui ne voit, qui ne sent de vrai bien que l'honneur et la gloire. Le respect et la considération sont pour ces ministres et ces magistrats, qui, ne trouvant que le travail après le travail, veillent nuit et jour pour le bonheur de l'empire. » — *Remissionem.* Ad literam nos : *une remise.* — *Mercedum :* summarum, quas in conducendis vectigalibus pacti erant.

13. *Novorum vectigalium :* non omnino novorum, sed quorum post singula quinquennia nova fiebat locatio, ut recte interpretatur Oudendorp. Ita infra, cap. 40 : « ex Kalendis Januariis *novis ;* » ubi alii falso *nobis*. Possis tamen intelligere etiam *nova vectigalia*, si qua adhuc existerent novis additis provinciis auctisque P. R. agris, quibus opponerentur ita *cetera*, id est, vetera, quæ et ipsa non pro licitationis magnitudine, sed pro arbitrio Equitibus dividebat. Ita sunt *nova vectigalia* apud Cicer. ad Attic. I, 19. Fortasse etiam *cetera* pro *ceterum*

rentur, propalam monuit. Cetera item, quæ cuique libuissent, dilargitus est, contradicente nullo, ac, si conaretur quis, absterrito. M. [14] Catonem interpellantem extrahi Curia per lictorem, ducique in carcerem jussit. L. Lucullo [15], liberius resistenti, tantum calumniarum metum injecit, ut ad genua ultro sibi accideret. Cicerone [16] in judicio quodam deplorante temporum statum, P. Clodium, inimicum ejus, frustra jam pridem a Patribus [17] ad plebem transire nitentem, eodem die, horaque nona, transduxit. Postremo in universos diversæ factionis induxit [18] Vettium præmiis, ut se de inferenda Pompeio

posuit, quomodo Græci τὰ λοιπά, ubi legendum esset : *Cetera idem*, non *item :* vel denique potius ad verbum intelligamus, data publicanis quam petebant remissione, de *ceteris* etiam quibusvis in cives æque facilem se Cæsarem præstitisse. De re Cic. ad Attic. II, 18 : « σκοπὸς est, ut suspicor, illis qui tenent, nullam cuiquam largitionem relinquere. »

14. *M. Catonem*, etc. Conf. Gell. Noct. Att. IV, 10. — *Interpellantem ;* id est, ejus consilia verbis morantem.

15. *L. Lucullo... resistenti ;* quum Cæsar rata esse juberet acta Pompeii. — *Calumniarum.* Minabatur Cæsar disquisitionem rerum a Lucullo in Asia gestarum. *Calumniæ* proprie sunt lites per calumniam intentæ, falsæ.

16. *Cicerone in judicio quodam*, etc. In oratione pro C. Antonio, antea collega suo in consulatu, postea Macedoniæ præfecto, ob quam provinciam male administratam accusatus est. Meminit ejus rei ipse Cicero, pro Domo sua, 16 : « Hora fortasse sexta diei questus sum in judicio, quum C. Antonium, collegam meum, defenderem, quædam de Republica, quæ mihi visa sunt ad illius miseri causam pertinere. Hæc homines improbi ad quosdam viros fortes (Cæsarem et Pompeium) longe aliter, atque a me dicta erant, detulerunt. Hora nona, illo ipso die, tu es adoptatus. » — *Deplorante*, pro : *quum Cicero deplorasset.*

17. *A Patribus ad plebem transire :* a patricia gente, in qua natus erat, ad plebeiam per adoptionem transire, ut plebis Tribunus fieri posset, et Ciceronem exagitare. Adoptavit Clodium P. Fonteius lege curiata (Cic. pro Domo sua, 13 et 29); « ita vir optime meritus de republica conservatæ patriæ pretium (Cicero), calamitatem exsilii tulit : » Vellei. II, 45 ; qui et addit : « Non caruerunt suspicione oppressi Ciceronis Cæsar et Pompeius : hoc sibi contraxisse videbatur Cicero, quod inter XX viros dividendo agro Campano esse noluisset. »

18. *Induxit Vettium.* Hanc emen-

nece sollicitatum a quibusdam profiteretur, productusque pro Rostris auctores ex [19] compacto nominaret: sed uno atque altero frustra nec sine suspicione fraudis nominatis, desperans tam præcipitis consilii eventum, intercepisse [20] veneno indicem creditur.

XXI. Sub idem tempus Calpurniam, L. Pisonis [1] filiam, successuri sibi in consulatu, duxit uxorem: suamque, Juliam, Cn. Pompeio collocavit, repudiato priore sponso Servilio [2] Cæpione, cujus vel præcipua opera paulo ante Bibulum impugnaverat. Ac post novam affinitatem Pompeium primum [3] rogare sententiam cœpit, quum Crassum soleret, essetque consuetudo, ut, quem ordinem inter-

dationem Ursini receperunt Burmann. et Ern. Codices, *inductum præmiis, ut*, etc. ubi esset supplendum *quemdam* (*inductum quemdam præmiis, ut*, etc.) quod addit MS. unus haud dubie e glossa, omnisque constructio regeretur a *creditur* in fine cap. durissima sane ratione, quamvis eam ipsam Codd. scripturam Gronovius et Oudend. retineant. Verba Suetonii nemo restituerit sine subsidiis adhuc irrepertis. De Vettio res certa est ex ipso Cicerone, ad Attic. II, 24; pro Sext. 63; in Vatin. 10; qui omnem culpam in Vatinium conjicit, quo tamen instrumento tantum Cæsar utebatur. Plut. in Luc. et Dio Ciceronis obtrectator perpetuus idem confirmant. Ceterum diversus hic Vettius ab eo, qui c. 17 commemoratur.

19. *Ex compacto;* communi fraude; quos nominandos pacti erant.

20. *Intercepisse veneno.* Cicer. in Vatin. cap. 11, fractas illi a Vatinio cervices in carcere dicit.

XXI. 1. *L. Pisonis.* Cæsonini. Cf. Ern. Clav. Cic. Successit Cæsari cum A. Gabinio, A. U. 696. — *In consulatum*, pro *in consulatu* ex al. MSS. præplacuit Oud. et Ruhnk.

2. *Servilio Cæpione*, cui promisit Pompeius suam filiam, desponsatam Fausto Sullæ filio (Plutarch. Pomp. 47; Dio, XXXVIII, 9.) Vide ad cap. 27.

3. *Primum rogare sententiam.* De tota consuetudine rogandi in Senatu sententias, novoque Cæsaris instituto, vide Gell. IV, 10, et XIV, 7, unde patet, primum rogari consuevisse *principem Senatus*, vel post comitia *Consules designatos* (vide nos ad Sallust. Catil. 50, not. 10, pag. 79), vel, ubi extra ordinem quæreret Consul, nullum tamen alium, *nisi qui consulari loco fuisset.* Neque primum Cæsarem vulgarem ordinem immutasse, docet Liv. V, 20, ubi P. Licinius primus dixisse, a filio interrogatus, traditur. Plura de ordine rogandi sententias quære apud Paul. Manut. de Senatu Rom. c. 8 (Thes. Græv. tom. I, pag. 919).

rogandi sententias Consul Kalendis Januariis instituisset, eum toto [4] anno conservaret.

XXII. Socero igitur generoque suffragantibus, ex omni provinciarum copia Gallias [1] potissimum elegit, cujus emolumento et opportunitate idonea sit materia triumphorum. Et initio quidem Galliam [2] Cisalpinam, Illyrico

4. *Toto anno.* Casaubo ad h. l. et Manut. l. c. hoc intelligunt de toto illo tempore, quod intercessit usque ad designationem Consulum, quæ fieri solebat mense Quintili. Quid, si locum interpreteris non de prima omnino sententia, sed de iis, qui magistratu eo tempore non fungebantur, ideoque ejusdem erant loci, inter quos, omnes tamen consulares, primum Cæsar rogavit Pompeium?

XXII. 1. *Gallias... triumphorum.* Acquievi tandem in vulg. lectione, postquam summos viros in refingendo loco frustra laborasse vidi. Ac primum *Gallias* credidi stare debere, quoniam prius tota provincia nominanda erat, postea partes, Cisalpina et Comata, ac posse, quamvis sequatur *cujus*, per synesin aut ellipsin vocis *provinciæ* vel *regionis;* deinde *sit* esse quidem contra usitatum temporum ordinem pro *esset*, scriptores tamen, maxime seriores, in eo observando haud nimis semper esse accuratos (quod sæpe iis accidit, qui vernacula lingua utuntur), et defendi posse more Græcorum, qui a tempore præterito transire solent in viva narratione ad præsens, præsertim quum h. l. præsens Cæsaris deliberatio commemoretur. Denique *emolumentum* non solum, ut alii, vel de ubertate agri, vel de rei magnæ absolutione, vel de iis intelligo, quibus solebat hæc provincia ornari, sed de omnibus omnino ejus commodis et bonis, quæ Cæsar sine dubio optime perspiciebat (nisi scribendum *emolimento*, id est, labore, de quo vide Mor. ad Cæs. Bell. Gall. I, 34); *opportunitatem* autem de situ regionis, satis opportuno ad *materiam triumphorum*, et ob subsidia belli facilius adducenda, et ob bellorum ex incolis finitimisque copiam. Vide, si libet, interpp. Stat vero mihi sententia, jungenda esse, *cujus emolumento*, etc. *sit* autem esse *fiat*, *existat*, et pudet fere addere suspicionem, legendum, *sibi esset*, pro *sit*.

2. *Galliam Cisalpinam.* Paul. Oros. VI, 7: « Anno ab urbe condita 693 (695), C. Cæsare et L. Bibulo Coss. lege Vatinia Cæsari tres provinciæ cum legionibus septem (falso, nam reliquas Cæsar ipse postea addidit; cf. ad cap. 24.) in quinquennium datæ, Galliæ Transalpina et Cisalpina, et Illyricum; Galliam Comatam postea Senatus adjecit. » Eodem de legionibus errore Eutrop. VI, 14: « decreta est ei Gallia et Illyricum cum legionibus decem. » — De Gallia et diversis ejus partibus vide nos ad Cæsar. Ind. geograph. tom. IV. — *Lege Vatinia;* sive Senatus decreto, rogante Vatinio, Tribuno pleb. Cicer.

adjecto, lege Vatinia accepit: mox per Senatum, Comatam quoque; veritis Patribus, ne, si ipsi negassent, populus et hanc daret. Quo gandio elatus, non temperavit, quin paucos post dies frequenti Curia jactaret, invitis et gementibus adversariis adeptum se, quæ concupisset; proinde ex eo insultaturum omnium capitibus: ac negante quodam per contumeliam, « Facile hoc ulli[3] feminæ fore; » respondit, quasi alludens, « In [4]Syria quoque regnasse Semiramin, magnamque Asiæ partem Amazonas tenuisse quondam. »

XXIII. Functus consulatu, C.[1] Memmio Lucioque Domitio Prætoribus de superioris anni actis referentibus, cognitionem Senatui detulit: nec illo suscipiente, triduoque per irritas altercationes absumto, in provinciam abiit[2];

in Vatin. 15. Ita Numidiam Mario dedit populos, rogante Trib. pl. Manilio Maneino; Sall. Jug. 73. Talis lex erat Manilia, de bello Mithridatieo Pompeio mandando, A. U. 687. Cf. Sigon. de Aot. Jur. provinc. II, 1, p. 124 seq.; Heioecc. Ant. Rom. Append. § 107. De eodem Vatinio, a Cicerone postea defenso, vide Manut. ad epist. ad Div. I, 9.

3. *Ulli feminæ;* salse, quod muliebria passus erat Cæsar. Vide c. 2. — *Alludens;* respondens per jocum. — Antea *respondit* jungeodum cum non *temperavit*. Alii vitiose, *responderit*. Melius sane esset *responderet*.

4. *In Syria*. Sæpe apud Veteres Syria sensu latiori dicitur pro Assyria, atque ita Syriam regno tenuisse Semiramio, auctor etiam Mela, I, 11, ubi cf. Tzschoek. Alii nostro loco *Assyria* scribunt, haud dubie e prisci usus ignorantia.

XXIII. 1. *C. Memmio Lucioque Domitio*. Prætores fuerant anno superiori, Cæsare et Bibulo Coss. Cic. ad Quint. fratr. I, 2, fin. « Prætores habemus amicissimos et acerrimos cives, *Domitium*, Nigidium, *Memmium*, Lentulum. » De Memmio plura vide in Clav. Cicer., et apud Manut. ad Cicer. ep. ad Div. XIII, 1. Domitius, inimicissimus Cæsari, postea Consul fuit A. U. 700, cum Appio Claudio. Idem commemoratur infra c. 34, et Ner. 2. — *Referentibus;* sine dubio per egressionem relationis, de qua vide Tacit. Annal. II, 38; XIII, 49. Referre enim erat Consulum, si aderant, atque adfuisse constat Coss hujus anni, Gabinium et Pisonem. Sæpe autem finito magistratu a Consulibus ratio actorum exigebatur. Liv. XXXVII, 57.

2. *Abiit*. Maturavit ab urbe proficisci ob imminentem Helvetiorum invasionem. Cæs. Bell. Gall. I, 7. Exspectavit tamen *ante urbem* condemnationem Ciceronis. Cicer. pro

et statim Quæstor[3] ejus in præjudicium aliquot criminibus arreptus est. Mox et ipse a L. Antistio, Tribuno plebis, postulatus, appellato [4] demum collegio, obtinuit, quum Reipublicæ causa abesset, reus ne fieret. Ad securitatem ergo posteri temporis, in magno negotio habuit obligare[5] semper annuos magistratus, et e petitoribus non alios adjuvare, aut ad honorem pati pervenire, quam qui sibi recepissent, propugnaturos absentiam suam; cujus pacti non dubitavit a quibusdam jusjurandum atque etiam syngrapham exigere.

XXIV. Sed quum L. Domitius, consulatus candidatus, palam minaretur, Consulem se effecturum, quod Prætor nequisset, ademturumque ei exercitus; Crassum Pompeiumque, in urbem provinciæ suæ Lucam[1] extractos,

Sext. 18; post Reditum, in Sen. 13.

3. *Quæstor ejus;* qoi Consuli Quæstor fuerat, quo damnato, ipsa Cæsaris, cujus jussu ille egerat, acta damnata videbantur. Hoc est, *in præjudicium.* Ita Cic. Verr. III, 65: « *præjudicium* a se de capite C. Verris per hoc judicium oolle fieri. » Cæs. Bell. Civ. II, 32: « Pompeius enim, nullo prælio pulsus, *vestri facti præjudicio* demotus Italia excessit, » ubi cf. Morus. — *Aliquot criminibus arreptus est*, diversis criminibus cupide accusatus est.

4. *Appellato demum collegio*, sc. Tribunorum. Sæpe ad infringendam unius Tribuni atrocitatem, reliquorum opera utebantur. Liv. VI, 35: « conterriti Patres quum trepidassent, publicis privatisque consiliis nullo remedio alio *præter expertam multis jam ante certaminibus intercessionem invento, collegas adversus tribunicias rogationes omparaverunt.* » — *Obtinuit*, etc. Ne quis, qui Reipublicæ causa abesset, reus ageretur, prohibitum fuerat jam duodecim tabulis et denuo lege Memmia, quam tamen haud semper observatam fuisse, apparet ex h. l. et Val. Max. III, 7, 9. — De *Autistio* Trib. pleb. ejusque cognomioe, qood *Vetus* fuerit, an *Severus*, an diversorum ea, disputant viri docti, vide interpr. ad Cicer. ad Quint. fratr. II, 1; Ern. Clav. Cicer.

5. *Obligare* meritis et officiis suis. Nos: *obliger*, *rendre service.* — *Petitoribus*, magistratuum et honorum candidatis. Inepte in multis, *competitoribus.* — *Recepissent.* Al. *pepigisseut*, quæ vera est interpretatio. Ita sæpius *recipere* pro *promittere* apud Ciceronem, ut ad Div. I, 9: « quidque sibi is de me *recepisset;* » V, 8: « ea, quæ tibi *promitto ac recipio.* » Philipp. V, 18: « *promitto, recipio, spondeo.* »

XXIV. 1. *Lucam.* Etruriæ erat

compulit, ut detrudendi[2] Domitii causa consulatum alterum peterent, et ut in[3] quinquennium sibi imperium prorogaretur (perfecitque[4] utrumque). Qua fiducia ad legiones, quas[5] a Republica acceperat, alias privato sumtu addidit: unam etiam ex Transalpinis conscriptam, vocabulo quoque Gallico; Alauda[6] enim appellabatur:

urbs; sed illo tempore ad Liguriam eam pertinuisse, usque ad Arnum fluvium procedentem, et partem Galliæ Cisalpinæ, docet Cluver. Ital. Ant. I, 8, 2. Cicer. ad Div. XIII, 13, *municipium Lucense* dicit. Idem, ad Div. I, 9: « Pompeius, quum mihi nihil ostendisset, se esse offensum, in Sardiniam et in Africam profectus est, eoque itinere Lucam ad Cæsarem venit, etc. » De hoc colloquio, Lucæ habito, vide Plutarch. Cæs. 21; Appian. Bell. Civ. II, 17.

2. *Detrudendi Domitii causa.* Cruentas de consulatu contentiones Pompeii cum Domitio, quem Cato maxime ad resistendum incitaverat, describunt Plut. Pomp. 52 seq. Crass. 15, et Cat. 41 seq. Appian. c. 17; Dio, XXXIX, 31.

3. *In quinquennium.* Ita etiam Plut. et Appian. l. c. Dio, XXXIX, 33, hæc paulo aliter narrat, et pro quinquennio triennium ponit. Cic. autem, ad Attic. VII, 5: « quem *per annos decem* aluimus contra nos; » et epist. seq. « quum *quinquennium* prorogabamus; » et epist. 7: « *annorum* enim *decem* imperium; » denique epist. 9: « tenuisti provinciam *per decem annos*, non tibi a Senatu, sed a te ipso per vim et per factionem datos: » ubi vide Schutz. contra Dionem disputantem.

4. *Perfecitque utrumque.* Hæc cum Wolfio spuria existumo, quum perfecisse Cæsarem, quod vellet, sit jam in voce *compulit.* Absunt etiam a nonnullis; in plerisque aliis leguntur ante verba, *et ut in quinquennium.* Si quid aliud, placet mihi conjectura Casaub. *fecitque per utrumque, ut in quinquennium*, etc.

5. *Quas a Republ. acceperat.* Eæ quatuor fuerant (vide c. 22), præter præsidia provinciarum Galliarum et Illyrici. Alaudam *Quintam* appellavit. Auxit tandem legionum numerum ad decem, sed *privato sumtu.* Nam, quæ verba in multis adduntur, *alias publico*, cum viris doctis adulterina censeo. Conf. de legionibus Cæsaris erudite disputantem ad h. l. Ondendurpium

6. *Alauda.* Eos, qui indagare hujus vocis originem sategerunt, nihil moror; constat enim, nihil certi ex ea opera proficisci. Laudabo unum locum Plin. Hist. Nat. XI, 44 (edit. Franz.): « præterea parvæ avi (sc. apex est in capite), quæ ab illo galerita appellata quondam, postea Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat *Alaudæ.* » Vide, si libet, ad hunc Plinii locum Harduin., et interpp. ad Nostrum. Cic. ad Attic. XVI, 8, et Philipp. I, 8, V, 5, *legionem Alaudarum* dixit, ut ipsi legionis hujus milites nomen habuerint *Alaudæ*, quomodo fere nos, *un Cent-Suisse*,

quam disciplina[7] cultuque Romano institutam et ornatam, postea universam civitate donavit. Nec deinde ulla belli occasione, ne injusti quidem ac periculosi, abstinuit, tam fœderatis, quam infestis ac feris gentibus ultro lacessitis: adeo ut Senatus quondam, legatos ad explorandum statum Galliarum mittendos, decreverit, ac nonnulli[8], dedendum eum hostibus, censuerint. Sed prospere decedentibus[9] rebus, et sæpius, et plurium, quam quisquam[10] unquam, dierum supplicationes impetravit.

XXV. Gessit autem novem[1] annis, quibus in imperio fuit, hæc fere: Omnem Galliam, quæ saltu Pyrenæo Alpibusque et monte Gebenna, fluminibusque Rheno et Rhodano continetur, patetque circuitu ad bis et tricies centum millia passuum, præter socias ac bene meritas

de singulis militibus, qui ad eam cohortem pertinent.

7. *Disciplina*, etc. *Disciplina* pertinet ad artem moremque militarem; junge cum *institutam*: *cultus* ad arma et vestes (*la tenue*); iis *ornabatur* legio. Ita infra, cap. 84: *arma, quibus exculti.*

8. *Nonnulli*, etc. Ipse Cato; vide Plut. Cæs. 22. — *Dedendum eum hostibus.* Solitum hoc Romanis. Cic. de Offic. III, 30: « quod ni ita esset, nunquam claros viros Senatus vinctos hostibus dedidisset. » *Hostes* hoc loco dicit Suetonius Usipetes et Tenchtheros. De bello cum iis gesto, vide Cæsar. Bell. Gall. IV, init. Dion. XXXIX, 47 seq.

9. *Decedentibus*; pro *cedentibus*, novo usu, si lectio sana.

10. *Quam quisquam unquam*; ante Cæsarem nempe, qui ipse supplicationes sibi decretas commemorat quindecim dierum, Bell. Gall. II, 35; viginti dierum post expeditionem Britannicam, Bell. Gall. IV, 38; et totidem post victum Vercingetorigem, Bell. Gall. VII, 90, ubi tamen Dio, XL, 50, suo, an librarii errore, sexaginta dies habet. Post bellum civile, adulationis in decernendis supplicationibus nullus fuit modus. *Supplicatio*, publica gratiarum actio.

XXV. 1 *Novem annis.* Nam ante finitum alterum quinquennium (ex mente Suetonii) ad bellum civile profectus est. — *Hæc fere*, etc. Plin. Hist. Nat. VII, 25, Cæsarem signis collatis quinquagies dimicasse, et præter civiles victorias undecies centena et XCII millia hominum occisa præliis ab eo narrat. Cf. Vellei. II, 47, qui tamen modestiore numero amplius quadringenta millia hostium a C. Cæsare cæsa, plura capta dicit; et omnino Bayle, *Dictionn. histor. et crit.* sub voc. *César*, not. D, ubi de numero eorum, qui in bellis Cæsaris perierunt, fuse disputat.

civitates, in provinciæ formam redegit, eique quadringenties[2] in singulos annos stipendii nomine imposuit. Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum ponte[3] fabricato aggressus, maximis affecit cladibus. Aggressus est et [4] Britannos, ignotos antea, superatisque pecunias et obsides imperavit: per[5] tot successus ter, nec amplius, adversum casum expertus: in Britannia, classe vi tempestatis prope absumta[6]; et in Gallia, ad [7] Gergo-

2. *Quadringenties.* Eutrop. VI, 14, qui Nostrum exscripsit: « Galliæ autem tributi nomine annuum imperavit *sestertium quadringenties.* » Inde nostro loco numerus, qui aberat, est restitutus. Ceterum tam modicum stipendium (ut adeo Lipsio, Admir. II, 3, scribendum videretur, *quater millies*) tantæ provinciæ Cæsar imperavit, ut genti parceret continuis bellis exhaustæ, et a novis rebus eam abstraheret. *Stipendiariæ* tamen provinciæ s. *tributariæ*, quæ capitis censum quotannis solvebant, pejoris conditionis putabantur, quam *vectigales*, de quibus ad c. 20.

3. *Ponte fabricato.* Cæs. Bell. Gall. IV, 17; Plutarch. Cæs. 22; Dio, XXXIX, 48. — *Maximis affecit cladibus*; non nimiis: num dies omnino XVIII trans Rhenum consumsit. Cæs. l. c. 18, 19; Dio, l. c.; Plutarch. Cæs. 23. Ridiculus est Eutropius, qui l. c. Suetonium magno ore superaturus: « Germanosque trans Rhenum aggressus, *immanissimis* præliis vicit. » Rectius Oros. VI, 9. Verissime Florus, III, 10, 15: « nec semel Rhenus, sed iterum quoque, et quidem ponte facto, penetratus est. Sed major aliquanto trepidatio: quippe quum Rhenum suum sic ponte, quasi jugo, captum viderent, fuga rursus in silvas ac paludes; *sed, quod acerbissimum Cæsari fuit, non fuere, qui vincerentur.* »

4. *Britannos.* Cæs. Bell. Gall. IV, 20 seq. et V, 1—23; Plut. Cæs. 23. Priorem expeditionem in Britannos Dio, XXXIX, 50 seq., alteram XL, 1 seq. describit. Veterum loca de Britannia eorumque de ea opiniones collegit omnium locupletissimus Tzschuck. ad Mel. III, 6, 4

5. *Per tot successus.* Inepte hunc etiam locum exscripsit Eutrop. VI, 14: « inter tot successus ter male pugnavit; apud Arvernos semel præsens, et absens in Germania bis: nam legati ejus duo, Titurius et Aurunculeius, per insidias cæsi sunt; » ubi Suetonii verba mutaturus, in errorem incidit.

6. *Classe.... absumta.* Naufragio bis classis ejus affecta est, in priori expeditione (Cæs. Bell. Gall. IV, 28; Dio, XXXIX, 52) et in altera (Cæs. V, 10, 11; Dio, XL, 2). Suetonius alteram cladem intelligere videtur, de qua Cæsar ipse, l. c. cap. 11: « sic ut, amissis circiter quadraginta navibus, reliquæ tamen refici posse magno negotio viderentur. »

7. *Ad Gergoviam.* Oppugnationem hujus urbis Cæsar describit,

viam legione fusa; et in [8] Germanorum finibus, Titurio et Auruncleio legatis per insidias cæsis.

XXVI. Eodem temporis spatio matrem primo, deinde filiam [1], nec multo post nepotem amisit. Inter quæ consternata P. Clodii [2] cæde Republica, quum [3] Senatus unum Consulem, nominatimque Cn. Pompeium, fieri censuisset, egit cum Tribunis plebis, collegam se Pompeio destinantibus, id potius ad populum ferrent, ut absenti sibi, quandoque imperii tempus expleri cœpisset, petitio secundi consulatus daretur: ne ea causa maturius, et imperfecto adhuc bello, decederet. Quod ut adeptus est,

VII, 44 seq. atque ipse cap. 51: « Nostri, quum undique premerentur, XLVI centurionibus amissis, dejecti sunt loco; » postea: « eo die milites sunt paulo minus 700 desiderati. »

8. *In Germanorum finibus*; in Eburonibus, « quorum pars maxima est inter Mosam ac Rhenum, » Cæs. V, 24, qui totam cladem Titurianam narrat usque ad cap. 37. Hostibus Ambiorix præerat.

XXVI. 1. *Filiam*, Juliam, uxorem Pompeii, tenerrime dilectam marito. Antea abortum fecerat præ terrore, quum Pompeii sanguine pollutam vestem e turba forensi domum relatam vidisset; Plut. Pomp. 53; Val. Max. IV, 6, 4. — *Nepotem*; alii *neptem*, cui lectioni suffragantur Græci auctores. Sed Vell. II, 47: « septimo ferme anno Cæsar morabatur in Galliis, quum medium jam ex invidia potentiæ male cohærentis inter Cn. Pompeium et C. Cæsarem concordiæ pignus, Julia, uxor Magni, decessit: atque omnia inter destinatos tanto discrimini duces dirimente fortuna, *filius* quoque *parvus* Pompeii, Julia natus, intra breve spatium obiit. » Ita etiam Lucan. V, 474; « mortemque *nepotis*; » et IX, 1049; « nec nata jubet mœrere *nepos*que. » Parum autem refert, filiolusne fuerit, an filiola. Puto etiam Romæ illo ipso tempore, quo obierat, rem haud fuisse exploratam.

2. *P. Clodii*; scelestissimi hominis, qui omnia sua facinora Pompeii, Crassi Cæsarisque auctoritati tribuebat (Cicer. de Harusp. Resp. 22), interfecti a T. Annio Milone, quem Cicero timidior ob imminentem Pompeium male defendit. Vell. II, 47: « Quo tempore P. Clodius a Milone, candidato consulatus, exemplo inutili, facto salutari Reipublicæ, circa Bovillas, contracta ex occursu rixa, jugulatus est, etc. »

3. *Quum Senatus*, etc. Cf. Dio, XL, 50, 51; Plutarch. Cæs. 28, et Pompei. 54, 55, 56; Cat. min. 47, 48, (is enim maxime suaserat, ut consulatus soli Pompeio deferretur, e pluribus talis minimum eligens); Cæs. Bell. Civ. I, 9.

altiora jam meditans, et spei plenus, nullum largitionis aut officiorum in quemquam genus publice privatimque omisit. Forum de manubiis inchoavit; cujus area super sestertium millies[4] constitit. Munus[5] populo epulumque pronunciavit in filiæ memoriam, quod ante eum nemo. Quorum ut quam maxima exspectatio esset, ea, quæ ad epulum pertinerent, quamvis macellariis oblocata[6], etiam domesticatim apparabat. Gladiatores[7] notos, sicubi infestis spectatoribus dimicarent, vi rapiendos reservandosque mandabat. Tirones[8] neque in ludo, neque per lanistas, sed in domibus per Equites Romanos, atque etiam per Senatores armorum peritos erudiebat; precibus enitens, quod epistolis ejus ostenditur, ut disciplinam

4. *Millies*, scil. centena millia, ut semper in hac dicendi forma. Ac legendum esse *millies*, non *mille*, ut nonnulli putaverunt, qui illam pecuniæ summam exhorrescebant, docet Plinius, Hist. Nat. XXXVI, 15 : « Pyramides regum miramur opera, quum solum tantum foro exstruendo HS. millies Cæsar Dictator emerit. » Idem, P. Clodium, quem Milo occidit, HS. centies et quadragies octies domo emta habitasse, et Milonem HS. septingenties æris alieni debuisse, ut prodigia animi humani narrat. Absolvit hoc forum post bellum civile Cæsar, A. U. 708. Cf. Appian. Bell. Civ. II, 102, et Panciroll. in Descriptione urbis Romæ (Thes. Græv. tom. III, p. 352).

5. *Munus* gladiatorium. — *Quod ante eum nemo*, scil. fecit in filiæ honorem; post patris enim funus res solennis erat.

6. *Oblocata*, præparanda commissa. — *Macellariis*, qui *macellum*, i. e. fora, ubi res ad victum pertinentes vendebantur, juxta Tiberim contigua tenebant. Describit Terentius, quamquam in Græca fabula, Eunuch. II, 2, 25:

... interea loci ad *macellum* ubi advenimus;
Concurrunt læti mi obviam cupedinarii omnes,
Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores, aucupes;

ubi cf. Donat. — *Domesticatim apparabat*, per amicos, clientes, et libertinos suos, quo celerius res conficeretur.

7. *Gladiatores notos*, i. e. ob artis peritiam jam nobiles. *Infestis spectatoribus*, i. e. cum periculo, ne spectatores occidi eos juberent, id quod faciebant pollicem vertentes, i. e. tollentes; contra parci gladiatori, qui arma victus submittebat, jubebant presso pollice. Prius igitur, quam illi ferrum reciperent, Cæsar subtractos suo muneri servavit.

8. *Tirones*, gladiatores nempe. — *In ludo*, schola. — *Dictata*, artis præcepta. — *Exercentibus*; se exercentibus.

singulorum susciperent, ipsique dictata exercentibus darent. Legionibus stipendium[9] in perpetuum duplicavit. Frumentum[10], quoties copia esset, etiam sine modo mensuraque præbuit; ac singula interdum mancipia ex præda[11] viritim dedit.

XXVII. Ad retinendam autem Pompeii necessitudinem[1] ac voluntatem, Octaviam, sororis suæ neptem, quæ C. Marcello[2] nupta erat, conditionem ei detulit, sibique filiam ejus in matrimonium petiit, Fausto[3] Sullæ desti-

9. *Stipendium*, etc. Quum post Julii tempora stipendium militum *deni* in diem *asses* essent (Tac. Ann. I, 17, ubi cf. Gronov. et Lips. Excurs.), patet, antea *quinos* fuisse. Vide Polyb. VI, 39, ubi Schweigh. docet, duos obolos Romano ære proprie fuisse V asses cum triente, (quum denarius, qui æquivalet fere drachmæ, XVI asses valeret; Plin. XXXIII, 3, 13; duo autem oboli tertia pars essent drachmæ); Polybium vero numero rotundo duos obolos pro quinque assibus dixisse. Cf. Lips. Elect. I, 2; Gronov. de Pecun. Vet. III, 2.

10. *Frumentum*, etc. Conf. Polyb. l. c. — *Quoties copia esset;* i. e. abunde suppetente commeatu; neque legendum e Cod. Perizon. quod Burm. placuit, *quoties inopia esset.* Tum enim haud bene sine modo mensuraque dimensus esset militibus Cæsar.

11. *Mancipia ex præda.* Cæs. Bell. Gall. VII, 89: « ex reliquis captivis toto exercitu capita singula *prædæ nomine* distribuit; » quem locum Noster ante oculos habuit. Vulgo, *mancipia et prædia*, quod omnem fidem excedit. Alii, *et prandia.* Burm. conjicit *et pecora*, quod placuit Ernestio. Bremi: *et pretiosa.* Nostrum edidit jam Wolf. qui monet etiam cum Oudeod. hanc Cæsaris largitionem fuisse contra vetera instituta, quum mancipia proprie essent extra prædam, eorumque pretium a Quæstore ad ærarium referretur, qualem Spartanorum quoque morem notavimus ad Xenoph. Ages. I, 18.

XXVII. 1. *Necessitudinem;* conjunctionem, maxime per affinitatem. De ficta hujus vocis differentia ab altero *necessitas* (quam nunquam observat Sallustius, cui semper *necessitudo* i. q. alibi *necessitas*), vide Gell. XIII, 3.

2. *Quæ C. Marcello nupta erat;* Consuli A. U. 704. Hæc Octavia, soror Augusti, nupsit postea M. Antonio. Conf. Stemma Cæsarum, quod Tacito adjungitur, tom. V, pag. 153 nostræ Edition. — *Conditionem;* uxorem. Corn. Nep. Att. 12: « quum... nullius *conditionis* non haberet potestatem. » Unde etiam formula in dissolvendis sponsalibus: *Conditione tua non utor.* Alii hoc nostro loco *conditione.*

3. *Fausto Sullæ.* Denuo de hujus sponsa agebatur, quam prius Pompeius contra datam fidem Ser-

natam. Omnibus[4] vero circa eum, atque etiam parte magna Senatus, gratuito, aut levi fenore, obstrictis, ex reliquo quoque ordinum genere, vel invitatos, vel sponte ad se commeantes, uberrimo [5] congiario prosequebatur: libertos insuper servulosque cujusque, prout domino patronove gratus quis esset. Tum reorum, aut obæratorum, aut prodigæ juventutis, subsidium unicum ac promtissimum erat: nisi quos gravior criminum, vel inopiæ luxuriæve vis urgeret, quam ut subveniri posset a se: his plane palam, « bello civili opus esse, » dicebat.

XXVIII. Nec minore studio reges atque provincias per terrarum orbem alliciebat: aliis captivorum millia dono offerens; aliis citra Senatus populique auctoritatem, quo vellent, et quoties vellent, auxilia submittens: superque Italiæ, Galliarumque et Hispaniarum, Asiæ quoque et Græciæ potentissimas urbes præcipuis operibus exornans: donec, attonitis jam omnibus, et, quorsum illa tenderent, reputantibus, M. Claudius[1] Marcel-

vilio Cæpioni promiserat. Conf. ad c. 21. Tamen Faustus eam taudem accepit: vide c. 75, uot.

4. *Omnibus circa eum;* Græce dictum; omnibus, quorum familiaritate et amicitia Pompeius utebatur. Sic nos : *les alentours de quelqu'un*. Cf. Plutarch. Cæs. 20, et Pomp. 51, qui quidem utroque loco de priori, quam Suetonius, tempore loquitur, quod tamen nihil refert, quum Cæsar hunc agendi modum ab initio continuaverit. — *Gratuito.* Non substantive sumendum puto cum Burm. sed referendum ad *fenore*, cui inest *pecuniæ* notio, quam σύλληψιν h. l. statuit Ernest. *Pecunia* autem *gratuita* est *sine usuris alicui data*, ut Plin. Epist. III, 11 : « pecuniam etiam .... mutuatus ipse *gratuitam* dedi. » — *Obstrictis*, sibi devinctis.

5. *Congiario. Congiarium*, quum proprie donatio sit pecuniæ, olei, frumenti aliusve rei populo facta, postea de quovis dono dicitur, ut h. l. et Vespas. 18, maxime de iis, quæ Cæsares vel populo, vel privatis dare solebant. Vid. nost. Tac. t. IV, p. 260, de congiariis Romanis. Ed.

XXVIII. 1. *M. Claudius Marcellus;* cum Serv. Sulpic. Ruf. Consul A. U. 703.—*Retulit ad Senatum*. Cf. Dio, XL, 59; Cæs. Bell. Gall. VIII, 53. Florus, nimio brevitatis studio, plurium annorum acta confundit IV, 2, 15 : « Ergo Lentulo Marcelloque Coss. rupta prima conjurationis fide, de successione Cæsaris Senatus, id est, Pompeius,

lus Consul, edicto præfatus, de summa se Republica acturum, retulit ad Senatum, ut ei succederetur ante tempus; quoniam bello confecto pax esset, ac dimitti deberet victor exercitus: et ne [2] absentis ratio comitiis haberetur, quando et plebiscito Pompeius postea obrogasset. Acciderat [3] autem, ut is, legem de jure magistratuum ferens, eo capite, quo a petitione honorum absentes submovebat, ne Cæsarem quidem exciperet, per oblivionem; ac mox, lege jam in æs incisa, et in [4] ærarium condita, corrigeret errorem. Nec contentus Marcellus provincias Cæsari et privilegium [5] criperc, retulit

agitabat; nec ille abnuebat, si ratio sui proximis comitiis haberetur. Consulatus absenti, quem decem Tribuni, favente Pompeio, nuper decreverant, tum, dissimulante eodem, negabatur. Veniret et peteret majorum more. Ille contra flagitare decreta, ac, nisi in fide permanerent, non se remittere exercitum. Ergo ut in hostem decernitur. » — Ceterum, ut opinor, in seq. loco malim: *pax esse... deberet*, pro *esset*.

2. *Ne absentis ratio.... haberetur.* Vide cap. 18, ibique not. — *Quando et plebiscito Pompeius postea obrogasset.* Vulgo: *quando nec plebiscito Pompeius postea abrogasset*, quod vix idoneum sensum exhibet. Nostram lect. e Gronovii emendatione legentis et pro *nec*, et Brissonii auctoritate, nonnullos Codd. habere *obrogasset* affirmantis, quomodo edidit etiam Steph., recepit Wolfius. *Plebiscitum* intellige, de quo c. 26: « ut absenti sibi petitio secundi consulatus daretur. » Ei plebiscito obrogaverat Pompeius lege de comitiis, qua cavebatur, ne quis absens honorem peteret, excepto tamen Cæsare, quod ut illegitimum haud curabat Marcellus. Dio, XL, 51, et 56. Conf. ad cap. 28, ubi loca de privilegio Cæsari dato congessimus.

3. *Acciderat autem*, etc. Valde ob hanc inconstantiam reprehendit Pompeium Cic. ad Att. VIII, 3, ubi dicitur ideo: « ille absentis in omnibus adjutor, idem etiam tertio consulatu postquam esse defensor Reipublicæ cœpit, contendit, ut decem Tribuni plebis ferrent, ut absentis ratio haberetur, quod idem ipse sanxit lege quadam sua; Marcoque Marcello Consuli, finienti provincias Gallias Kal. Mart., restitit. » Conf. et Philipp. II, 10. Ceterum, M. Marcello Pompeium restitisse, auctor etiam est Dio, XL, 56, et 59.

4. *In ærarium*, ubi leges servabantur. Conf. Aug. 94.

5. *Privilegium* proprie lex est ad unius vel pœnam vel honorem pertinens, seu brevius *lex de* uno *homine lata* (vide Rosin. Ant. Rom. VIII, 6, pag. 567). Hic intelligitur petitio alterius consulatus, Cæsari absenti plebiscito concessa.

etiam, ut colonis, quos rogatione[6] Vatinia Novumcomum deduxisset, civitas adimeretur, quod per ambitionem et ultra præscriptum data esset.

XXIX. Commotus his Cæsar, ac judicans, quod sæpe ex eo auditum ferunt, difficilius se principem civitatis a primo ordine in secundum, quam ex secundo in novissimum detrudi, summa ope restitit, partim per intercessores Tribunos, partim per Servium[1] Sulpicium, alterum Consulem. Insequenti[2] quoque anno, C. Marcello, qui fratri patrueli suo Marco in consulatu successerat, eadem tentante, collegam éjus Æmilium[3] Paulum,

6. *Rogatione*. Vide cap. 5. — *Novumcomum;* antea *Comum :* Liv. XXXIII, 36, 37. Cf. Cellar. Geogr. Aut. II, 9, p. 680. Secundum Appian. 26, Novocomenses jus tantum Latii, non civitatem, acceperant. Conf. de hac re disputantem Sigon. de Aut. Jur. Ital. III, 2, p. 760 seq. Errat tamen Sigon. cum Appiano, quando jus Latii tantum Novocomensibus datum a Cæsare putat. Plut. Cæs. 29, discrte τὴν πολιτείαν dicit. Consentit Strabo, V, 1, 6. Recte igitur judicat Heineccius, in Append. Ant. Rom. I, 2, § 85, Latinitatem Novocomensibus negare non potuisse Marcellum, ut quam dudum aute Cæsarem a Pompeio Strabone essent consecuti, sed *civitatem*, quod comprobant etiam verba Nostri, « quod *per ambitionem*, » i. e. ut gratia illorum hominum valeret, « *et ultra præscriptum*, » i. e. majori jure, quam lex seu formula de colonia deducenda præscripsisset, « data esset. »

XXIX. 1. *Servium Sulpicium*. Cicer. ad Div. VIII, 10 : « nosti Marcellum, quam tardus et parum efficax sit; itemque Servium, quam cunctator. »

2. *Insequenti quoque anno;* A. U. 704. — De *Marcellis* cf. Manut. ad Cic. epist. ad Div. XV, 7.

3. *Æmilium Paulum*, etc. cui talenta mille et quingenta donavit, seu, ut volunt alii, HS. trecenties sexagies. — *Curionem ;* filium ejus, cujus orationes commemorantur c. 9. Ad eum epistolæ sunt Ciceronis, quæ lib. II ad Div. continentur. Mores ejus describit Vell. II, 48 : « Bello autem civili, et tot, quæ deinde per continuos XX annos consecuta sunt, malis, non alius majorem flagrantioremque, quam C. Curio Trib. pleb., subjecit facem; vir nobilis, eloquens, audax, suæ alienæque et fortunæ et pudicitiæ prodigus, homo ingeniosissime nequam, et facundus malo publico; cujus animo, voluptatibus vel libidinibus neque opes ullæ neque cupiditates sufficere possent. » Cf. et Dio, XL, 60. Liberaverat eum Cæsar ære alieno, quo ingente premebatur (Dio, l. e.). Valer. Max. IX, 1, 6, ei *sexcenties HS. æris alieni* fuisse dicit. Cf. et

Caiumque Curionem, violentissimum Tribunorum, ingenti mercede defensores paravit. Sed quum obstinatius omnia agi videret, et designatos[4] etiam Consules e parte diversa, Senatum literis[5] deprecatus est, ne sibi beneficium populi adimeretur; aut ut ceteri quoque imperatores ab exercitibus discederent: confisus, ut putant, facilius se, simul atque libuisset, veteranos convocaturum, quam Pompeium novos milites. Cum adversariis autem pepigit[6], ut, dimissis octo legionibus, Transalpinaque Gallia, duæ sibi legiones, et Cisalpina provincia, vel etiam una legio cum Illyrico concederetur, quoad Consul fieret.

XXX. Verum neque Senatu interveniente[1], et adversariis negantibus, ullam se de Republica facturos pactio-

Appian. cap. 26. Plura de isto homine vide in Clav. Cicer. et apud interpr. ad Cœl. epist. ad Cic. (ad Div. VIII, 6).

4. *Designatos etiam Consules*, in annum U. 705; L. Cornelium Lentulum, et C. Claudium Marcellum.

5. *Literis.* Duplices Cæsaris literas commemorat Plut. (Cæs. 30, 31). Quarum tamen alteræ ad pactionem cum adversariis pertinent, de qua Sueton. postea. Ceterum Dio, XLI, 1, multo accuratius narrat, Curionem has literas a Cæsare acceptas Kalend. Jan. 705, novis Consulibus Cornelio Lentulo et C. Claud. Marcello tradidisse, eosque, quum prius recitare eas noluissent, tandem a Q. Cassio Longino et M. Antonio Tribunis pl. fuisse coactos. Cf. initium Cæs. Bell. Civ. ubi vitiose olim legebatur: « literis *a Fabio* Consulibus redditis, » quod mendum recentiores edd. expunxerunt; Plut. Pomp. 59; Anton. 5; Appian. 32, qui id etiam narrat, Curionem tribus diebus mille stadia cum trecentis ad afferendas has literas a Cæsare fuisse emensum.

6. *Pepigit;* i. e. pactionem obtulit, pacisci voluit, sed non impetravit, ut infra Vitell. 15. — Hæ sunt literæ illæ Cæsaris *μετριάζειν δοκοῦντες* apud Plut. Cæs. 31, de quibus modo dictum. Appian. 32, auctor est, Ravennæ quum substitisset, hæc Cæsarem de pace experiri, quam ex Curionis sententia protinus ad urbem pergere, maluisse. Ceterum Appianus has literas illis priores facit, qui omnino æque ac Plutarchus, quem sequitur, in temporibus multa miscet. — *Transalpinaque Gallia;* supple *missa* ex præcedente *dimissis*.

XXX. 1. *Interveniente;* auctoritate sua contentiones adversariorum cum Cæsare dirimente, auctoritatem interponente. — *Adversariis;* Consulibus maxime, Lentulo et Marcello.

nem, transiit in citeriorem Galliam; conventibusque[2] peractis, Ravennæ substitit, bello vindicaturus, si quid de Tribunis plebis, intercedentibus[3] pro se, gravius a Senatu constitutum esset. Et prætextum[4] quidem illi civilium armorum hoc fuit: causas autem alias fuisse, opinantur. Cn. Pompeius ita dictitabat, quod neque opera[5] consummare, quæ instituerat, neque populi exspectationem, quam de adventu suo fecerat, privatis opibus explere posset, turbare omnia ac permiscere voluisse. Alii timuisse dicunt, ne eorum, quæ primo consulatu adversus auspicia legesque et intercessiones gessisset, rationem reddere cogeretur: quum M. Cato identidem, nec sine jurejurando, [6]denunciaret, delaturum se nomen ejus, simul ac primum exercitum dimisisset; quumque vulgo fore prædicarent, ut, si privatus redisset, Milonis[7] exemplo circumpositis armatis causam apud judices diceret: quod probabilius facit Asinius[8] Pollio, Pharsalica acie

2. *Conventibus.* Vide c. 7. — *Ravennæ.* Cæs. Bell. Civ. I, 5: « Cæsar eo tempore erat Ravennæ, exspectabatque suis lenissimis postulatis responsa, si qua hominum æquitate res ad otium deduci posset. »

3. *Intercedentibus;* sc. Senatusconsulto de se facto. Cf. ad c. 31.

4. *Prætextum.* Sic Tacit. Histor. II, 100: « *prætexto* classem alloquendi; » III, 80: « *prætexto* Reipublicæ. » Quod postea Burmann. ante *alias* insertum vellet *alii*, id excidere quidem potuit, sed non necessarium puto cum Ernest. et Wolf. Sensus est: Hoc illius fuit *prætextum;* hæ tamen sunt veræ *causæ*, quas quidem opinantur: Pompeius reputabat, etc.

5. *Opera;* ædificia, de quorum splendidis initiis Noster, cap. 26; unde etiam *populi exspectatio*, maxime ob ludos et alia munera post reditum exhibenda. Consummavit illa, hæc exhibuit post bellum civile. Vide c. 38 seq.

6. *Denunciaret*, minaretur.

7. *Milonis exemplo:* conf. Cic. pro Milone, init. Lucan. I, 320.

8. *Asinius Pollio.* Dicitur is a Vell. II, 63, « firmus proposito et Julianis partibus fidus, Pompeianis adversus. » Eumdem vide, c. 76 et 86, unde sæpe commemoratur a scriptoribus, qui de bello civili exposuerunt. Appian. Bell. Civ. II, 40, missum eum a Cæsare in Siciliam Catonem dicit insula expulisse (conf. Morus ad Cæs. Bell. Civ. I, 30); idem, c. 46, reliquias post Curionis cladem in Africa servasse: Plut. Cæs. 52, in bello Africano si-

cæsos profligatosque adversarios prospicientem hæc eum ad verbum dixisse referens: « Hoc[9] voluerunt: tantis rebus gestis C. Cæsar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petissem. » Quidam putant, captum imperii consuetudine, pensitatisque suis et inimicorum viribus, usum occasione rapiendæ dominationis, quam ætate prima concupisset. Quod existimasse videbatur et Cicero, scribens de Officiis tertio libro, semper Cæsarem in ore habuisse Euripidis[10] versus, quos sic ipse convertit:

Nam si violandum est jus, regnandi gratia
Violandum est: aliis rebus pietatem colas.

XXXI. Quum ergo, sublatam Tribunorum[1] interces-

mul cum Cæsare prælium sinistrum restituisse. Postea Cæsaris in Hispania fuit legatus (Dio, XLV, 10); neque exiguæ ejus partes fuere in bellis civilibus post Cæsaris mortem (Appian. Bell. Civ. III, passim); maxime in Perusino (idem, V) Cf. de reliquis ejus rebus et honoribus Fabr. ad Dion. XLVIII, 41, et quos ille laudat. Mentio ejusdem apud Plut. Cæs. 32 et 46; Pomp. 72. Epistolæ ejus ad Ciceronem exstant, ad Div. X, 31, 32, 33. Scripsit, præter alia, historiam bellorum civilium, quam celebrat Horat. Carm. II, 1, ubi cf. interpr. Vide Voss. de Hist. Latin. I, 17, pag. 80 seq.; Ernest. Clav. Cicer.

9. *Hoc voluerunt*, etc. Cf. Plut. Cæs. 46.

10. *Euripidis versus*. Cic. de Offic. III, 21: « Ipse enim socer (Pompeii, quem ob hanc necessitudinem cum Cæsare potentiæ causa contractam vituperat) in ore semper Græcos versus de Phœnissis habebat, quos dicam ut potero, incondite fortasse, sed tamen, ut res possit intelligi: *Nam si violandum est jus*, etc. » Patet inde, « quos sic *ipse* convertit » pertinere ad Ciceronem. Sunt autem Eteoclis verba apud Eurip. Phœn. 573 seq. Eadem citat Plut. Compar. Nic. cum Crass. 4. Nostro loco multi Græca addunt, quæ mihi etiam e margine in textum venisse videntur, æque ac verba, *tertio libro*, quæ eadem fuit sententia Wolfii, quamquam in talibus, quid a scriptore sit profectum, quid additum, nunquam certa disputatione efficietur. Ceterum, Euripidis sententiam Latine a Cicerone redditam Gallicis versibus sic expressit tragicus Crébillon, *Xerxès*, act. IV, sc. 2:

. . . .
Tout va trembler, frémir; et moi je vais régner.
Vertu, c'est à ce prix qu'on peut te dédaigner!

XXXI. 1. *Tribunorum intercessionem*. Cæs. B. C. I, 2: « Sic vocibus Consulis, terrore præsentis exercitus, minis amicorum Pompeii, plerique compulsi, inviti et coacti Scipionis sententiam sequuntur: uti ante certam diem Cæsar exercitum

sionem, ipsosque Urbe cessisse, nunciatum est, præmissis[2] confestim clam cohortibus, ne qua suspicio moveretur, et spectaculo publico per dissimulationem interfuit, et formam, qua ludum gladiatorium erat[3] ædificaturus, consideravit, et ex consuetudine convivio se frequenti dedit. Dein[4] post solis occasum, mulis e proximo pistrino ad vehiculum junctis, occultissimum iter modico comitatu ingressus est: et quum luminibus[5] exstinctis decessisset via, diu errabundus, tandem ad[6] lucem, duce reperto., per angustissimos tramites pedibus evasit; conse-

dimittat: si non faciat, eum adversus Rempubl. facturum videri. Intercedit M. Antonius, Q. Cassius, Tribuni pleb. Refertur confestim de intercessione Tribunorum; dicuntur sententiæ graves, etc.» et cap. 5: «aguntur omnia raptim atque turbate.... nec Tribunis pl. sui periculi deprecandi, neque etiam extremi juris intercessione retinendi, quod L. Sulla reliquerat, facultas tribuitur; sed de sua salute septimo die cogitare coguntur.» — *Ipsosque Urbe cessisse.* Cæs. ibid.: «Hæc Senatusconsulta (dent operam Coss., Prætores, Tribuni pl., etc. ne quid Respublica detrimenti capiat) prescribuntur a. d. VIII (nos in hac Editiona nostra, *a. d. VII*) Id. Januarias.... Profugiunt statim ex Urbe Tribuni plebis, seseque ad Cæsarem conferunt.» Cf. Plutarch. Cæs. 31; Dio, XLI, 3; Cic. Phil. II, 21 seq.

2. *Præmissis.... cohortibus.* Habebat Cæsar secum nonnisi CCC equites cum MMMMM graviter armatorum, relictis reliquis copiis in Gallia Transalpina; Plut. Cæs. 32; Pomp. 60: nempe aderat legio XIII. Cæs. Bell. Civ. I, 7: «hanc enim initio tumultus evocaverat; reliquæ nondum convenerant.» Oros. VI, 15, Livium secutus, *quinque cohortes* memorat. Præfecit iis, auctore Plutarcho, Hortensium.

3. *Ædificaturus;* Ravennæ, ubi adhuc subsistebat. — *Convivio se frequenti dedit.* Cf. Plut. Cæs. l. c.

4. *Dein post solis occasum*, etc. Quum ante horam consuetam accubuisset Cæsar, hoc est, ante solis occasum; ubi jam nox erat, e convivio tempestivo surrexit, petita venia a suis convivis, quos se absente convivium hilariter peragere jussit.

5. *Luminibus exstinctis.* Multa ad h. l. Casaubonus, de itineribus veterum nocturnis, et de *laternarum* (λαμπτήρων, φανῶν), quibus uti ibi solebant, ratione.

6. *Ad lucem;* sub diei ortum. Ea ipsa enim nocte trajecto Rubicone Ariminum cepit, auctore Plutarch. et Appian. Adde Lucan. I, 228, et seqq.

Sic fatus, noctis tenebris rapit agmina ductor
Impiger: it torto Balearis verbere fundæ
Ocior, et missa Parthi post terga sagitta,
Vicinumque minax invadit Ariminum, ut ignes
Solis Lucifero fugiebant astra relicto.

cutusque cohortes ad [7] Rubiconem flumen, qui provinciæ ejus finis erat, paulum constitit, ac reputans, quantum moliretur, conversus [8] ad proximos, « Etiam nunc, inquit, regredi possumus : quod si ponticulum transierimus, omnia armis agenda erunt. »

XXXII. Cunctanti ostentum tale factum est. Quidam eximia magnitudine et forma in proximo sedens, repente apparuit, arundine canens : ad quem audiendum quum præter pastores plurimi etiam ex stationibus milites concurrissent, interque eos et æneatores, rapta ab uno tuba prosiluit ad flumen, et ingenti spiritu classicum exorsus pertendit ad alteram ripam. Tunc Cæsar, « Eatur, inquit, quo Deorum ostenta et inimicorum iniquitas vocat. Jacta [1] alea esto, » (inquit.)

XXXIII. Atque ita trajecto exercitu, adhibitis [1] Tri-

7. *Ad Rubiconem flumen*. Conf. Plutarch. Cæs. 20.

8. *Conversus ad proximos*. Fuit, teste Plutarcho, inter amicos illos Asinius Pollio, cujus historiæ procul dubio hæc omnia servata nobis debemus. Cæsar enim brevissime Bell. Civ. I, 8 : « cognita militum voluntate, Ariminum cum ea legione proficiscitur, ibique Tribunos plebis, qui ad eum confugerant, convenit ; reliquas legiones ex hibernis evocat et subsequi jubet. » Florus, IV, 2, 19 : « Prima Arimino signa cecinerunt. Tum pulsus Etruria Libo, Umbria Thermus, Domitius Corfinio. »

XXXII. 1. *Jacta alea esto*. Codices, *est*. Imperativus, qui venit ex emendatione Erasmi, omne fere punctum tulit. Adoptavi eum et propter locum verbi (alias enim scripsisse puto auctorem, *jacta est alea*, quamquam hunc meum sensum nemini obtrudo), et propter locos parallelos, qui in eo consentiunt. Cf. quæ Græca laudat Baumgart. Ita etiam Petron. de Bell. Civ. 174 : « Judice Fortuna *cadat* alea. » — *Inquit*. Frequens quidem est repetitio verbi ἔφη apud Græcos ; sed h. l. adeo friget repetitum istud *inquit*, ut omittere quidem cum aliis ausus non fuerim, uncis tamen incluserim. Muller. in Observ. suis, verba, « *Eatur*... *vocat*, » et, « *Jacta alea esto*, » non uno eodemque, sed diverso tempore a Cæsare prolata, eaque de causa alterum *inquit* a Suetonio additum judicat. Sed diversas sententias auctorem more suo accuratius distincturum fuisse credo, præmissis vocibus, *Et*, *Et rursus*, *Et iterum*, etc. ut Aug. 71 et 76 ; Calig. 29, 30, etc.

XXXIII. 1. *Adhibitis Tribunis plebis* ; h. e. in tribunal, unde concionabatur, productis, quorum injuria

bunis plebis, qui pulsi supervenerant, pro concione fidem militum, flens, ac[2] veste a pectore discissa, invocavit. Existimatur etiam equestres[3] census pollicitus singulis : quod accidit opinione falsa. Nam, quum in alloquendo exhortandoque sæpius digitum lævæ manus ostentans affirmaret, se ad satisfaciendum omnibus, per quos dignitatem suam defensurus esset, annulum[4] quoque æquo animo detracturum sibi; extrema concio, cui facilius erat videre concionantem, quam audire, pro dicto accepit, quod visu suspicabatur : promissumque jus annulorum cum millibus quadringenis, fama[5] distulit.

commemoranda irritare milites volebat. — *Qui pulsi supervenerant*; de quibus cap. 31. — Orationem lege apud Cæs. Bell. Civ. I, 7.

2. *Ac veste.... discissa.* Morem veterum, dolorem scissis vestibus testandi, exemplis illustravit Fabric. ad Dion. XL, 46. Notum Phrynes artificium, quam « non Hyperidis actione, quamquam admirabili, sed conspectu corporis, quod illa, speciosissimum alioqui, diducta nudaverat tunica, putant periculo liberatam; » Quintil. Instit. II, 15, 9.

3. *Equestres census*, qui erant quadringentorum millium HS, ut patet e sequentibus (ubi al. vitiose *quadragenis*), et Plin. Epist. I, 19, ubi Romano Firmo, cui centum millium census erat, ipse Plinius offert ad implendas equestres facultates trecenta millia nummum. Insignia Equitum Roman. fuisse annulum aureum, et tunicam angusticlaviam, equum publicum, sedemque in theatro in quatuordecim ordinibus, nota res est : vide c. 39. Ceterum, Muller. in Observ. pag. 5, et Baumgart. ad h. l. nescio an recte, legendum censent *Existimabatur*, non *Existimatur*, id propter, quod Suetonii ætate nulli rumoris hujus jam superfuerint auctores. Sed aliud prorsus locus innuit; rem nempe, qualem illam prius Cæsaris milites falso acceperant; ipso Suetonii tempore rursus a plerisque falso narratam.

4. *Annulum quoque... detracturum sibi.* Quanta olim fuerit annuli dignitas atque existimatio, videre est apud Plin. Hist. Nat. XXXIII, 2. Quidvis igitur facturum se Cæsar pro milite spopondit, quum detrahi sibi annulum se malle dixit, quam bene de se merentibus non satisfacere.

5. *Fama distulit.* Casaub. sexto casu dictum putat *fama*, ut exercitus rem fama distulerit. Oudend. cum Burm. melius primum casum intelligit, laudans Ovid. Her. XXI, 51,

Neve nihil credas in te quoque *dicere famam*;

Senec. Hippol. 759,

Omnes per populos *fabula distulit*;

Plin. Hist. Nat. VIII, 11, « *nunciavit* hoc *fama* regi. »

XXXIV. Ordo[1] et summa rerum, quas deinceps gessit, sic se habent. Picenum, Umbriam, Etruriam occupavit: et L. [2]Domitio, qui, per tumultum successor ei nominatus, Corfinium præsidio tenebat, in deditionem

XXXIV. 1. *Ordo et summa rerum*, etc. Occupavit deinceps Ariminum, quo L. Cæsar et Prætor Roscius missi a Pompeio ad Cæsarem de pactione venerunt (Bell. Civ. I, 8; Dio, XLI, 5); Arretium per M. Antonium, ipse Pisaurum, Fanum, Anconam, Iguvium per M. Curionem, Auximum, deinde agrum Picenum; urbes Cingulum, Asculum, Sulmonem, Corfinium, unde Brundisium profectus per fines Marrucinorum, Frentanorum, Larinatium, in Apuliam pervenit (Bell. Civ. I, 8—25). Cic. ad Div. XVI, 12: « itaque quum Cæsar amentia quadam raperetur, et oblitus nominis atque honorum suorum Ariminum, Pisaurum, Anconam, Arretium occupavisset, Urbem reliquimus. »

2. *L. Domitio*. Cf. ad c. 23. Ei Gallia ulterior privato præter ordinem et legem (id enim est *per tumultum*, quum lege Sempronia C. Gracchi de provinciis esset cautum, ut provinciæ magistratibus nondum creatis a Senatu decernerentur; vide Clav. Cicer.; Sigon. de Ant. Jur. Provinc. II, 1, p. 130 seq.) decreta fuerat ab iis, qui in Senatu Cæsari adversabantur. Cæs. Bell. Civ. I, 6: « De reliquis rebus SC. perscribuntur, provinciæ privatis decernuntur, duæ Consulares, reliquæ Prætoriæ. Scipioni obvenit Syria, L. Domitio Gallia, etc. » Cf. Cic. ad Div. XVI, 12. — De *deditione* Domitii cf. Cic. ad Attic. VIII, 1 et 8; Cæs. l. c. 16—23; Plutarch. Cæs. 34. Habebat secum Domitius cohortes amplius xxx; Plutarch. l. Cæsar. cap. 17. — *In deditionem redacto*. Ernest. commendat alteram lectionem, *in ditionem*, negans dici posse « in deditionem redigere, » sed dicendum *ad*. Eadem fere sententia est Schelleri, in Lex. sub *deditio*. Vulgatam defendit Oudendorp. Eadem varietas est infra cap. 74, ac in omnibus fere locis, ubi hæc phrasis occurrit. Sed confirmari videtur *in deditionem venire* et *in deditionem accipere* locis Cæsar. Bell. Gall. I, 28; VI, 3 et 9; VIII, 31; Liv. XXVI, 21; XXXIII, 20; Flor. III, 10; Frontin. III, 5, 1; quos temerarium foret „ sine Codd. ex præjudicata opinione mutare. Præterea vera est differentia inter utrumque dicendi modum: « *ad* deditionem redigere » notat actionem cogentis; « *in* deditionem » conditionem coacti s. dediticii. Vereor etiam, ut « *in ditionem* redigere, » quod de locis populisque valet, ac plerumque, ut Wolf. monuit, sine ulla prægressa deditione, æque dici queat de singulis hominibus. — *Atque dimisso*. Cæsar. Bell. Civ. I, 23: « Erant Senatorii ordinis L. Domitius, P. Lentulus Spinther, L. Vibullius Rufus, Sext. Quintilius Varus, Quæstor, L. Rubrius præterea, filius Domitii aliique complures adolescentes et magnus numerus Equitum Romanorum et Decurio-

redacto, atque dimisso, secundum superum[3] mare Brundisium tetendit, quo[4] Consules Pompeiusque confugerant, quamprimum transfretaturi. Hos frustra per omnes moras exitu prohibere conatus, Romam[5] iter convertit: appellatisque[6] de Republica Patribus, validissimas Pompeii copias, quæ sub tribus legatis, M.[7] Petreio, et

num, quos ex municipiis Domitius evocaverat. Hos omnes productos a coutumeliis militum couviciisque prohibet; pauca apud eos loquitur, quod sibi a parte eorum gratia relata uon sit pro suis iu eos maximis beueficiis. *Dimittit* omnes incolumes, etc.» Vide Cæsaris epist. ad Oppium et Balbum (ad Attic. IX, 8).

3. *Superum mare*, Adriaticum; oppositum *infero* seu *Etrusco*, *Tyrrheno*. — *Brundisium*; quo veuit a. d. VII Id. Mart. (A. U. 705), ut ipse scribit ad Oppium (ad Att. IX, 13). Bell. Civ. I, 25: «Brundisium cum legionibus sex perveuit, veteranis tribus, reliquis, quas ex novo dilectu confecerat atque iu itiuere compleverat; Domitianas euim cohortes protiuus a Corfinio iu Siciliam miserat.» Deuuo ibi de pace cum Pompeio egit; c. 26. Cf. ep. cit.

4. *Quo Consules Pompeiusque*, etc. Cæs. c. 25: «Reperit, Cousules Dyrrhachium profectos cum magna parte exercitus, Pompeium remanere Brundisii cum cohortibus vigiuti.» Arte ibi certavere Pompeius et Cæsar, ille, ut tutus a Cæsare e portu solveret, obstructis, quæ eo ducebant, viis, hic, ut profecturum impediret. Cæs. usque ad c. 29; Plut. Pomp. 62; Dio, XLI, 12; Frontin. I, 5, 5, qui inter stratagemata refert hunc Pompeii discessum. Aliter sentit Plut. l. c.

5. *Romam iter convertit*. Conf. Cæs. cap. 32; Plutarch. Cæs. 35.

6. *Appellatisque de Republ. Patribus*. Vide Cæs. l. c. Vellei. II, 50: «quum trausgressos reperisset Consules, iu Urbem revertit; redditaque ratioue consiliorum suorum iu Senatu et iu concione, ac miserrimæ uecessitudiuis, quum alicuis armis ad arma compulsus esset, Hispanias petere decrevit.» Cf. et Dio, XLI, 15. Is etiam, cap. 17, cum Plut. Cæs. 35, Metelli, Tribuni plebis, audaciam narrat, qui Cæsari relictam in ærario pecuniam expilauti maxima pertinacia restitit.

7. *M. Petreio, et L. Afranio*. Cæs. Bell. Civ. I, 37, usque ad fin. libri, Dio, XLI, 20—24, Plutarch. Cæs. 36, Appian. c. 42 et 43, bellum hoc prius Hispauicum describuut. — Cæs. c. 39: «Eraut.... legioues Afranii tres, Petreii duæ, præterea scutatæ citerioris provinciæ et cetratæ ulterioris Hispaniæ cohortes circiter octoginta, equitum utriusque provinciæ circiter quinque millia, etc.» Petreius et Afranius uterque iu deditiouem cum suis venere. Vellei. II, 50: «Uterque legatorum, et quisquis cujusque ordinis sequi eos voluerat, remissi ad Pompeium.» De eorum morte serius iusecuta vide ad c. 75. — *Et M. Varrone*; qui ulteriori Hispaniæ præerat. De eo vide Cæs. Bell. Civ. I, 38, et II, 17 seq. Et ipse

L. Afranio, et M. Varrone in Hispania erant, invasit; professus ante inter suos, « ire se ad exercitum sine duce, et inde reversurum ad ducem sine exercitu. » Et quamquam obsidione [8]Massiliæ, quæ sibi in itinere portas clauserat, summaque frumentariæ rei penuria retardante, brevi tamen omnia subegit.

XXXV. Hinc Urbe[1] repetita, in [2]Macedoniam transgressus, Pompeium, per quatuor pæne menses maximis[3]

legionem Cæsari transdidit, c. 20: « Transdita legione, Varro Cordubam ad Cæsarem venit; relatis ad eum publicis cum fide rationibus, quod penes eum est pecuniæ, transdit, et, quod ubique habeat frumenti ac navium, ostendit. » Hispaniæ Cæsar Q. Cassium præfecit: Bell. Civ. II, 21.

8. *Obsidione Massiliæ*, etc. Massilienses Domitii Corfinio dimissi suasu id fecerant. Vide infra, Ner. 2; Cæs. Bell. Civ. I, 34; Vell. II, 50; Flor. IV, 2, 23. Obsidionem Massiliæ narrat Cæsar, ibid. II, 1—16; deditionem, c. 22. — *Summaque frumentariæ rei penuria*, etc. In Hispania nempe. Conf. Cæs. I, 48 seq.

XXXV. 1. *Urbe repetita*. Quæ ibi fecit, lege apud Plut. Cæs. 37; Appian. 48; Dion. XLI, 36. Dictaturam secundum Plut. a Senatu, secundum Appian. et Dion. a populo, et autore quidem M. Æmilio Lepido, qui Triumvir postea fuit, in se collatam, post undecim dies deposuit, et Consulem se fecit cum P. Servilio Isaurico. Cæs. II, 21: « ibi (Massiliæ), legem de Dictatore latam seseque Dictatorem dictum a M. Lepido Prætore, cognoscit. » Et III, 1: « Dictatore habente comitia Cæsare, Consules creantur Julius Cæsar et P. Servilius; is enim erat annus, quo per leges ei Consulem fieri liceret. » Et cap. 2: « his rebus..... undecim dies tribuit, Dictaturaque se abdicat, et ab Urbe proficiscitur, Brundisiumque pervenit. » Flor. IV, 2, 21, neglecto rerum ordine, quum primum Urbem occupavisset, potitus post Pompeii fugam Italia, pæne vacuam metu Cæsarem ingressum Consulem se ipsum fecisse narrat. Graviori errore Eutropius, futilis scriptor, VI, 16: « Consules cum Pompeio, Senatusque omnis, atque universa nobilitas ex Urbe fugit, et in Græciam transivit..... Cæsar vacuam Urbem ingressus, Dictatorem se fecit. » Notavit Flori errorem etiam Freinshem. ad l. c.

2. *In Macedoniam*. Sumi h. l. Macedoniam sensu Romano, et complecti, quicquid sub imperio Proconsulis Macedonici erat, adeoque etiam Epirum, ubi Dyrrhachium, notat Ernest. Cæsar (Bell. Civ. III, 6) ut ex Urbe Brundisium venit, « pridie Nonas Januarias naves solvit, impositis..... legionibus septem; postridie terram attigit. » Conf. ad h. l. quæ loca Græca dat Baumgart.

3. *Maximis obsessum operibus*. Vide Cæsar. III, 41 seq. maxime

obsessum operibus, ad extremum Pharsalico[4] prælio fudit: et fugientem Alexandriam persecutus, ut[5] occisum deprehendit, cum[6] Ptolemæo rege, a quo sibi quoque insidias tendi videbat, bellum sane difficillimum gessit,

c. 47. Flor. IV, 2, 39: « Cæsar pro natura ferox et conficiendæ rei cupidus, ostentare aciem, provocare, lacessere; nunc obsidione castrorum, quæ sedecim millium vallo obduxerat (sed quid his obesset obsidio, qui patente mari omnibus copiis abundarent?); nunc expugnatione Dyrrhachii irrita (quippe quam vel situs inexpugnabilem faceret), ad hoc assiduis in eruptionem hostium præliis. » Vell. II, 51: « proximo anno, quum Dyrrhachium ac vicina ei urbi regio castris Pompeii teneretur..... sua et celeritate et fortuna C. Cæsar usus, nihil in mora habuit, quo minus et, quum vellet, ipse exercitusque classibus perveniret, et primo pæne castris Pompeii sua jungeret, mox etiam obsidione munimentisque eum complecteretur. Sed inopia obsidentibus, quam obsessis erat gravior. » Conf. Dio, XLI, 50, 51; Plut. Cæs. 39; Pomp. 65; Appian. 61. Cæsaris opera describit Lucan. VI, 29 et seqq.

Hinc avidam belli rapuit spes improba mentem
Cæsaris, ut vastis diffusum collibus hostem
Cingeret ignarum, ducto procul aggere valli.
Metitur terras oculis; nec cespite tantum
Contentus fragili subitos attollere muros,
Ingentes cautes, avulsaque saxa metallis,
Graiorumque domos, direptaque mœnia transfert.
Exstruitur, quod non aries impellere sævus,
Quod non ulla queat violenti machina belli.
Franguntur montes, planumque per ardua Cæsar
Ducit opus; pandit fossas, turritaque summis
Disponit castella jugis, magnoque recessu
Amplexus fines, saltus, nemorosaque tesqua,
Et silvas vastaque feras indagine claudit.
Non desunt campi, non desunt pabula Magno,
Castraque Cæsareo circumdatus aggere mutat.

4. *Pharsalico prælio fudit;* victus ipse antea ad Dyrrhachium: cf. cap. 36. Descriptionem prælii Pharsalici exhibent Cæs. III, 89—100; Flor. IV, 2, 43 seq.; Vell. II, 52; Plut. Cæsar. 42 seq.; Pomp. 68 seq.; Appian. 66 seq.; Dio, XLI, 55, usque ad finem libri. — *Pharsalus,* Thessaliæ urbs, Palæpharsalus dicitur ab Hirt. Bell. Alex. 48, ubi vide Cellar. et Mor. Ita etiam Eutrop. VI, 16; Frontin. II, 3, 22, ubi conf. Oudend.; Oros. VI, 15.

5. *Ut occisum deprehendit;* suadente maxime rhetore Theodoto Chio (ut narrat Plut. Pomp. 77), quem in consilium adhibuerant Achillas et eunuchus Pothinus. Cf. Appian. 84, qui Samium Theodotum dicit; Dion. XLII, 3, 4; Corneille, *Mort de Pompée.* Interfecit Pompeium ad litus ascendentem Septimius, qui stipendia sub eo fecerat, a Gabinio postea in Ægypto relictus. Comperit Cæsar Pompeii mortem Alexandriæ. Bell. Civ. III, 106; Dio, XLII, 8.

6. *Cum Ptolemæo rege.* Erat is Ptolemæus XII Dionysius, qui patri Ptolemæo Auletæ cum sorore Cleopatra successerat. — De bello a Cæsare in Ægypto gesto vide ipsum, B. C. III, 107, usque ad fin. libri; Hirt. de Bello Alexandr. et quos laudat ad nostrum hunc locum Baumgart.

neque loco, neque tempore æquo, sed hieme[7] anni, et intra mœnia copiosissimi ac sollertissimi hostis, inops ipse rerum omnium, atque imparatus. Regnum Ægypti victor Cleopatræ[8] fratrique ejus minori permisit, veritus provinciam[9] facere, ne quandoque violentiorem præsidem nacta, novarum rerum materia esset. Ab Alexandria in Syriam, et inde Pontum transiit, urgentibus[10] de Pharnace nunciis: quem, Mithridatis Magni filium, ac tunc occasione temporum bellantem, jamque multiplici suc-

7. *Hieme anni.* Hanc lectionem recte Casaub. defendit locis Gell. II, 21, *anni æstas;* XVII, 10, *æstu anni;* XIX, 5, *æstate anni flagrantissima.* Conf. Oudend. ad h. l. Ad exempla ab iis citata accedit, quod librarius omisisset facilius *anni* ut supervacuum, quam ex suo ingenio addidisset. — *Intra mœnia copiosissimi ac sollertissimi hostis.* Hirtius, aut quisquis libelli auctor est, Bell. Alexandr. cap. 3, de Alexandria et Alexandrinis: « Urbs fertilissima et *copiosissima* omnium rerum apparatus suggerebat. Ipsi homines, ingeniosissimi atque acutissimi, quæ a nobis fieri viderant, ea *sollertia* efficiebant, ut nostri illorum opera imitari viderentur. »

8. *Cleopatræ fratrique ejus minori.* Ptolemæus rex perierat in fuga, submerso navigio. Hirt. Bell. Alex. 31. Ibid. cap. 33: « Cæsar, Ægypto atque Alexandria potitus, reges constituit, quos Ptolemæus testamento scripserat, atque obtestatus erat populum Rom. ne mutarentur. Nam, majore ex duobus pueris rege amisso, minori transdidit regnum, majorique ex duabus filiis, Cleopatræ, quæ manserat in fide præsidiisque ejus; minorem Arsinoen, cujus nomine diu regnasse impotenter Ganymeden docuimus, deducere ex regno statuit, ne qua rursus nova dissensio, priusquam diuturnitate confirmarentur regum imperia, per homines seditiosos nasceretur. » Conf. Dio, XLII, 44.

9. *Veritus provinciam facere.* Idem Augusti fuit consilium. Tac. Annal. II, 59: « Augustus inter alia dominationis arcana, vetitis, nisi permissu, ingredi Senatoribus, aut Equitibus Rom. illustribus, seposuit Ægyptum; ne fame urgeret Italiam, quisquis eam provinciam claustraque terræ ac maris, quamvis levi præsidio adversum ingentes exercitus, insedisset. » Vide infra, Aug. 18, et Lips. ad Tacit. Hist. I, 11.

10. *Urgentibus de Pharnace nunciis.* Conf. Bell. Alex. 69, usque ad fin.; Plut. Cæs. 50; Dio, XLII, 45. — *Multiplici successu præferocem.* Jam antea Pharnaces missum contra se a Cæsare Cn. Domitium Calvinum ad Nicopolin devicerat, et expugnata Amiso, Ponti urbe, Bithyniam petierat, impeditus modo Asandri, Bospori præfecti, seditione. Conf. Bell. Alex. 34 seq.;

cessu præferocem, intra quintum, quam adfuerat, diem, quatuor, quibus in conspectum venit, horis, una profligavit acie; crebro commemorans Pompeii felicitatem, cui præcipua militiæ laus de tam imbelli genere hostium contigisset. Dehinc[11] Scipionem ac Jubam, reliquias partium in Africa refoventes, devicit; Pompeii[12] liberos in Hispania.

XXXVI. Omnibus civilibus bellis nullam cladem, nisi per legatos suos, passus est: quorum[1] C. Curio in Africa

Dio, XLII, 46; Appian. 91. — *Intra quintum, quam adfuerat diem;* quinto die postquam advenerat. — *Una profligavit acie;* ad Zelam, Ponti oppidum. Bell. Alex. 72 seq. Cf. Dio, XLII, 48. Flor. IV, 2, 63: « hunc Cæsar aggressus, uno, et, ut sic dixerim, non toto prælio obtrivit; more fulminis, quod uno eodemque momento venit, percussit, abscessit. » Vide ad cap. 37. — *Pompeii felicitatem.* Conf. Appian. 91.

11. *Dehinc Scipionem ac Jubam*, etc. repetita antea Urbe, ubi Cœlius et Milo, postea L. Trebellius et P. Cornelius Dolabella Tribuni pl. per ejus absentiam maximos motus excitaverant, nequicquam repugnantibus prius collega Servilio, et sequenti anno (707) M. Antonio, qui Dictatori Cæsari Magister Equitum additus fuerat. Multis ea narrat Dio, XLII, 17—33. Reditum ejus in Urbem et quæ ibi egit, tradit inde a cap. 50 seq. De bello Africano, quod gessit A. U. 708, Dictator III, M. Lepido Magistro Equit. cf. Hirtii liber singularis (Cæsari nostro annexus, tom. II, pag. 429); Flor. IV, 2, 64 seq.; Vell. II, 55; Plut. Cæsar. 52 seq.; Cat. min. 56 seq.; Appian. 95 seq.; Dio, XLIII, 1—13. — *Qu. Scipio*, socer Pompeii, post Cæsaris victoriam ad Thapsum, se ipsum interemit; Dio, XLIII, 9. *Juba*, Hiempsalis filius, Numidiæ rex, et Petreius, desperatis rebus, mutuis ictibus ceciderunt; Dio, XLIII, 8, et al.

12. *Pompeii liberos*; Cneium et Sextum. Conf. Bell. Hispan. (in Cæs. tom. II, pag. 529 nostr. Edit.) Latinosque scriptores supra laud. et quos ad h. l. Græcos laudat Baumgart. Bello finem fecit prælium apud Mundam. Cneius in fuga interemtus est; Bell. Hisp. 39, al. De Sexto in vita Augusti plura videbimus.

XLXVI. 1. *Quorum C. Curio*, etc. Periit in prælio ad Bagradam contra Jubæ ducem Saburam. Cæs. Bell. Civ. II, 23—42, ubi: « At Curio, nunquam, amisso exercitu, quem a Cæsare fidei suæ commissum acceperit, se in ejus conspectum reversurum confirmat, atque ita prælians interficitur. » Cf. Cicer. Brut. 81; Plin. Histor. Nat. XXXVI, 15. — Florus, IV, 2, 30, de adversa legatorum ejus fortuna nil nisi: « aliquid tamen adversus absentem ducem ausa Fortuna est circa Illy-

periit; C. [2] Antonius in Illyrico in adversariorum devenit potestatem; P. [3] Dolabella classem in eodem Illyrico, Cn. [4] Domitius Calvinus in Ponto exercitum amiserunt. Ipse prosperrime semper, ac ne ancipiti quidem unquam fortuna, præterquam bis, dimicavit: semel[5] ad Dyrrhachium, ubi pulsus, non instante Pompeio, negavit, eum vincere scire: iterum in Hispania ultimo[6] prælio, quum,

ricum et Africam, quasi de industria prospera ejus adversis radiarentur.» Quæ Luc. fere verba sunt, IV, 402:

Non eadem belli totum fortuna per orbem
Constitit: in partes aliquid sed Cæsaris ausa
est,
Qua maris Hadriaci longas ferit unda Salonas,

Dio, XLI, 41, 42; Appian. c. 44, 45. Pertinet hæc clades ad A. U. 705, belli civilis primum.

2. C. *Antonius*, etc. Hæc res in Cæsaris Commentariis non legitur, unde verissima horum videtur sententia, qui partem libri eorum secundi intercidisse putant. Vide Mor. ad Cæs. Bell. Civ. III, 4, 10 et 67. Narrat tamen eam auctor Epitom. Liv. CX: «C. Antonius, legatus Cæsaris, male contra Pompeianos in Illyrico rebus gestis, captus est.» Cf. Flori l. c.; Appian. c. 47; Dio, XLI, 40.

3. *P. Dolabella*, etc. Conf. Dion. modo cit. Oros. VI, 15: «At vero Dolabella partium Cæsaris, in Illyrico per Octavium et Libonem victus, copiisque exutus, ad Antonium fugit. Basillus et Sallustius dividentes singulas legiones, quibus præerant, similiter et Antonius, Hortensius quoque ab infimo mari cum classe concurrens, omnes pariter adversus Octavium et Libonem profecti et victi sunt. Antonius quum se Octavio cum xv cohortibus dedidisset, omnes ad Pompeium a Libone ducti sunt.»

4. *Cn. Domitius Calvinus*, etc. contra Pharnacem. Vide cap. sup.

5. *Semel ad Dyrrhachium.* Vide Cæs. B. C. III, 58—71, ubi ipse: «Duobus his unius diei præliis Cæsar desideravit milites DCCCCLX, etc.» Plut. Cæsar. 39; Pomp. 65; Appian. cap. 61, 62; Dio, XLI, 50. — *Negavit, eum vincere scire;* h. e. *uti victoria*, ut de Hannibale Maharbal.

6. *Ultimo prælio;* ad Mundam. Vell. II, 55: «nullum unquam atrocius periculosiusque ab eo initum prælium, adeo, ut plus quam dubio Marte descenderet equo, etc.» Florus, IV, 2, 78 seq. egregie pugnam, in qua ipsi veterani jam pedem retulerant, describit, addens: «dicitur in illa perturbatione et de extremis agitasse secum, et ita manifesto vultu fuisse, quasi occupare manu mortem vellet, etc.» Ita etiam Eutrop. VI, 18: «ultimum apud Mundam civitatem (prælium fuit), in quo adeo Cæsar pæne victus est, ut, fugientibus suis, se voluerit occidere, ne post tantam rei militaris gloriam in potestatem adolescentium, natus annos sex et quinquaginta, veniret.» Cf. Oros. VI, 16; Plut. Cæsar. 56; Appian.

desperatis rebus, etiam de consciscenda nece cogitavit.

XXXVII. Confectis bellis, quinquies[1] triumphavit; post devictum Scipionem quater eodem mense, sed [2]interjectis diebus; et rursus semel, post superatos Pompeii liberos. Primum et excellentissimum triumphum egit Gallicum, sequentem Alexandrinum, deinde Ponticum, huic proximum Africanum, novissimum[3] Hispaniensem,

104 (qui tamen urbem, ad quam pugnatum est, Cordubam dicit, de qua varietate vide Schweigh. ad hunc ipsum Appiani locum; Xyland. et Reimar. ad Dion. XLIII, 38; Tzschuck. ad Eutrop. l. c.). — De morte voluntaria diversissime senserunt viri inter se pares ingenio, neque fortuna dispares; Cæsarem dico, et nuperum illum nostrum tam gravem Europæ ducem, cui et ipsi semper pro jure gladius fuit. Alter, desperatis rebus, ne captus veniat in hostium manus, de morte consciscenda cogitat; alter majore fortuna dejectus, et rerum suarum obrutus ruina, mortem tantis cladibus perfugium dedignatur, et se vivum ultro vinculis objicit. Quis vere fortis, et ubinam virtus? — Ceterum clades militum Cæsarianorum per varia bella recenset etiam Appian. Bell. Civ. II, 150, in comparatione Cæsaris cum Alexandro.

XXXVII. 1. *Quinquies*. Addunt Codd. alii *quinquennio* vitiose, ex ejusdem vocis iteratione, ut credo cum Wolfio, quod cui minus placuerit, substituat Burmanni conjecturam *biennio*, vel Oudend. *unoque anno*, vel *uno pæne anno*. Quatuor enim priores triumphos egit A. U. 708, redux ex Africa; quintum sequenti anno, quum mense Octobri (Vell. II, 56) in Urbem revertisset. Descriptionem triumphorum cf. apud Flor. IV, 2, 88 seq.; Vell. II, 56; Plut. Cæs. 55; Appian. Bell. Civ. II, 101; Dion. XLIII, 19.

2. *Sed interjectis diebus*. Dio diebus quatuor continuis quater eum triumphasse scribit.—*Primum*, etc. Flor. l. c. « Primum de Gallia triumphum transmiserat Rhenus et Rhodanus et ex auro captivus Oceanus; altera laurus Ægyptia; tunc in ferculis Nilus, Arsinoe, et ad simulacrum ignium ardens Pharus; tertius de Pharnace currus et Ponto; quartus Jubam et Mauros et bis subactam ostendebat Hispaniam (scil. post præturam, quum illo tempore ob petitionem consulatus triumpho abstinuisset, vide c. 18, et devictis Pompeii legatis primo anno belli civilis). Pharsalia et Thapsus et Munda nusquam; et quanto majora erant, de quibus non triumphabat! » ubi Flori errorem quis non videt, quum sequenti demum anno Pompeii filios ad Mundam debellaverit?

3. *Hispaniensem*; anno post, ab Urbe 709; de quo vide Plut. Cæs. 56, et Dion. XLIII, 42, qui non ipsum modo de civibus triumphasse dicit, sed eumdem honorem concessisse legatis Fabio et Quinto (Q. Fabio Maximo et Q. Pedio). Haud

diverso[4] quemque apparatu et instrumento. Gallici triumphi die Velabrum[5] prætervehens, pæne curru excussus est, axe diffracto; ascenditque[6] Capitolium ad lumina, quadraginta elephantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus. Pontico triumpho inter pompæ fercula trium verborum[7] prætulit titulum, VENI, VIDI, VICI, non acta belli significantem, sicut ceteris, sed celeriter confecti notam.

XXXVIII. Veteranis legionibus prædæ nomine in pedites singulos super bina sestertia, quæ initio civilis tu-

licuisse autem ex civili bello neque ovationem, neque triumpham, docet Valer. Maxim. II, 8, 7, quem citavit etiam ad h. l. Reinesius.

4. *Diverso quemque apparatu*, etc. Ad fercula maxime spectat, quibus simulacra urbium locorumque suspensa ferebantur, ut patet e Flor. l. c. Vell. II, 56: « Gallici apparatus ex citro (nisi leg. *cedro*, quod placuit etiam Torrent. ad h. l.), Pontici ex acantho, Alexandrini testudine, Africi ebore, Hispaniensis argento rasili constitit. »

5. *Velabrum prætervehens*; pro *prætervectus*. Codices alii, *prævehens*, quod commendat Burm. — *Velabrum* erat inter Forum Rom. Palatium et Aventinum, prope forum boarium. — *Axe diffracto*. Hoc omnino præferendum alteri *defracto*: vide Casaub. Ita præferendum etiam *gubernaculo diffracto* infra, Aug. 17, aliorum *defracto*. Rem narrat Dio, XLIII, 21; Plin. Hist. Nat. XXVIII, 4, ed. Franz.: « Cæsarem Dictatorem post unum ancipitem vehiculi casum ferunt semper, ut primum consedisset, id quod plerosque nunc facere scimus, carmine ter repetito securitatem itinerum aucupari solitum. »

6. *Ascenditque Capitolium*, etc. Diverse Dio, quem vide XLIII, 22. Uter scriptor veriora narret, decernere non audeo, multo minus mutare *ascenditque* in *descenditque* cum Cupero, Exercit. de Elephantis (Thes. novi Ant. Rom. Sallengr. tom. III, pag. 74), quum mense Octobri fractoque curru variæ tantam pompam usque ad luminum necessitatem impedire potuerint moræ. Cf. Oudend. et Ern. ad h. l.; Duker. ad Flor. II, 2, 10. — *Lychnuchi* (alii vett. *lychnos* h. l. exhibent) erant candelabra, elephantorum dextra atque sinistra pompæ incedentium proboscidibus imposita, ut bene docet Wolf. Ita *lychnuchi* sunt lampades infra, Domit. 4, et *lychnuchus ligneolus* candelabrum, apud Cicer. ad Quint. Fratr. III, 7.

7. *Trium verborum prætulit titulum*, etc. Flor. IV, 2, 63: « nec vana de se prædicatio est Cæsaris, ante victum hostem esse, quam visum. » Conf. Plutarch. Cæs. 50. — *Sicut ceteris*: subintell. triumphis, in quibus acta belli ferculis significantur. Al. *ceteri*.

multus numeraverat, vicena[1] millia nummum dedit. Assignavit[2] et agros, sed non continuos, ne quis possessorum expelleretur. Populo præter frumenti denos modios, ac totidem olei libras, trecenos[3] quoque nummos, quos pollicitus olim erat, viritim divisit; et hoc amplius, centenos pro mora. Annuam[4] etiam habitationem Romæ us-

XXXVIII. 1. *Vicena millia nummum dedit.* Quod ab aliis præmittitur, « *in equites* vicena, etc. » omittendum esse ut ineptum, docuere jam Græv. et Oudend., quum constet, summæ peditibus datæ duplum dari solitum Centurionibus, triplum equitibus, quadruplum Tribunis et Præfectis equitum, adeo ut equitum mentione, æque ac reliquorum, Suetonius posset supersedere. Porro præpositio *super* ostendit, sermonem esse de addito peditibus novo præmio. Dio, XLIII, 21, et Appian. cap. 102, 5000 drachmas singulis militibus distributas scribunt; unde patet, omittendum etiam esse cum Oudend. *quaterna*, quod in aliis post *vicena* legitur. Quum enim denarius, qui drachmæ convenit, quatuor sestertios seu nummos continuet, efficitur summa 20000 nummum. Haud nimium pro Cæsaris facultate fuisse hoc donativum senserit quicumque reputaverit, transvexisse eum in triumpho 60000 talenta cum dimidio at 2822 coronis aureis, quæ 20414 pondo efficiebant. Conf. Appian. d. l. Citavit locum, ut nos edidimus, etiam Fabric. ad Dion. d. l.

2. *Assignavit et agros.* Suetonius totam Cæsaris largitionem uno loco complectens, hic refert assignationem agrorum, prius factam, nempe A. U. 707, ante bellum Africanum, de qua Dio, XLII, 54. — *Sed non continuos*, conjunctos, cohærentes, ut antea solitum, quum « universæ legiones deducebantur, cum Tribunis et Centurionibus, et sui cujusque ordinis militibus, ut consensu et caritate remp. efficerent; » Tacit. Annal. XIV, 27.

3. *Trecenos quoque nummos.* Promisisse eos Cæsarem narrat Dio, XLI, 16, A. U. 705, quum primum Romam, fugato ex Italia Pompeio, venisset.

4. *Annuam etiam habitationem;* id est, mercedem habitationis annuam a conductoribus solvendam. Ita Terent. Heautont. I, 1, 92: « inscripsi illico Ædes *mercede*, » de locatis ædibus. Jam quum illis temporibus hæc merces ad insanam magnitudinem pervenisset (quod patet ex Vell. II, 10, ubi, si quis sex millibus habitet, vix ut Senator agnosci dicitur, et Plut. Sull. 1, ubi Sulla juvenis in magna pauperie 3000 nummis habitationem conduxisse fertur), in angusta re familiari constituti videbantur, qui 2000 nummum vel minus pro habitatione solvebant Romæ, et 500 nummos vel minus in Italia, ubi vilior necessario erat merces. His igitur sæpius consulere studuerant homines ambitiosi. Ita M. Cœlius absente Cæsare legem tulerat, « qua mer-

que ad bina millia nummum, in Italia non ultra quingenos sestertios remisit. Adjecit epulum[5] ac viscerationem, et post Hispaniensem victoriam duo prandia. Nam quum prius parce, neque pro liberalitate sua præbitum judicaret, quinto post die aliud largissimum præbuit.

XXXIX. Edidit spectacula varii generis; munus gladiatorium; ludos[1] etiam regionatim Urbe tota, et quidem per omnium linguarum histriones; item Circenses, athletas, naumachiam. Munere in [2]Foro depugnavit Furius Leptinus, stirpe prætoria, et Q. Calpenus, Senator quondam, actorque causarum. [3]Pyrrhicham saltaverunt Asiæ Bithyniæque principum liberi. Ludis Decimus[4] Laberius,

cedes habitationum annuas conductoribus donaret; » Cæs. Bell. Civ. III, 21; (cf. Dio, XLII, 22); similemque promiserat Dolabella (Dio, l. c. 32); unde apparet, hanc rem cum novis tabulis conjungi solitam fuisse. Cui exspectationi ut satisfaceret Cæsar, nunc post triumphum unius anni mercedem iis, qui 2000 vel minus nummum Romæ, et in Italia *non ultra*, i. e. usque ad 500 solverent, pauperioribus adeo *remisit*, facta pro iis solutione.

5. *Epulum ac viscerationem*. Ad cœnas Cæsaris triumphales C. Hirtius sex millia numero murænarum mutuo appendisse dicitur a Plin. Histor. Natur. IX, 81. Idem, XIV, 17: « quid? non et Cæsar Dictator triumphi sui cœna vini Falerni amphoras, Chii cados in convivia distribuit? idem Hispaniensi triumpho Chium et Falernum dedit. Epulo vero in tertio consulatu suo Falernum, Chium, Lesbium, Mamertinum, quo primum tempore quatuor genera vini apposita constat. » *Visceratio* crudæ carnis est divisio, distributio, *κρεανομία*. Vide Casaub. ad h. l. Liv. VIII, 22: « populo *visceratio* data a M. Flavio in funere matris. » Ceterum, pro « *ac* viscerationem, » quæ plurimorum Codd. scriptura est, vulgo reponitur in editt. « epulum *ad* viscerationem. »

XXXIX. 1. *Ludos*; scenicos nempe, quos « per *omnium linguarum* histriones » editos puto cum Casaub. propter magnam hominum copiam ex omnibus provinciis, ut nullius non voluptati consuleretur.

2. *In Foro*. Plin. Hist. Nat. XIX, 1: « Cæsar Dictator totum Forum Rom. intexit, viamque Sacram ab domo sua ad clivum usque Capitolinum, quod munere ipso gladiatorio mirabilius visum tradunt. »

3. *Pyrrhicham*. Plin. Hist. Nat. VII, 56: « Saltationem armatam Curetes docuere, Pyrrhichen Pyrrhus, utramque in Creta; » ubi vide Harduin. et Dalech. Cf. Panvin. de Ludis Circ. II, 2 (Thes. Græv. tom. IX, p. 343), ibique not. Argoli.

4. *Decimus Laberius*. Macrob.

Eques Romanus, mimum suum egit; donatusque quingentis sestertiis et annulo aureo, sessum in quatuordecim e scena per orchestram transiit. Circensibus, spatio Circi ab utraque parte producto, et in gyrum[5] Euripo addito, quadrigas bigasque et equos[6] desultorios agitaverunt nobilissimi juvenes. Trojam[7] lusit turma duplex, majorum minorumque puerorum. Venationes[8] editæ per dies quin-

Saturn. II, 7: « Laberium, asperæ libertatis Equitem Roman. Cæsar quingentis millibus invitavit, ut prodiret in scenam, *et ipse ageret mimos, quos scriptitabat*; sed potestas, non solum si invitet, sed etiam si supplicet, cogit; unde se et Laberius a Cæsare coactum in prologo testatur, etc. » De eodem agit Gellius, VIII, 15, fragment.; XVII, 14. Idem Laberii laudat *Gemellos*, I, 7; *Salinatorem*, III, 12; *Restionem*, X, 17; *Alexandream*, XVI, 7. — De *mimis* copiosissime egit Bulenger. de Theatro I, 48 (Thes. Græv. tom. IX, p. 920 seq.). — De *annulo aureo* et *sede in quatuordecim*, vide ad c. 33. — *E scena per orchestram*. In scena egerat mimum: transiit per orchestram (ubi sedes erant Senatorum) proximam scenæ, ad XIV ordines.

5. *Et in gyrum Euripo addito. Euripus* maxima erat fossa, qua Circus maximus *in gyrum*, i. e. undique, cingebatur. Plura de Euripis omnino et de Circensi dat Bulenger. de Circo Rom. ludisque Circens. c. 21 (Thes. tom. IX, p. 638 seq.). Cf. Donatus, de Urbe Roma, III, 14 (Thes. tom. III, p. 727); Panciroll. Descript. Urbis Romæ, regio XI (ibid. p. 366). Circum a Tarquinio Prisco exstructum adeo ornavit Cæsar, ut exstruxisse eum dicatur a Plin. Hist. Nat. XXXVI, 15; idem, VIII, 7, Euripis arenam circumdedisse Cæsarem narrat, ne feræ eruptionem tentarent, quod alio tempore non sine vexatione populi fecerant.

6. *Equos desultorios. Desultores* erant, qui duobus equis junctis vecti magna velocitate ab uno in alterum transsiliebant: vide Bulenger. l. c. (Thes. tom. IX, p. 722 et 740). Liv. XLIV, 9: « Mos erat tum, nondum hac effusione inducta, bestiis omnium gentium Circum complendi, varia spectaculorum conquirere genera; nec (lege et vel *nam*) semel quadrigis, semel *desultore* misso, vix unius horæ tempus utrumque curriculum complebat. »

7. *Trojam lusit*, etc. *Lusus Trojæ* erat certamen equestre a juvenibus nobilibus commissum. Descriptionem vide apud Virg. *Æn.* V, 545 seq., coll. Heyn. Excurs. Cf. Panvin. de Ludis Circens. II, 9 (Thes. Græv. tom. IX, p. 422 seq.).

8. *Venationes*, etc. Cf. Dio, XLIII, 22, et supra, cap. 10. — *Pugna divisa*, etc. Cf. Dio, l. c. 23; Appian. c. 102; Vell. II, 56. Plin. Hist. Nat. VIII, 20, Cæsarem quadringentorum etiam leonum pugnam dedisse narrat. Auctore eodem, c. 27, et Dione, l. c., primum etiam

que, ac novissime pugna divisa in duas acies; quingenis peditibus, elephantis vicenis, tricenis equitibus hinc et inde commissis. Nam quo laxius dimicaretur, sublatæ[9] metæ, inque earum locum bina castra ex adverso constituta erant. [10]Athletæ, stadio ad tempus exstructo, in regione Martii campi certaverunt per triduum. Navali prælio, in [11]minore Codeta defosso lacu, biremes ac triremes quadriremesque Tyriæ et Ægyptiæ classis magno pugnatorum numero conflixerunt. Ad quæ omnia spectacula tantum undique confluxit hominum, ut plerique advenæ aut inter vicos, aut inter vias tabernaculis positis manerent; ac sæpe præ turba elisi exanimatique sint plurimi, et in his duo Senatores.

XL. Conversus hinc ad ordinandum Reipublicæ statum, fastos[1] correxit, jam pridem vitio Pontificum per in-

illo tempore Romani camelopardalum viderunt.

9. *Sublatæ metæ;* scil. cum tota Circi spina, cujus in extremitatibos metæ erant.

10. *Athletæ;* qui alias in Circo pugoas edebant, nunc aliis ludicris occupato. Vide Panvin. l. c. p. 278 seq., qui pag. 285 : « et quamquam *athletarum* uomine omnes, qui corporibus suis quavis ratiooe decertareut, apud Græcos dicerentur, tamen apud Romaoos athletæ proprie tautum vocabantur *Pugiles* et *Luctatores;* cetera euim athletarum sive gymuicorum genera propria uomioa habebaot, ut Cursores, Saltatores, Gladiatores, et alii ejusmodi. » — Alii præpositionem *in* ante *regione* omittunt.

11. *In minore Codeta.* Inepte libri alii, *in morem cochleæ*. *Codeta* erat ager trans Tiberim, de quo vide Nardio. Roma Vet. VII, 11 (Thes. tom. IV, pag. 1412). — De *navalibus præliis*, oaumachiis, cf. omoino Panvin. l. c. II, 11, p. 430 seq. Ceterum h. l. *Tyriam et Ægyptiam* classem intellige ad morem Tyriorum et Ægyptiorum armis virisque iostructam. Ita Claud. 21 : « hoc spectaculo classis Sicula et Rhodia concurreruut. »

XL. 1. *Fastos correxit;* A. U. 708, quum Dictator esset III, et Consul III, cum M. Lepido Equitum Mag. Cons. III; qui annus dictus est *annus confusionis*, ut sequens *primus Julianus*. Plutarch. Cæs. 59; Dio, XLIII, 26; Appiao. Bell. Civ. II, 154. — *Vitio Pontificum*, etc. Cic. de Leg. II, 12 : « diligeoter habenda ratio et intercalandi est, quod institutum perite a Numa, posteriorum Pontificum oegligentia dissolotum est. » Macrob. Saturn. I, 14 : « nonnunquam per gratiam sacerdotum, qui publicanis proferri

ercalandi licentiam adeo turbatos, ut neque messium feriæ æstati, neque vindemiarum autumno competerent: annumque ad [2]cursum solis accommodavit, ut treecentorum sexaginta quinque dierum esset, et intercalario mense sublato, unus dies quarto quoque anno intercalaretur. Quo autem magis in posterum ex Kalendis Januariis novis temporum ratio congrueret, inter Novembrem ac Decembrem mensem interjecit[3] duos alios; fuitque is annus, quo

vel imminui consulto anni dies volebant, modo auctio, modo retractio dierum proveniebat, et sub specie observationis emergebat major confusionis occasio.» Nimirum, quum Numa annum ita constituisset, ut alternis annis mensis intercalaretur (cf. interpr. ad Liv. I, 19), Pontifices, quibus id erat permissum, diebus vel pluribus vel paucioribus intercalatis, annoque ita vel prolongato vel deminuto, pronti magistratui vel faverent vel obessent, omnem ordinem miscuerant. Vide Guther. de Veteri Jure Pontificio, I, 22 (Thes. Gr. tom. V, p. 42). — *Æstati*. Al. *æstate*, pro, *quum æstas vel autumnus esset*, verbo *competerent* absolute posito, ut Aug. 31, « si cujusquam competeret ætas, » diverso tamen sensu.

2. *Ad cursum solis;* quum Numa ad *lunæ* cursum accommodasset more Græcorum, ubi quum singulis annis deessent decem dies et quod excurrit, mensem illum intercalarem, de quo dixi, secundo quolibet anno instituerat XXII vel XXIII dierum, Mercedonium dictum. Cf. Plutarch. Num. 18. Plin. Hist. Nat. XVIII, 57 (ed. Franz.): « tres autem fuere sectæ, Chaldæa, Ægyptia, Græca. His addidit apud nos quartam Cæsar Dictator, annos ad solis cursum redigens singulos, Sosigene perito scientiæ ejus adhibito. » Macrob. l. c. « posthæc imitatus Ægyptios, solos divinarum rerum omnium conscios, ad numerum solis, qui diebus tricenis sexaginta quinque et quadrante cursum conficit, annum dirigere contendit. » Idem, I, 16: « Nam Julius Cæsar ut siderum motus, de quibus non indoctos libros reliquit, ab Ægyptiis disciplinis hausit; ita hoc quoque ex eadem institutione mutuatus est, ut ad solis cursum finiendi anni tempus extenderet. » Plura de his Cæsaris libris astronomicis dat Plin. l. c. cap. 64 seq. De astronomia Ægyptiorum cf. Dio, XXXVII, 18, et Fabric. ad h. l.

3. *Interjecit duos alios.* Macrob. l. c. « C. Cæsar exordium novæ ordinationis initurus, dies omnes, qui adhuc confusionem poterant facere, consumsit; eaque re factum est, ut annus confusionis ultimus in CCCCXLIII dies protenderetur. » Censorin. de Die Nat. cap. 20, Cæsarem dicit duos menses intercalarios dierum LXVII in (inter) mensem Novembrem et Decembrem interposuisse, quum jam mense Februario dies XXIII intercalasset (rectius Sueton. « qui ex consuetudine, etc. » Mercedonium dicit), fecisseque

hæc constituebantur, quindecim mensium cum intercalario, qui ex consuetudine in eum annum inciderat.

XLI, Senatum[1] supplevit: patricios [2]allegit: Prætorum[3], Ædilium, Quæstorum, minorum etiam magistratuum numerum ampliavit: nudatos [4]opere censorio, aut sententia judicum de ambitu condemnatos, restituit.[5] Comitia cum populo partitus est: ut, exceptis consulatus

eum annum dierum CCCCXLV. Qui recentiores de anni Juliani ratione egerunt, eos laudavit Fabric. ad Dion. XLIII, 27.

XLI. 1. *Senatum supplevit.* Trecenti fuerant Senatores usque ad Sullæ tempora, qui primus post restitutam Romæ libertatem numerum auxit. Cic. ad Att. I, 14. Jam Cæsar partim, quod multi bello civili perierant, partim, gratiam multis pro beneficiis redditurus, ad nongentos fere numerum ampliavit. Cf. Dio, XLIII, 47. Postea numerus ad millenarium accrevit, donec in ordinem rem redegit Augustus. Vide ad Aug. 35; infra, Cæs. c. 76 et 80; Cic. ad Div. VI, 18. Macrob. II, 3: « Cicero facilitatem Cæsaris in eligendo Senatu irrisit palam, etc. »

2. *Patricios allegit.* Tacit. Ann. XI, 25: « paucis jam reliquis familiarum, quas Romulus majorum et L. Brutus minorum gentium appellaverant; exhaustis etiam, *quas Dictator Cæsar lege Cassia*, et Princeps Augustus lege Sænia sublegere. » Ceterum id monendum, differre *patricios* (id est, a primis, qui sub regibus fuerant, Patribus oriundos) a *Senatoribus*, qui e plebe etiam erant, postquam quæstura functi fuerant. Conf. Lips. ad Tac. loc. cit. Tom. II, p. 60 nost. edit.

3. *Prætorum... numerum ampliavit. Prætores*, qui antea octo fuerant, additis duobus, decem fecit. *Ædilibus* itidem adjecit duos e plebe, ut numero sex forent. Hi duo frumento præerant, et *Cereales* dicti. *Quæstores* quadraginta fecit. Vide quæ ad h. l. Græca citat Baumgart. — *Magistratus minores* dicebantur, quibus neque auspicia servare, neque obnunciare comitiis licebat, iique vel *ordinarii*, ut Tribuni plebis, Ædiles plebis, Quæstores; vel *extraordinarii*, ut præfecti annonæ, etc. Conf. Rosin. Ant. Rom. VII, 2, pag. 487.

4. *Nudatos opere censorio*; i. e. ejectos, exutos ordinibus vel senatorio vel equestri, eorumque insignibus nudatos ob facta, quæ notam censoriam merebantur. Pro *nudatos* al. conjecere *notatos*, quod sane facilius. Illud exquisitius. Cic. ad Attic. I, 16: « maculosi Senatores, *nudi* equites, » i. e. nudati. Ita Cæs. Bell. Civ. I, 7: « *nudata* omnibus rebus tribunicia potestate. » *Opus censorium* est factum nota censoria dignum, in quo Censoris opus, seu negotium versatur. Cic. de Orat. II, 90; Gell. IV, 12, et XIV, 7. — De re cf. Dio, XLIII, 27 et 47.

5. *Comitia*; i. e. magistratuum electionem, comitiis centuriatis antea factam.

competitoribus[6], de cetero numero candidatorum, pro parte dimidia, quos populus vellet, pronunciarentur; pro parte altera, quos ipse edidisset. Et edebat per[7] libellos, circum tribus missos, scriptura brevi: « Cæsar Dictator illi tribui. Commendo vobis illum et illum, ut vestro suffragio suam dignitatem teneant. » Admisit ad honores et proscriptorum[8] liberos. Judicia[9] ad duo genera judicum redegit, equestris ordinis ac senatorii: Tribunos ærarios, quod erat tertium, sustulit. Recensum[10] populi, nec more,

6. *Competitoribus.* Ipsi Cæsari, A. U. 708, consulatus decretus fuerat in decennium cum dictatura, ita ut qui postea consulatum petierunt ejus proprie *competitores* fuerint, ex quibus collegas sibi suo arbitrio elegit. Male igitur quidam sine Codd. *petitoribus.* — *Pronunciarentur.* Creatum in comitiis magistratum Consul proprie dicebatur *renunciare.* Vellei. II, 92: « juravit, etiamsi factus esset Consul suffragiis populi, tamen se eum non renunciaturum. » Liv. VII, 26: « Consulem renunciavit. » Unde accedo illis, qui h. l. *renunciarentur* legendum judicarunt. Mox, pro *edidisset*, vulgo MSS. *dedisset.* Præpositionem absorpsisse videtur præcedens *ipse.*

7. *Per libellos;* quod imitatus est postea Augustus, ut narrat Dio, LV, 34; neque fœdum artificium deinde omiserunt, qui publicis rebus præfecti suis tantum consulebant.

8. *Et proscriptorum liberos;* contra legem Corneliam Sullæ Dictatoris, A. U. 673. Vell. II, 43, Ædili adhuc Cæsari hoc tribuit verbis: « et restituta in ædilitate, adversante quidem nobilitate, monumenta C. Marii, simulque *revocati ad jus dignitatis proscriptorum liberi.* » Bene Burm. ibi monet, perfecisse Dictatorem, quod Ædilis molitus fuerat. Conf. ad h. l. Baumgart.

9. *Judicia*, etc. quæ lex Sempronia C. Gracchi a Senatu transtulerat ad Equites (Vell. II, 6); Senatui reddiderat Sulla; postea L. Aurelius Cotta, Prætor A. U. 683, Cn. Pompeio Magno et M. Crasso Coss., diviserat tribus ordinibus, Senatui, Equitibus et plebe, *e qua tribuni ærarii* judicia habebant (vide interpr. ad Vell. II, 32). Denuo mutavit Cæsar, his sublatis. Conf. Clav. Cicer. ind. leg. de lege Aurelia; Sigon. de Ant. Jur. Civ. Rom. II, 18, pag. 415, et de Judiciis, II, 6, p. 550.

10. *Recensum populi*, i. e. plebis, quæ singulis mensibus ex ærario frumento sustentabatur, priori tempore modico pretio (ceu patet etiam e Liv. II, 34: « magna vis frumenti ex Sicilia advecta, agitatumque in Senatu, quanti plebi daretur »), constituto postea variis legibus frumentariis, de quibus vide Ernest. Clav. Cicer. ind. leg., donec lex Clodia P. Clodii Trib. pleb. sanxit, ut gratis plebi frumentum daretur. Ea largitione Urbs

nec loco solito, sed vicatim per [11] dominos insularum egit: atque ex [12] viginti trecentisque millibus accipientium frumentum e publico, ad centum quinquaginta retraxit. Ac ne qui novi [13] cœtus recensionis causa moveri quandoque possent, instituit, quotannis in demortuorum locum ex iis, qui [14] recensiti non essent, subsortitio a Prætore fieret.

XLII. Octoginta autem civium millibus in [1] transmari-

pessima hominum fæce implebatur, ut recte judicat Appian. Bell. Civ. II, 120. Versatus fuerat ante Cæsarem in ordinanda frumenti divisione Pompeius, A. U. 698 (Dio, XXXIX, 24; Plut. Pomp. 50). Ceterum, errasse reliquos scriptores, qui censum populi universi a Cæsare habitum tradiderunt, ut Plut. Cæsar. 55, et Appian. Bell. Civ. II, 102, Epitomatorem denique Liv. CXV, narrantem, « recensum egit, quo censa sunt civium capita CL millia, » notavere dudum viri docti. Proximus ante Augustum census ad A. U. 683; seu primum Cn. Pompeii et M. Crassi consulatum, referendus. Conf. ad h. l. Baumgart. — *Nec more, nec loco solito. Locum* omnes campum Martium intelligunt. *Morem* ad Censores et scribas publicos, in tali recensu adhiberi solitos, referunt Casaub. et Rualdus. Sed quum tales largitiones frumentariæ fuerint prius, quam Censores Romæ essent, melius Ernest. Senatum ex arbitrio curam rei, cuicunque placeret, mandasse statuit.

11. *Per dominos insularum. Insulæ* proprie ædes erant a reliquis ædificiis sejunctæ, via tanquam insulæ mari cinctæ. Sub Imperatoribus distinguebantur *domus* et *insulæ* (cf. Ner. 16 et 38), ubi ædes mercede locandæ seu domus conducticiæ, pauperum adeo habitacula, *insulæ;* nobiliorum et ditiorum *domus* appellari solebant. Qui illas possidebant et locabant, *domini insularum;* qui habitabant, *inquilini* et *insularii* dicti. Eum loquendi morem Suetonius h. l. secutus est.

12. *Ex viginti trecentisque millibus.... retraxit;* deduxit, subtraxit ab numero 320,000 *ad*, id est, *circiter* (vide c. 20) 150,000, ut superessent, quibus frumentum e *publico*, i. e. ex ærario daretur, fere 170,000, quæ unice vera est interpretatio Oudendorpii, Ruhnkenii, Wolfii. Burmannus subintelligit *numerum;* Ernestus ad *recensum* refert, explicantes adeo utërque *retraxit* pro *redegit* ad numerum 150,000. Patet, Plutarchi etiam, et qui eum secuti sunt, errorem ex h. l. vel communi aliquo fonte male intellecto fluxisse.

13. *Novi cœtus*, tumultus, turbæ.

14. *Qui recensiti non essent;* qui in recensu Cæsaris admissi ad frumentationem non essent. Codices alii h. l. *recensi*, quæ forma etiam infra, Vespas. 9, a multis probatur.

XLII. 1. *In transmarinas colonias;* Corinthum maxime et Carthaginem, quas restituit Cæsar. Plut. Cæsar. 57; et Dio, XLIII, 50. Appianus

nas colonias distributis, ut exhaustæ quoque[2] Urbi frequentia suppeteret, sanxit, Ne quis civis major annis viginti, minorve[3] quadraginta, qui sacramento non teneretur, plus triennio continuo Italia abesset : neu quis Senatoris filius, nisi contubernalis[4] aut comes magistratus, peregre proficisceretur : neve[5] hi, qui pecuariam facerent, minus tertia parte puberum ingenuorum inter pastores haberent. Omnesque medicinam Romæ professos, et liberalium artium doctores, quo libentius et ipsi Urbem incolerent, et ceteri appeterent, civitate donavit. De pecuniis mutuis, disjecta novarum tabularum exspectatione, quæ [6] crebro movebatur, decrevit tandem, ut

Punic. fin. Cæsarem in Africa bellantem somnio ad restituendam Carthaginem excitatum narrat; rem ab eo inceptam perfecisse Augustum. De coloniis Romanis et Cæsaris singulatim agit Panvin. Imper. Rom. cap. 11 (Thes. Gr. tom. I, p. 364 seq.).

2. *Urbi*. Ita suaserat Casaub. pro *Urbis;* probavit Wolf. in nota, quamquam in textu per errorem reliquit *Urbis*. Hoc defendit Burm. usu absoluto verbi *suppetere* sine dativo, quem uti concedo, *ita frequentiam exhaustæ Urbis* probare nequeo.

3. *Minorve quadraginta*. Vitiose MSS. plerique, *minorve decem*. Sermo est de ætate soboli procreandæ apta, qua nonnisi militibus abesse liceret. Oudend. conjicit, *minorve L*, ut Casaub. præiverat *LX*, utrumque satis probabiliter. — *Sacramento*, jurejarando, quo milites tenebantur.

4. *Contubernalis aut comes*. De *contubernalibus* dictum ad cap. 2. *Comites* erant apud magistratus sine imperio, vel officii, vel amicitiæ, non militiæ causa. Ceterum, haud improbabili conjectura legendum, *ne quis Senator Senatorisve filius*, censet Lips. ad Tacit. Annal. XII, 23, ubi de commeatu Senatorum docte exponentem vide.

5. *Neve hi.... haberent;* scilicet, ut remanerent in Italia ingenui, qui liberos procrearent, quum militibus uxores ducere haud liceret.

6. *Quæ crebro movebatur*. Moverant maxime per Cæsaris absentiam Cœlius A. U. 706, et Dolabella ann. 707. Dio, XLII, 22, et 32. Cæs. Bell. Civ. III, 21 : « M. Cœlius Rufus Prætor.... ad hominum excitanda studia... duas leges promulgavit ; unam, qua mercedes habitationum annuas conductoribus donavit ; alteram tabularum novarum. » — *Decrevit.... perscriptum fuisset*. Instituerat hoc Cæsar prius, A. U. 705, redux ex Hispania, ut ipse narrat Bell. Civ. III, 1, ubi vide nos, tom. II, pag. 188 : « quum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ

debitores creditoribus satisfacerent per æstimationem possessionum, quanti quasque ante civile bellum comparassent, deducto summæ æris alieni, si quid usuræ nomine numeratum aut perscriptum fuisset: qua conditione quarta pars fere crediti deperibat. Cuncta collegia [7], præter antiquitus constituta, distraxit. Pœnas [8] facinorum

solverentur, constituit, ut arbitri darentur; per eos fierent æstimationes possessionum et rerum, quanti quæque illarum ante bellum fuissent, atque eæ creditoribus transderentur. Hoc et ad timorem novarum tabularum tollendum minuendumque, qui fere bella et civiles dissensiones sequi consuevit, et ad debitorum tuendam existimationem esse aptissimum existimavit.» Jam quum eo absente Cœlius et Dolabella, de quibus modo dictum, ex illa lege turbarum ansam cepissent, devicto Pharnace Romam reversus A. U. 707 rem ordinavit, de quo h. l. sermo. Id refert Dio, XLII, 51. Porro Suetonii locum ita intellige: Concesserat Cæsar debitoribus, quod JCti dicunt beneficium cessionis bonorum et *possessionum*, i. e. fundorum, agrorum, villarum, etc. et *rerum*, quas addit Cæs. l. c. Illarum ante bellum civile majus pretium fuerat, quam eo tempore, de quo sermo, quo multi pecuniæ penuria vendebant, multæ quoque possessiones per proscriptionem veniebant. Jam id datum est debitoribus, ut cederent bona creditoribus eo pretio, quod ante bellum habuissent, et detraheretur præterea de capite, quicquid usurarum vel *numeratum* esset præsenti pecunia, vel *perscriptum* (Gall. *payé en papier, acquitté par des titres quelconques*), quod, sive per argentarios, sive alio modo factum fuerit, opponitur omnino pecuniæ numeratæ. Quamquam igitur et nimio pretio pro hujus temporis ratione possessiones creditoribus tradebantur, ac fœnus insuper deperibat, melius tamen ita illis erat consultum, quam novis tabulis, quibus priora debita prorsus abolentur.

7. *Collegia.* Collegia a Numa fuerant constituta sacerdotum et augurum, et artificum atque operarum omnis generis, quod maxime laudat Plut. Num. 17. Postea tamen res in Reipubl. detrimentum vertit. Nam, ut Ascon. in Cornel. 1: «frequenter cœtus factiosorum hominum sine publica auctoritate, malo publico, fiebant; propter quod postea collegia Senatusconsultis (A. U. 686, L. Cæcilio, Q. Martio Coss.) et legibus pluribus sunt sublata præter pauca atque certa, quæ utilitas civitatis desiderasset, etc.» Inde restituerat ea P. Clodius: Cic. in Pison. 4, pro Sext. 15 et 25. Comparaveris ea cum iis cœtibus, quos *Clubs* nostra ætas appellavit. Publicæ igitur suæque securitatis causa Cæsar sequentesque Imperatores ea dissolverunt. Cf. Joseph. XIV, 17, qui solis Judæis, tales conventus agere, a Cæsare concessum fuisse narrat; Sigon. de Ant. Jur. Civ. Rom. II, 12, p. 335 seq.

8. *Pœnas... auxit.* Adjecisse non-

auxit: et [9] quum locupletes eo facilius scelere se obligarent, quod integris patrimoniis exsulabant, parricidas, ut Cicero scribit, bonis omnibus, reliquos dimidia parte multavit.

XLIII. Jus [1] laboriosissime ac severissime dixit. Repetundarum [2] convictos etiam ordine senatorio movit. Diremit nuptias prætorii viri, qui digressam a marito post [3]

nulla videtur ad legem Corneliam de sicariis.

9. *Et quum locupletes*, etc. Libera fuerat civibus Romanis, ante judicium cum rebus suis Urbe decedendi, potestas. Eam coercuit Cæsar, publicæ securitatis restitutor, ac pertinet sine dubio hic locus ad legem ejus de vi publica, de qua vide Sigon. de Judiciis, III, 33, pag. 678. — *Parricidas* intelligo, qui civem pacis tempore interfecerant, ut in lege illa Numæ: « Si quis hominem liberum dolo sciens morti duit, *parricida* esto. » — *Reliqui* non sunt, quos Torrent. putat, qui non occidendi animo, tamen occiderant, sed omnino omnes, qui facinus seu vim, sed sine nece, erga civem patraverant. De verbis, ut *Cicero scribit*, quæ Bormann. loco mota et post *exsulabant* ponenda judicat (ut spectetur locus pro Cæcin. 34, « exsilium non supplicium est, sed perfugium portusque supplicii; nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere aut calamitatem, eo solum vertunt. »), quæque Wolfius cum aliis suspecta censet, ambigo. Magis tamen ad alterius sententiam inclino.

XLIII. 1. *Jus... dixit. Jurisdictio* ad causas privatas, *quæstiones* ad publicas pertinebant. Illa in Urbe a Prætoribus duobus, urbano et peregrino, hæ post constitutas quæstiones perpetuas inde a lege Calpurnia de repetundis, A. U. 605, a quatuor reliquis Prætoribus habebantur. Quamquam igitur Cæsar et sequentes Imperatores jurisdictionem ordinariam reliquerant Prætoribus, exercuere tamen eam, ubi a magistratibus ordinariis ad ipsos fuerat provocatum, et in quibusdam causis, quas singulari cognitioni suæ reservaverant. Hæc est summa eorum, quæ disputavit de jurisdictione Ern. in Clav. Cicer. et in Excurs. ad h. l. Ceterum, quod idem vir doctus verba, *Jus... dixit*, post altera, *Repetundarum... movit*, transjicienda censet, id recte non admittit Baumgart. cujus vide not.

2. *Repetundarum*. De legibus huc pertinentibus dictum ad cap. 4. Julia, a Cæsare Consule lata, nunc repetita, superioribus erat severior. Nam, quum illæ exsilium tantum et pecuniæ acceptæ æstimationem constituissent, hæc ordine etiam dejecit reos, et judices ad litem æstimandam statuit. Lips. ad Tacit. Annal. XIV, 28. De hac lege cf. Sigon. de Judiciis, II, 27, p. 618 seq., et Heinecc. Ant. Rom. IV, 18, § 75.

3. *Post biduum*. De divortiorum licentia Juvenal. VI, 229: « fiunt octo mariti Quinque per auctum-

biduum statim duxerat, quamvis sine probri suspicione. Peregrinarum mercium portoria instituit. Lecticarum usum[4], item conchyliatæ vestis, et margaritarum, nisi certis persouis et ætatibus, perque certos dies, ademit. Legem[5] præcipue sumtuariam exercuit, dispositis circa macellum custodibus, qui opsonia contra vetitum retinerent, deportarentque ad se, summissis nonnunquam lictoribus atque militibus, qui, si qua custodes fefellissent, jam apposita e triclinio auferrent.

XLIV. Jam[1] de ornanda instruendaque Urbe, item de tuendo ampliandoque imperio, plura ac majora in dies destinabat: in primis Martis templum, quantum nusquam

uus. » Adde Martial. VI, 7. Hieronym. cuutra Juvianum: « Quasdam, repudiatas altero nuptiarum die, statim nupsisse legimus. Uterque reprehendendus maritus, et cui tam citu displicuit, et cui tam cito placuit. » — *Probri;* i. e. adulterii cum uxore, priusquam duceret, commissi.

4. *Lecticarum usum... ademit.* Auctore Eusebio in Chrou. iis ademit, quæ nec maritos, uec liberos haberent, et minures esset anuis LV. — Legem de *vestibus conchyliatis*, seu purpura, repetiit Augustus. Diu, XLIX, 16.

5. *Legem præcipue sumtuariam*, etc. Commemorat eam Cic. ad Div. VII, 26; IX, 15; ad Attic. XIII, 7, ubi Cæsar ex Hispauia scripsisse dicitur, « sibi certum esse, Romæ manere.... ne se absente leges suæ uegligerentur, sicut esset neglecta *sumtuaria.* » Agit de legibus Rom. sumtuariis Gellius, II, 24, qui tamen Juliam Augusto tribuit his verbis: « pustremo lex Julia ad pupulum perveuit Cæsare Augusto imperante, qua profestis quidem diebus ducenti finiuutur; Kaleudis, Idibus, Nonis, et aliis quibusdam festivis, trecenti; nuptiis autem et repotiis, HS. mille. » Nimirum, auctor legis fuit Cæsar, teste Dion. XLIII, 25. Neglectam cunfirmavit Augustus, teste eodem, LIV, 2. Vide, quæ de hac lege contra Manutium disputat Ernest. in Clav. Cicer. iud. leg. atque umnino Montesquieu, *Esprit des Lois*, VII, 1 seq. — *Si qua* præter custudes opsonia comparata fuerint, etc.

XLIV. 1. *Jam.* Ita Casaubu. Codices vel carent prima litera, vel exhibent *Nam*, quod præferunt Oudend., Ern., Wolfius: equidem vereor, ut dici queat in transitu ad argumeutum prursus diversum. Adhibetur quidem sæpe, ut Græc. γάρ, in responsiuue vel disputatiune, sententia aliqua ante subintellecta; alia res est in narratione, ubi sequentia cum superiuribus non cohærent. — *Plura.... destinabat.* De rebus, quas perficere Cæsar meditahatur, vide Plut. Cæs. 58.

esset, exstruere, repleto et complanato lacu, in[2] quo naumachiæ spectaculum ediderat, theatrumque[3] summæ magnitudinis, Tarpeio monti accubans : jus[4] civile ad certum modum redigere, atque ex immensa diffusaque legum copia, optima quæque et necessaria in paucissimos conferre libros : bibliothecas Græcas et Latinas, quas maximas posset, publicare, data M.[5] Varroni cura comparandarum ac digerendarum : siccare[6] Pomptinas paludes : emittere[7] Fucinum lacum : viam munire a mari supero per Apennini dorsum ad Tiberim usque : perfo-

2. *In quo naumachiæ*... Cf. c. 39.

3. *Theatrumque*, etc. Cf. Dio, XLIII, 49. De alio consilio, Urbem augendi, prolato pomœrio, quod tacet Suet., commemorat Dio, LIV, 26. Vide Manut. ad Cic. ad Attic. XIII, 33, et Gell. XIII, 14.

4. *Jus civile... libros.* Hujus rei periculum antea fecerat Cicero, cujus librum laudat Gell. I, 22. Verissime Heinecc. Ant. Rom. procem. § 12 : « in primis dolendum, Cæsari, huic operi quam maxime pari, per fata non licuisse tam præclare de Rom. jurisprudentia mereri. » De serioribus collectionibus, maxime de edicto perpetuo Salvii Juliani, Hadriano Imper. edito, eumdem ibid. vide, § 14 seq.

5. *M. Varroni.* De hoc Plin. Hist. Nat. VII, 31 : « M. Varronis in bibliotheca, quæ prima in orbe ab Asinio Pollione ex manubiis publicata Romæ est, unius viventis posita imago est : haud minore (ut equidem reor) gloria, principe oratore et cive ex illa ingeniorum, quæ tunc fuit, multitudine uni hanc coronam dante, quam quum eidem Magnus Pompeius piratico ex bello navalem dedit. » Errorem Ernestii, qui in Clav. Cicer. hunc Varronem (quem Cic. ad Attic. XIII, 18, πολυγραφώτατον dicit) confundit cum adolescentulo, M. Bruti Quæstore (ad Div. XIII, 10), Manutium male secutus, jure arguit Schutz. ad h. l. Ad nostrum sunt epistolæ Ciceronis, quæ continentur lib. IX ad Div. — *Publicare* in nostro et Plinii citato loco est *publici usus facere.* Privata jam Lucullo antea fuerat bibliotheca, de qua vide Plutarch. Lucull. 42. — Devictis hostibus, Cæsar animum ad artes domesticas convertit, neque firmandæ dominationi obesse putat (et is quoque profecto regnandi peritus fuit), si pro libertate ademta civibus undequaque arcessitos doctrinæ fontes recludat. Sit ea saltem Cæsari sua laus, quum sæpe libertatem ereptam apud gentes diversissima tempora sequantur.

6. *Siccare Pomptinas paludes.* Mandatum hoc ei est honoris causâ a Senatu, secundum Dion. XLIV, 5. Plut. ut proprium tantum consilium commemorat. Sæpius hæc res deinceps est tentata, semper frustra, nostræ fortasse ætati servata.

7. *Emittere Fucinum lacum*; in

dere[8] Isthmum: Dacos, qui se in Pontum et [9]Thraciam effuderant, coercere: mox [10]Parthis inferre bellum per Armeniam minorem, nec, nisi ante expertos, aggred prælio. Talia agentem atque meditantem mors prævenit: de qua priusquam dicam, ea, quæ[11] ad formam et habitum et cultum et mores, nec minus, quæ ad civilia et bellica ejus studia pertineant, non alienum erit summatim exponere.

XLV. Fuisse traditur excelsa statura, colore candido, teretibus membris, ore[1] paulo pleniore, nigris vegetisque[2] oculis, valetudine prospera; nisi quod tempore extremo repente animo[3] linqui, atque etiam per somnum

Marsis. Idem tentavit Claudius (cf. Claud. c. 20), perfecit Hadrianus.

8. *Perfodere Isthmum*. Plin. Hist. Nat. IV, 5: « perfodere navigabili alveo angustias eas tentavere Demetrius rex (Poliorcetes), Dictator Cæsar, Caius princeps (vide Calig. 21), Domitius Nero (cf. Ner. 19), infausto (ut omnium patuit exitu) incepto. » Nempe fatalem existimabant fuisse illis nefariam termini a Diis constituti destructionem. De isthmo Corinthi agitur.

9. *Et Thraciam*. Ernest. rescripsit ex uno Cod. *per Thraciam*, quoniam hæc terra peragranda erat Dacis Pontum petentibus. Sed in talibus ne optimi quidem scriptores ordinem quemdam satis sollicite servant.

10. *Mox Parthis inferre bellum*. Cf. Plut. l. c. Cæsar ipse apud Voltaire, *Mort de César*, act. I, sc. 1:

Je pars, et vais venger sur le Parthe inhumain
La honte de Crassus et du peuple romain.
L'aigle des légions, que je retiens encore,
Demande à s'envoler vers les mers du Bosphore, etc.

— *Nec nisi ante expertos* passive dixit, hoc est, postquam parvis præliis periclitatus esset, quo genere belli facillime possent vinci. Apparatus ad bellum Parthicum describit Dio, XLIII, 51. Antonius in oratione funebri apud Dion. XLIV, 46, devicto Pharnace protinus hanc expeditionem agitasse Cæsarem dicit.

11. *Quæ ad formam... pertineant: forma* ad naturalem corporis figuram, *habitus* ad modum illud habendi (*les dehors, le maintien*), *cultus* ad vestitum, *mores* ad animum, *studia* ad vitam vitæque artes.

XLV. 1. *Ore paulo pleniore;* nimirum, si cum reliquo corpore comparaveris, quod erat macilentum. Id enim notant *membra teretia*.

2. *Vegeti oculi*. Gall. *des yeux vifs, animés*, quæ nigris fere propria laus est.

3. *Animo linqui*. Nos: *perdre connaissance, s'évanouir*. — *Per somnum exterreri*: quod accidere solet vindictam oppressorum metuentibus. Jugurtha apud Sallust. 72: « interdum somno excitus arre-

exterreri solebat. Comitiali[4] quoque morbo bis inter res agendas correptus est. Circa corporis curam [5] morosior, ut non solum tonderetur diligenter ac raderetur, sed velleretur etiam, ut quidam exprobraverunt; calvitii vero deformitatem iniquissime ferret, sæpe obtrectatorum[6] jocis obnoxiam expertus. Ideoque et deficientem capillum revocare[7] a vertice assuerat, et ex omnibus decretis sibi a Senatu populoque honoribus, non[8] aliud aut recepit aut usurpavit libentius, quam jus laureæ coronæ perpetuo gestandæ. Etiam cultu notabilem ferunt. Usum enim

ptis armis tumultum facere. » Vid. Sullæ somnium apud Jouy, *Sylla*, act. IV, sc. 8; et noster Roscius Talma.

4. *Comitialis morbus.* Gallice, *épilepsie, mal caduc*, quo si quis inter habenda comitia afficeretur, populi conventus solvebatur. Hoc etiam malo tentatum quidam dicunt celeberrimum illum ducem (*Napoléon*), qui tot alia sibi cum Cæsare communia retinuit.—*Bis... correptus est*: primo Cordubæ; dein ad Thapsum, in Africa, prælium ingressurus, et quum jam exercitum ordinaret, teste Plutarcho.

5. *Morosior*, difficilior; opponitur *indifferenti* (« circa victum indifferentem, » c. 53). Ita Casaub. — *Tonderetur*; forfice: *raderetur*; novacula. — *Vellere* est pilos evellere adhibita *vulsella*, quem hominum mollium morem notat Scipio, apud Gell. VII, 12: « nam qui quotidie ungnentatus adversum speculum ornetur, cujus supercilia radantur, qui barba volsa feminibusque subvolsis ambulet.... eumne quisquam dubitet, quin idem fecerit, quod cinædi facere solent? » Martial. VIII, 47:

Pars maxillarum tonsa est tibi, pars tibi rasa est,
Pars vulsa est; unum quis putet esse caput?

Clemens Alex. Pædag. III, 11.

6. *Obtrectatorum jocis obnoxiam*, etc. Vide ad cap. 51.

7. *Revocare a vertice*; i. e. illos capillos, qui naturaliter a vertice in occipitium et cervicem inclinant, continua cura retorquere ac reducere, et compellere in priorem capitis partem, qua præcipue calvus erat. Senec. de Brev. Vit. cap. 12, « quid? illos otiosos vocas, quibus apud tonsorem multæ horæ transmittuntur, dum decerpitur, si quid proxima nocte succrevit, dum de singulis capillis in consilium itur, dum aut disjecta coma restituitur, *aut deficiens hinc atque illinc in frontem compellitur?* » Schulting. conjiciebat, *in verticem*, quod probavit Ernest. Repugnat locus Senecæ laudatus.

8. *Non aliud*, οὐδὲν ἄλλο, et sæpissime *nihil aliud*, noto neutrius usu. Male alii correxerunt, *non alium*. — *Laureæ coronæ*. Vox *coronæ* a multis omittitur, ut cap. 2. Ceterum, de luxuria Cæsaris conferendus locus est Dionis, XLIII, 43.

lato[9] clavo ad manus fimbriato, nec[10] ut unquam aliter quam super eum cingeretur, et quidem fluxiore cinctura. Unde[11] emanasse Sullæ dictum, optimates sæpius admonentis, « ut male præcinctum puerum caverent. »

XLVI. Habitavit primo in[1] Subura modicis ædibus: post autem pontificatum maximum in Sacra via domo[2] publica. Munditiarum[3] lautitiarumque studiosissimum

9. *Lato clavo... fimbriato;* tunica laticlavia, manicas ad manus usque habente, easque fimbriatas (*ornées de franges*). Hominum erat delicatorum, tunicas gerere *manicatas* seu *chiridotas*. Gell. l. c. « qui in conviviis... *cum chiridota tunica* inferior accubuerit. » Idem, eodem cap. init.: « Tunicis uti virum prolixis ultra brachia et usque in primores manus ac prope in digitos, Romæ atque omni in Latio indecorum fuit. Eas tunicas Græco vocabulo nostri *chiridotas* appellaverunt, feminisque solis vestem longe lateque diffusam decoram existimaverunt, ad ulnas cruraque adversus oculos protegenda, etc. » Qui gerebant eas, *manuleati* dicebantur. Vide Calig. 52.

10. *Nec ut unquam... cingeretur.* Disputavere de interpretatione hujus loci viri docti plurimi, quos nominat Baumgart. Singulorum opiniones recensere longius foret. Ad veritatem proxime accedere videtur hæc interpretatio: Cingulo constringebatur toga, superjecta tunicæ, circa femora, ita ut latus clavus tunicæ, quo insigni Senatores utebantur, conspiceretur. Jam Cæsar, quum *super latum clavum*, id est, altius se cingeret, et tegebat cingulo clavum, et efficiebat, ut inferior pars togæ laxius deflueret, quæ erat *fluxior cinctura*, usitata hominibus mollibus. *Cinctus* enim, *præcinctus*, *succinctus*, i. q. expeditus, gnavus, industrius. Sic Horat. Sat. I, 3, 31, de homine morum inconditorum: « Rusticius tonso *toga defluit*. »

11. *Emanasse;* vulgatum esse Sullæ dictum, antea minus notum. Addunt alii *constat* e glossa inutili, quum præcesserit *ferunt*. De re Dio, XLIII, 43. Conf. Macrob. II, 3.

XLVI. 1. *In Subura.* Marlian. Urbis Romæ Topographia, IV, 20 (Thes. Græv. tom. III, p. 156): « Suburra, quæ inter Esquilias et Viminalem jacet, principium habuit a foro Romano sive a foro Nervæ Imp., finem vero ad clivum Suburranum, dicta, ut Junius scribit, ab eo, quod fuerit sub antiqua urbe. » Plura dat Donatus, de Urbe Roma, III, 10 (Thes. dicto vol. p. 703 seq.) Rectius scribi *Subura*, docent monumenta: cf. Oudend. — De *via Sacra* vide Panvin. Descript. Urb. Romæ (Thes. tom. III, p. 269), et Panciroll. (ibid. p. 339).

2. *Domo publica.* Dio, XLIII, 44, inter reliquos honores Cæsari decretos refert οἰκίαν, ὥστε ἐν τῷ δημοσίῳ οἰκεῖν. Pertinuisse autem ad pontificatus honores domum publicam, idem Dio dicit, LIV, 27.

3. *Munditiæ;* nobis, *délicatesse*,

multi prodiderunt: villam in [4] Nemorensi a fundamentis inchoatam, magnoque sumtu absolutam, quia non tota ad animum ei responderat, totam diruisse, quamquam tenuem adhuc et obæratum: in expeditionibus tessellata et sectilia [5] pavimenta circumtulisse.

XLVII. Britanniam [1] petisse spe margaritarum, quarum amplitudinem conferentem, interdum sua manu exegisse pondus: gemmas, toreumata, signa, tabulas operis antiqui semper animosissime comparasse: [2] servitia rectiora

godt exquis. Sallust. Jug. 63: « non Græca facundia, neque *urbanis munditiis* se exercuit. »

4. *In Nemorensi;* scil. agro, prope Ariciam, ubi Dianæ erat templum, cui a luco circumjacente *Nemoris* nomen erat. Commemorat hanc Cæsaris villam Cic. ad Attic. VI, 1: « Cæsarem *in Nemorensi* ædificando diligentiorem fore; » et XV, 4: « L. Cæsar, ut veniam ad se, rogat, *in Nemus.* » — *Quia non tota ad animum ei responderat.* Gallice, *parce qu'elle ne répondait pas exactement à son attente.*

5. *Tessellata et sectilia pavimenta. Pavimenta* h. l. sunt materia pavimentorum, quæ circumlata in expeditionibus, ubi castra ponerentur, ad ornandum prætorium artificiose componebatur. *Tessellæ* calculi erant quadrati variisque coloribus tincti, quibus solum stratum fuisse patet ex Senec. Nat. Quæst. VI, 31. *Sectilia*, λιθόστρωτα, crustæ marmoris varii coloris et formæ, et ipsæ ad artem junctæ, *emblemata vermiculata. Lithostrota* in pavimento ac solo mansisse, *tessellata* ad cameras translata et *musivi operis* nomine appellata fuisse, docet Salmas. Exerc. Plin. p. 1214, quem sequitur Græv. ad h. l. Qui plura quærit, adeat Bergier. de Publicis et Militaribus Imperii Rom. Viis, II, 12 et 21 (Thes. Græv. tom. X, p. 116 et 139), qui *tessellata* majorum lapidum, *sectilia* minorum intelligit pavimenta; Hennini not. ad Bergier. (ibid. pag. 673); Casaub. et Ernest. ad h. l.

XLVII. 1. *Britanniam*, etc. Tac. Agr. 12: « Fert Britannia aurum et argentum et alia metalla, pretium victoriæ: gignit et Oceanus margarita, sed subfusca ac liventia, etc. » Contra Cic. ad Attic. IV, 16: « etiam illud jam cognitum est, neque argenti scrupulum esse ullum in illa insula, neque ullam spem prædæ, nisi ex mancipiis. » Cf. et Plutarch. Cæs. 23.

2. *Servitia;* pro *servis*, ut sæpe. *Rectiora politioraque;* id est, in quorum forma et habitu nihil reprehendendum, nihil vitii erat. Ita Catull. Carm. X, 20:

Non possem octo homines parare *rectos;*

ubi cf. Vossius. Horat. Sat. I, 2, 82, *crus rectius;* et vs. 128, « Candida *rectaque* sit. » Eadem metaphora, infra c. 56, commentarii dicuntur *nudi, recti et venusti.* Vulgo Codices h. l. *recentiora*, quod

politioraque immenso pretio, et cujus ipsum etiam puderet, sic, ut [3] rationibus vetaret inferri.

XLVIII. Convivatum assidue per provincias duobus tricliniis; uno, quo sagati [1] palliative, altero, quo togati cum illustrioribus provinciarum discumberent. Domesticam disciplinam in parvis ac majoribus rebus diligenter adeo severeque rexit, ut pistorem, alium quam sibi panem convivis subjicientem, compedibus vinxerit; libertum gratissimum, ob adulteratam Equitis Romani uxorem, quamvis nullo querente, capitali pœna affecerit.

XLIX. Pudicitiæ ejus famam nihil [1] quidem præter Ni-

frustra defendit Casaub. mutatum ab interpp. in *decentiora*, *teretiora*, *lætiora*, *vegetiora*, *eruditiora*, *erectiora*. Ceterum, ut *rectiora* dicuntur servitia ob corporis formositatem, ita *politiora* sunt artibus exculta, literarum, carminum, saltationis perita.

3. *Rationibus*, tabulis: *livres de compte*.

XLVIII. 1. *Sagati palliative*. *Sagati* sunt milites Cæsariani alicujus dignationis, ut de cohorte prætoria; *palliati* autem comites Græci, philosophi, rhetores, quos illis temporibus illustriores Romani in comitatu suo habere solebant. Vide Cicer. pro Mil. 10. — *Togati* sunt Romani, Legati, Quæstores, tum Senatores Equitesque Rom. illustres, qui forte per provinciam iter facientes ad ipsum devertebant. Ita Ernest. ad h. l. Apud Sallust. Jug. 21, *togati* sunt, qui negotiandi aut itineris causa erant in provincia: cf. ibi Cort. *Palliati* semper Græci dicuntur: Cic. pro Rabir. Post. 9; Philipp. V, 5: « Græculi judicis, modo *palliati*, modo togati. » Ita *comœdia* vel *fabula palliata*, in qua Græcum habitum histriones gerunt.

XLIX. 1. *Nihil quidem præter Nicomedis*, etc. Quum sequentia capita continuam libidinum ejus historiam texant, *pudicitia* h. l. angustiori notione flagitia, quæ contra naturam sunt, spectat. Ita c. 2, « prostratæ regi *pudicitiæ*. » Similiter, Aug. 71, *impudicitia* distinguitur a *libidinibus*. Cf. Vespas. 13, « Licinium Mucianum, notæ *impudicitiæ*. » — De hoc *Nicomedis contubernio*, vide c. 2. Aurel. Victor, c. 82: « quum sæpe ad Nicomedem regem Bithyniæ commearet, *impudicitiæ* infamatus est. » — Putidos istos hominum cum hominibus amores tangit MONTAIGNE, *Essais*, I, 27. MONTESQUIEU, *Esprit des Lois*, XVI, 6, ubi de polygamia: « La pluralité des femmes (qui le dirait?) mène à cet amour que la nature désavoue: c'est qu'une dissolution en entraîne toujours une autre. A la révolution qui arriva à Constantinople, lorsqu'on déposa le sultan Achmet, les relations disaient que le peuple ayant pillé

comedis contubernium læsit, gravi tamen et perenni opprobrio, et ad omnium convicia exposito. Omitto Calvi[2] Licinii notissimos versus :

.... Bithynia quicquid
Et pædicator Cæsaris unquam habuit.

Prætereo actiones[3] Dolabellæ et Curionis patris, in quibus eum Dolabella « pellicem[4] reginæ, spondam interiorem regiæ lecticæ, » ac Curio « stabulum Nicomedis, » et « Bithynicum fornicem » dicunt. Missa etiam facio edicta[5] Bibuli, quibus proscripsit collegam suum « Bithynicam reginam : eique regem antea fuisse cordi, nunc esse regnum. »

« la maison du Chiaya, on n'y avait « pas trouvé une seule femme. On « dit qu'à Alger on est parvenu à « ce point, qu'on n'en a pas dans « la plupart des sérails. » Incertum nihilominus manet, qualis vere apud Græcos et Romanos res ea fuerit.

2. *Calvi Licinii*. De eo vide Cic. Brut. 81, ubi dicitur a magistris parum institutus, naturam habuisse admirabilem ad dicendum. Satyricum ejus carmen commemoratur ab eodem Cicer. ad Div. VII, 24. Erat filius Licinii Macri, a Cicerone Prætore condemnati. Plut. Cic. 9; Valer. Max. IX, 12, 7.

3. *Actiones Dolabellæ*. Dolabellam patrem, accusatum a Cæsare (cf. supra, c. 4) intelligit Ernest. Torrentius filium, qui post necem Cæsaris Consul fuit. *Actiones*, h. l. non sunt forenses, sed orationes in Senatu habitæ. Ita Cic. ad Div. I, 9 : « in illis autem meis *actionibus* sententiisque omnibus, etc. » et postea : « recreati enim boni viri consulatu tuo, et constantissimis atque optimis *actionibus* tuis excitati. » Vide Clav. Cic. in *actio*. — De *Curione patre* diximus ad cap. 9.

4. *Pellicem reginæ*, non *regis*. *Pellex* enim proprie est concubina viri, qui uxorem habet legitimam, a qua maritum ista pellicit. Nicomedem igitur Cæsar a regina uxore pelliciebat. — *Spondam interiorem*, etc. *Sponda* secund. Isidorum exterior erat pars lecti, *pluteus* autem interior. Dicitur deinde de lecto ipso, ut Virgil. Æneid. I, 697 :

... aulæis jam se regina superbis
Aurea composuit *sponda*, mediamque locavit.

H. l. *sponda interior regiæ lecticæ* pro uxore, quæ in interiore lecti parte jacebat, quod muliebria passus esse Cæsar dicebatur. Gell. VII, 12, quem locum supra jam citavimus, « qui in conviviis adolescentulus cum amatore, cum chiridota tunica *inferior* (præferendum puto *interior*, ut h. l.) accubuerit, qui non modo vinosus, sed virosus quoque sit; eumne quisquam dubitet, quin idem fecerit, quod cinædi facere solent? »

5. *Edicta Bibuli*. Vide c. 20. — *Proscribere* est *literis publicis aliquid proponere*, h. l. igitur *publice appellare*.

Quo tempore, ut M.[6] Brutus refert, Octavius etiam quidam, valetudine mentis liberius dicax, conventu maximo quum Pompeium regem appellasset, ipsum reginam salutavit. Sed C.[7] Memmius etiam, ad cyathum et vinum Nicomedi stetisse objecit, cum reliquis exoletis,[8] pleno convivio, accubantibus nonnullis urbicis negotiatoribus, quorum refert nomina. Cicero vero non contentus in quibusdam epistolis scripsisse, a satellitibus eum in cubiculum regium eductum[9], in aureo lecto, veste purpurea decubuisse, floremque ætatis a Venere orti in Bithynia contaminatum: quondam etiam in Senatu defendenti[10] Nysæ causam, filiæ Nicomedis, beneficiaque regis in se commemoranti, « Remove, inquit, istæc, oro te; quando notum est, et quid ille tibi, et quid illi tute dederis. » Gallico denique triumpho milites ejus inter[11] cetera carmina, qualia cur-

6. *M. Brutus;* sine dubio percussor Cæsaris, sed in quo libro, nescio. Varios tamen scripsisse, auctor Cicero pluribus locis: vide Clav. Cic. — De *Octavio* nihil constat, neque refert quærere de homine obscuro. — *Valetudine mentis;* cujus non bene sana mens erat.

7. *C. Memmius;* qui Prætor Cæsarem Consularem postulavit. Vide c. 23. — *Ad cyathum.... stetisse;* ad quod ministerium pueri adhibebantur nobiles iique formosi. Horat. Carm. I, 29, 7:

> Puer quis ex aula capillis
> Ad cyathum statuetur unctis?

ubi vide Mitscherlich. Plaut. Menæchm. II, 2, *cyathissare* dicit. Verba *et vinum* mihi, ut Oudend. et Wolf., e glossa venisse videntur.

8. *Pleno.* Intell. de numero, frequentia convivarum. — *Urbicis*, Romanis.

9. *Eductum;* e triclinio, vel e conclavi suo, hospitali cubiculo. Torrent. et Græv. præferunt *deductum.* — *A Venere orti.* Conf. ad cap. 6, de hac Cæsaris origine.

10. *Nysæ.* Maffei. Antiqu. Aquit. cap. 1, e nummo, cui inscriptum nomen Μούσης βασιλίσσης, probare voluit, scribendum *Musæ.* Politianus dedit lectionem *Mysæ.* Vide quæ plura de hoc nomine disputat Oudendorp. Ceterum, orationem C. Cæsaris, quam pro Bithynis dixit, commemorat Gell. V, 13, eamdemque, de qua Suetonius, dici, patet ex argumento, cujus principium Gellius dedit.

11. *Inter cetera carmina*, etc. Liv. XXXIX, 7: « carminaque a militibus ea in Imperatorem dicta, ut facile appareret, in ducem indulgentem ambitiosumque ea dici. » Vell. II, 67: « inter jocos militares.... usurpabant hunc versum, etc. » Martial. I, 5:

rum prosequentes jlocalariter canunt, etiam vulgatissimum illud pronunciaverunt:

Gallias [12] Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem.
Ecce Cæsar nunc triumphat, qui subegit Gallias:
Nicomedes non triumphat, qui subegit Cæsarem.

L. Pronum et sumtuosum in libidines fuisse, constans opinio est, plurimasque et illustres feminas corrupisse: in quibus [1] Postumiam Servii Sulpicii, Lolliam Auli Gabinii, Tertullam M. Crassi, etiam Cn. Pompeii Muciam. Nam certe Pompeio, et a Curionibus patre et filio, et a multis exprobratum est, quod, « cujus causa post tres liberos [2] exegisset uxorem, et quem gemens Ægisthum appellare consuesset, ejus postea filiam potentiæ cupiditate in matrimonium recepisset. » Sed ante alias dilexit M. Bruti matrem, [3] Serviliam: cui et proximo [4] suo consu-

Consuevere jocos vestri quoque ferre triumphi;
Materiam dictis nec pudet esse ducem.

Conf. Panvin. de Triumpho (Thes. Græv. tom. IX, pag. 1373). Acclamationes militum ad laudem imperatorum vel per jocum pronunciatas collegit Brissonius, de Formulis, IV, pag. 349 seq. De hoc nostro loco vide Dion. XLIII, 20.

12. *Gallias Cæsar subegit*, etc. Versus sunt trochaici tetrametri catalectici, de quo genere cf. Oudendorp. infra, cap. 51.

L. 1. *Postumiam;* quæ commemoratur a Cic. ad Div. IV, 2. — *Cn. Pompeii Muciam.* Vide Plutarch. Pomp. 42.

2. *Exegisset*, dimisisset, repudiasset.

3. *Serviliam;* Catonis ex matre sororem (vide Plut. Cat. 24, ubi accepisse dicitur Cæsar in Senatu Serviliæ ἐπιστόλιον ἀκόλαστον, etc.), unde multi Brutum Cæsaris filium existimarunt. Vide ad c. 82; Bayle, *dictionn. histor. et crit.* sub voc. *Servilie.*

4. *Proximo suo consulatu;* i. e. proxime insecuto, eoque primo. Nam ex Plut. loco modo cit. patet, Cæsarem Prætorem designatum turpem illam cum Servilia consuetudinem habuisse. Idem, Brut. 5, νεανίαν ἔτι illo tempore fuisse dicit. Est igitur proximus consulatus, quem paucis annis post præturam primum administravit. Ita etiam Casaub.: « Eum accipe, qui proxime tempora illa secutus est, quibus Serviliam amare cœpit. » Sic *proxima nocte*, Neron. 7, est, proxime inceptam Neronis disciplinam insecuta. Sed durior hæc ratio visa est Torrent. Ern. et Oudendorpio, qui e Cod. Ursini scribere maluerunt, « *primo* suo consulatu. » Vide Burm. ad h. l. et Gronov. ad Liv.

latu sexagies sestertio margaritam mercatus est, et bello civili super[5] alias donationes, amplissima prædia ex auctionibus hastæ nummo addixit: quum quidem, plerisque vilitatem mirantibus, facetissime Cicero, « Quo[6] melius, inquit, emtum sciatis, Tertia deducta est: » existimabatur enim Servilia etiam filiam suam Tertiam Cæsari conciliare.

LI. Ne provincialibus quidem[1] matrimoniis abstinuisse, vel hoc disticho apparet, jactato æque a militibus per Gallicum triumphum:

Urbani[2], servate uxores, mœchum calvum adducimus.
Aurum in Gallia effutuisti: at hic sumsisti mutuum.

II, 33, ubi voces *proximus* et *primus* sæpius in libris confundi ducet.

5. *Super alias donationes.* Agit de iis Dio, XLIII, 47. — *Nummo addixit.* Alii, *minimo.* Idem est *nummo*; levissimo et vilissimo pretio Serviliæ addixit. Ita Cic. pro Rabir. Post. 17: « ecquis est ex tanto populo, qui bona C. Rabirii Postumi *nummo sestertio* sibi addici velit? » Senec. Ep. XCV: « quæ maxima inter vos habentur..... *sestertia* nunc æstimanda sunt. » Cf. Ernest. in Clav. Cic. sub *addicere.* — Ante *nummo* nonnulli addunt *ei*, quod etsi sæpius a Suetonio sine necessitate adjicitur, h. l. minora nititur Codicum auctoritate, claudamque orationem reddit.

6. *Quo melius*; i. e. *vilius*, quod dant alii a glossa. In verbis Ciceronis lusus est in duplici significatione vocabulorum *tertia* scil. pars, et *Tertia*; et *deducere*, i. q. subtrahere, et tradere ad usum obscœnum. Narrat autem idem Macrob. Saturn. II, 2: « Mater M. Bruti Servilia, quum pretiosum ære parvo fundum abstulisset a Cæsare, subjiciente hastæ bona civium, non effugit dictum tale Ciceronis: *Equidem quo melius emtum sciatis, comparavit Servilia hunc fundum Tertia deducta.* Filia autem Serviliæ erat Junia Tertia, eademque C. Cassii uxor, lasciviente Dictatore tam in matrem, quam in puellam, etc. » De facetiis Ciceronis, et temerario fere ubique effundendi eas prurito, vide Plut. Cic. 5, 7, 25 seq., 38; Dion. XXXVIII, 12.

LI. 1. *Matrimoniis*; uxoribus, quas et illas æque corrupit.

2. *Urbani*, etc. De carminis genere vide ad c. 49. Solutius metrum quamvis militum αὐτοσχεδίῳ condones, tamen ex MS. Medic. *at* ante *hic* inserendum erat, quod suaserat Oudendorp. et fecit Wolf. Ille, omisso etiam *at*, conjecit *Gallias*, ut in quarto pede esset anapæstus. Dactylus in tertio, ut hic, est etiam in simili versu cap. 80. Male Ernest. duos versus non simul cantatus, sed aliis interpositis, autumat, quum Suetonius *distichon* ver-

LII. Dilexit et reginas, inter quas Eunoen Mauram, Bogudis[1] uxorem: cui maritoque ejus plurima et immensa tribuit, ut [2]Naso scripsit: sed [3]maxime Cleopatram, cum qua et convivia in primam lucem sæpe protraxit, et eadem nave thalamego pæne Æthiopia tenus Ægyptum penetravit, nisi exercitus sequi recusasset: quam denique accitam[4] in Urbem, non nisi maximis[5] honoribus præmiisque auctam remisit, filiumque natum appellare no-

sicnlos istos dicat. Ceterum, pro *effutuisti*, ante Casaub. vulgo erat: *Auro in Galliastuprum emisti*. Glossam delevit Casanb. e Codd. Illnd licentiæ militari magis convenire, notat etiam Reines. ad h. l. Sensus: Quod anrum ex ærario mntuum Romæ sumsisti numquam redditnrus, hoc in Gallia stuprandi libido absnmsit.

LII. 1. *Bogudis uxorem*. Mauritaniæ regnum divisum erat illo tempore inter Bocchnm et Bogudem. Bogud commemoratnr etiam ab Hirt. Bell. Alex. 29 et 62; Bell. Afric. 23. Plurihus de utroque agit Fabric. ad Dion. XLIII, 3, et de Bogude ad XLVIII, 45.

2. *Ut Naso scripsit*. M. Actorius Naso, quem laudavit jam cap. 9.

3. *Sed maxime Cleopatram*. Octavianus apnd Marmontel, *Cléopâtre*, act. III, sc. 3:

C'est donc là celle femme
Qui sut de César même asservir la grande âme!

Sed nt inquit Montaigne, *Essais*, II, 33, « ses plaisirs ne luy feirent « iamais desrobber nne seule mi- « nnte d'henre, ny destourner un « pas des occasions qui se pre- « sentoient ponr son aggrandisse- « ment. » Antonius apnd Voltaire, *le Triumvirat*, act. I, sc. 3:

. . . par la volupté
Le cours de ses exploits ne fut point arrêté.
Je le vis dans l'Égypte, amoureux et sévère,
Adorer Cléopâtre en immolant son frère.

— *Nave thalamego*; in qua thalami sen cubicula erant; Ægyptii navigii genus. Cf. ad h. l. interpp. in edit. Burm. — *Penetravit*; pro *penetravisset*. Ita Galb. 10: « servi... transenntem pæne *interemerunt*, nisi expressa cruciatn confessio esset. » Tacit. Ann. XVI, 32: « in amplexns occnrrentis filiæ *ruebat*, nisi interjecti lictores utrisque obstitissent. »

4. *Accitam in Urbem*. Cf. Dio, XLIII, 27. De consuetudine cum eadem in Ægypto vide Plut. Cæs. 49; Dion. XLII, 34 et 44.

5. *Maximis honoribus*. Cf. Dion. l. c. et Appian. Bell. Civ. II, 102. — *Filiumque*; Cæsarionem (cf. ad h. l. Banmgart.), qni tandem ab Augusto interfectus est: vide infra ad Aug. 17. Ceterum, sive vere Cæsarionem Cæsaris filium prodiderit omnium virornm mulier, sive falso, alii Cæsari filii non fuere, quo magis Dio, XLIII, 44, Senatus taxat adulationem, qui omnibus ejus filiis nepotibusque Imperatoris nomen æque atque ipsi decreverat. — Postea reddidi *Cæsari*, quod est in antiquis Codd., pro *Cæsaris*, quamqnam discrimen, quod in constructione voc. *similis* grammatici finxere, nullum esse scio.

mine suo passus est: quem quidem nonnulli Græcorum similem quoque Cæsari et forma et incessu tradiderunt. M. [6] Antonius, agnitum etiam ab eo, Senatui affirmavit: quæ scire C. [7] Matium et C. Oppium, reliquosque Cæsaris amicos: quorum C. Oppius, quasi plane defensione ac patrocinio res egeret, librum edidit, *Non*[8] *esse Cæsaris filium, quem Cleopatra dicat.* Helvius[9] Cinna, Tribunus plebis, plerisque confessus est, habuisse se scriptam paratamque legem, quam Cæsar ferre jussisset, quum ipse abesset, uti uxores liberorum quærendorum causa, quas et quot vellet, ducere liceret. [10] Atque ne cui dubium

6. *M. Antonius*, etc. ut officeret Octavio, adoptato Cæsaris filio. — *Agnoscere* hic est quod ad literam Gallice dicimus, « *reconnaître* un enfant. »

7. *C. Matium et C. Oppium*. Tacit. Annal. XII, 60: « C. Oppius et Cornelius Balbus primi Cæsaris opibus potuere conditiones pacis et arbitria belli tractare. Matios posthac et Vedios et cetara Equitum Rom. prævalida nomina referre, nihil attinuerit; » ubi vide Lips. Cic. ad Div. VII, 15, C. Matium suavissimum doctissimumque hominem dicit. Idem, ibid. VI, 13, Pansam, Hirtium, Balbum, Oppium, Matium, Postumium inter Cæsaris familiares nominat. Plura vide apud Lips. l. c. et in Clav. Cicer. suis locis.

8. *Non esse*, etc. *Non* deletum voluit Glareanus contra auctoris sententiam. Ad amicorum Cæsaris testimonium quum ea de re provocasset Antonius, ex ipsis iis Cæsaris amicis Oppius, ut ostenderet falso suum testimonium allegari, edito libro demonstravit, « *Non esse* Cæsaris filium, etc. » *Defensionem* ad ipsum Oppium refero ob testimonium ei obtrusum; *patrocinium* ad Octavium, cujus jura contra filium Cæsaris spurium vindicabat. Postea, pro *quem Cleopatra dicat*, al. *quem de Cleopatra dicant* scil. natum, editum.

9. *Helvius Cinna*, de cujus morte vide c. 85. — *Quas et quot vellet.* Sibi hoc privilegium postulabat Cæsar, ut haberet, qui in imperio sibi succederent, ferrique legem jusserat se absente, ad declinandam rei invidiam. Dio, XLIV, 7. Al. *vellent*, contra Dionis auctoritatem et Latini sermonis rationem, quam restituere conatus est Oudend., conjiciens, *quas quis et quot vellet*. Polygamiam apud Romanos prohibitam lege stabilire voluisse Cæsarem, falsa etiam est opinio Heinecc. Ant. Rom. I, 10, § 18. Antea in verbis, *quam Cæsar ferre jussisset*, ne quis legendum putet *ferri*, supple *se* ex antecedentibus, de quo usu vide Drakenborch. ad Liv. XXVII, 24, et Ern. ad Tacit. Hist. I, 38.

10. *Atque*; reposui, quod est in edd. ant., pro *Ac*. Al. *At*.

omnino sit, et impudicitiæ eum, et adulteriorum flagrasse infamia, Curio pater quadam eum oratione « omnium mulierum virum, et omnium virorum mulierem » appellat.

LIII. Vini [1]parcissimum ne inimici quidem negaverunt. Verbum M. Catonis est: « Unum ex omnibus Cæsarem ad evertendam Rempublicam sobrium accessisse. » Nam circa victum C. Oppius adeo indifferentem docet, ut quondam ab [2]hospite conditum oleum pro viridi appositum aspernantibus ceteris, solum etiam largius dicat appetisse, ne hospitem aut negligentiæ, aut rusticitatis videretur arguere.

LIV. [1]Abstinentiam neque in imperiis, neque in magistratibus præstitit. Ut enim quidam monumentis suis te-

LIII. 1. *Vini parcissimum*, etc. Vell. II, 41: « Magno illi Alexandro, sed *sobrio* neque iracundo, simillimus. » Eadem ea fuit Gallico Cæsari (*Napoléon*) sobrietas, et circa victum indifferentia; adeo ut, dum consulatum gessit, tenuem Primi consulis victum et brevissimam cœnam lautitiarum amantes timerent, Secundi vero consulis opimas et vere Lucullianas epulas consectarentur.

2. *Ab hospite conditum oleum*, etc. Vide Plut. Cæs. 17. Cujus locus non dubitare nos jubet, quin intelligamus cum Casaub. oleum *conditum* (penult. producta), i. e. myrrha infectum (et sic etiam intellexit Montaigne, *Essais*, II, 33, ubi rem tangit). Usus myrrhæ erat etiam in condiendo vino, ut docet Plin. Hist. Nat. XIV, 15, qui tamen ad lautissima vina myrrhæ odore condita refert. Alii, ut Burm. et Ern., intelligunt *conditum* a *condere*, ut sit oleum *vetus*, *nimis diu servatum*, quomodo interpretatus etiam Reines. ad h. l., allegans Salm. ad Simpl. pag. 22, 23, et quæ ipse notaverat ad Plutarch. Cæs. Quod vero ad firmandam hanc interpretationem dicunt, oleum myrrha conditum lautius fuisse et elegantius, nedum hospitis negligentiam et rusticitatem arguisset, id refellit Plutarchus; qui de ἀγροικίᾳ loquitur, optime sine dubio gnarus, quid sui temporis hominum palato placeret.

LIV. 1. *Abstinentiam*. Eam Valer. Max. IV, 3, et ipse opponit *avaritiæ* et *pecuniæ cupidini*. Gallice, *désintéressement*. De re conf. Dio, XLII, 49. — *Neque in imperiis, neque in magistratibus*. Ita infra, c. 75, « magistratusque aut imperia capere. » *Imperia* in provinciis gessit ubi exercitibus præfuit (erat enim *imperium* rei militaris administrandæ facultas, uti Sigon. ad Liv. XXVIII, 38); *magistratus* in Urbe. Conf. omnino Sigon. l. c., et de Ant. Jure Provinc. III, 5 et 6, p. 291 seq.

stati sunt, in Hispania [2] Proconsule et [3] a sociis pecunias accepit, emendicatas in auxilium æris alieni, et Lusitanorum quædam oppida, quamquam nec imperata detrectarent, et advenienti portas patefacerent, diripuit hostiliter. In Gallia fana templaque Deum donis referta expilavit, urbes diruit, sæpius ob prædam, quam ob delictum: unde factum, ut auro abundaret, ternisque [4] millibus nummum in libras promercale per Italiam provinciasque

2. *Proconsule;* i. e. Proconsul; antiqua dicendi forma, optimis scriptoribus usitata (vide Cort. ad Sallust. Catil. 19; Jug. 36 et 37) et repetita a Nostro, Galb. 7; coll. Tib. 3, et Neron. 40, ubi est *Proprætore*. Fuit quidem Cæsar in Hispania Proprætore, id est, ex prætura: c. 18. Sed Proconsules sæpe dicuntur, qui re vera erant Proprætores. Laudat Ernest. Manutium ad Cicer. Verr. III, 91, et de Leg. I, 20; Duker. ad Liv. XXXVII, 46, et XXXIX, 29. Wolfius prætulit alteram lectionem *a Proconsule*, ut Cæsar, sive Quæstor, sive ex prætura Hispaniæ præfectus, Proconsuli, cui succedebat, pecuniam extorserit, injecto calumniarum i. e. criminis repetundarum metu; de qua re nondum persuaderi mihi potuit, præsertim quum librarii, qui usum vocis *Proconsule* ignorabat, facillimus fuerit lapsus, repetita ultima litera ex *Hispania*.

3. *Et a sociis. Et* non est *etiam*, sed respondet sequens, et *Lusitanorum*, quomodo intellexit etiam Oudend. *Socios* auctor dicit civitates Hispaniæ socias, quibus non magis pepercit Cæsar, quam hostibus Lusitanis. Burmannus parum commode *publicanos* dici existimat, quos quidem *socios* sæpissime appellari ob societates negotiandi causa initas, satis notum (vide Burm. de Vectigal. cap. 9; Ernest. Clav. Cicer. in *socius*): ipsos eos tamen a Cæsare male habitos vix crediderit, qui ambitiosum Equites sibi adjungendi studium, quod Consul maxime ostendit (vide c. 20), reputat. — *Lusitanorum*. Vide, quæ notavimus ad c. 18.

4. *Ternisque millibus.... divideret.* Explicant Budæus (de Asse, p. 269) et Gronovius (de Sestert. p. 156) hunc locum ita, ut, quum libra argenti mille asses, auri ut decuplo gravior decem millia assium valeret, quæ, sestertio sive numo ad duos asses cum dimidio exacto, 4000 nummum effecissent, Cæsar minori pretio, quarta nempe parte remissa seu 3000 nummis, aurum vendendum dederit. Recte tamen monet Ern. Cæsaris tempore sestertium quatuor assibus æstimatum fuisse, 3000 HS. seu nummûm effecisse adeo 12000 assium, ut adeo non assium numerum, sed pondus sestertiorum in eo negotio spectatum pateat. — *Promercale dividere aurum*, est, venale, seu ad vendendum distribuere procuratoribus, et quibuscunque hoc negotium dare Cæsar voluit. Al. *divenderet*, quod jam

divideret. In primo consulatu tria millia pondo auri furatus[5] e Capitolio, tantundem inaurati æris reposuit. [6] Societates ac regna pretio dedit, ut qui uni Ptolemæo prope sex millia talentorum suo Pompeiique nomine abstulerit. Postea vero evidentissimis rapinis[7] ac sacrilegiis et onera bellorum civilium, et triumphorum ac munerum sustinuit impendia.

LV. Eloquentia militarique[1] arte aut æquavit præ-

est in voc. *promercale* et glossam sapit. Consensit Reinesius.

5. *Furatus e Capitolio.* Lucan. III, 156:

Eruitur templo multis non tactus ab annis
Romani census populi...
... tristi spoliantur templa rapina,
Pauperiorque fuit tunc primum Cæsare Roma.

Grævius ad Cic. in Vatin. 12, opera Vatinii, cui Cicero tribuit, hoc furtum peregisse Cæsarem suspicatur.

6. *Societates.* Gall., *le titre d'allié.* — *Regna pretio dedit.* Cic. ad Attic. XII, 2, de Ariarathe, qui Romam venerat, « vult, opinor, *regnum* aliquod *emere* a Cæsare. » Contra Pompeius apud Corneille, in tragœdia cognomine, act. II, sc. 2, mortem obiisse dicitur

Avec le même front qu'il *donnait les états*.

— *Ptolemæo, Auletæ*, quem a civibus regno expulsum Pompeius et Cæsar restituere receperant. Cf. Dio, XLIX, 12 seq.

7. *Rapinis ac sacrilegiis.* Dicit maxime pecunias ex ærario desumtas, quas ne quis attrectaret, exsecratione erat prohibitum. Plut. Cæsar. 35; Appian. Bell. Civ. II, 41: cf. Dio, XLI, 17, ubi vide Fabric. Quum reliqui scriptores fores ærarii effractas a Cæsare dicunt, satis lepide Cæsar ipse Bell. Civ. I, 14: « tantus repente terror invasit, ut, quum Lentulus Consul ad aperiendum ærarium venisset, ad pecuniam Pompeio ex S. C. proferendam, protinus, aperto sanctiore ærario, ex Urbe profugeret. » De ablata pecunia ipse nihil. Sed Flor. IV, 2, 21: « Ærarium quoque sanctum, quia tardius aperiebant Tribuni, jussit effringi; censumque et patrimonium populi Romani ante rapuit, quam imperium. » Secundum Plin. Hist. Nat. XXXIII, 17 (ed. Franz.), protulit tum ex ærario « laterum aureorum XXV millia, argenteorum XXXV, et in numerato HS. quadringenties; » auctore Oros. VI, 15, « auri pondo quatuor millia centum triginta quinque, argenti pondo prope DCCCC millia. » Plura de Cæsaris rapinis dat Baumgart.

LV. 1. *Eloquentia*, etc. Quintil. Inst. X, 1, 114: « C. vero Cæsar si foro tantum vacasset, non alius ex nostris contra Ciceronem nominaretur; tanta in eo vis est, id acumen, ea concitatio, ut illum eodem animo dixisse, quo bellavit, appareat; exornat tamen hæc omnia mira sermonis, cujus proprie studiosus fuit, elegantia. » Idem *vim Cæsaris* in dicendo laudat X, 2, 25, et XII, 10, 11. Auctor Dialogi de Orator. 21: « Concedamus sane C. Cæsari, ut propter magnitudinem

stantissimorum gloriam, aut excessit. Post [2]accusationem Dolabellæ haud dubie principibus patronis annumeratus est. Certe Cicero[3] ad Brutum, oratores enumerans, negat « se videre, cui Cæsar debeat cedere; aitque, eum elegantem, splendidam quoque, atque etiam magnificam ac generosam quodammodo rationem dicendi tenere: » et ad Cornelium Nepotem de eodem ita scripsit: « Quid? oratorum quem huic antepones eorum, qui nihil aliud egerunt? Quis sententiis aut acutior, aut crebrior? Quis verbis aut ornatior, aut elegantior? » Genus eloquentiæ duntaxat adolescens adhuc Strabonis[4] Cæsaris secutus videtur; cujus etiam ex oratione, quæ inscribitur *Pro Sardis*,

cogitationum et occupationes rerum minus in eloquentia effecerit, quam divinum ejus ingenium postulabat. » Ibidem Cæsaris liber *pro Samnite* commemoratur, cui *lentitudo* ac *tepor* tribuitur. Ab eodem, cap. 25, Cæsar *splendidior* dicitur. Cf. Plut. Cæs. 3. — Quod sequitur; *militarique arte*, Heinsii est emendatio, recepta a Wolfio. Codices, *Eloquentia militari, qua re* vel *quare*, unde Lips. conjecit *militarique re*, quod omnes fere editores adoptarunt. More suo Suetonius argumentum universum sequentis narrationis præmittit, et proxime agit de Cæsaris eloquentia, inde a c. 57, de arte militari. Ceterum, partam Cæsari tot laboribus gloriam æqua posteritas comparabit cum illa recentioris ætatis virtute, quam nunc ab Europa conjurata dejectam et in rupe sopitam circumfluit Oceanus.

2. *Post accusationem Dolabellæ.* Cf. cap. 4.

3. *Cicero ad Brutum*; cap. 75: « Cæsar rationem adhibens, consuetudinem vitiosam et corruptam purà et incorrupta consuetudine emendat. Itaque quum ad hanc elegantiam verborum Latinorum (quæ, etiamsi orator non sis, et sis ingenuus civis Romanus, tamen necessaria est) adjungit illa oratoria ornamenta dicendi; tum videtur tanquam tabulas bene pictas collocare in bono lumine. Hanc quum habeat præcipuam laudem in communibus, non video, cui debeat cedere. Splendidam quamdam minimeque veteratoriam rationem dicendi tenet, voce, motu, forma etiam magnifica et generosa quodammodo. » Suetonius minus accurate, forsan ex memoria, verba reddidit. Ceterum, pro *aitque*, Muller. in Sched. MSS. suadet, *additque*, quod verissimum puto.

4. *Strabonis Cæsaris;* qui Cicer. Brut. 48, « orator non vehemens, sed festivissimus » dicitur. Conf. Vell. II, 9. Oratio ejus *pro Sardis* commemoratur ab eodem Cic. de Offic. II, 14, et Divin. in Cæcil. 19. Vide Clav. Cicer. — Pro *adolescens*, alii *adolescentis*, parum commode, sive ad *Strabonis*, sive ad *eloquentiæ* retuleris.

ad verbum nonnulla transtulit in [5] Divinationem suam. Pronunciasse autem dicitur voce acuta, ardenti motu gestuque, non sine venustate. Orationes aliquas reliquit, inter quas temere quædam feruntur. *Pro*[6] *Q. Metello* non immerito Augustus existimat magis ab actuariis exceptam, male subsequentibus verba dicentis, quam ab ipso editam. Nam in quibusdam exemplaribus invenio, ne inscriptam quidem *Pro Metello*, sed, *quam scripsit Metello;* quum[7] ex persona Cæsaris sermo sit, Metellum seque adversus communium obtrectatorum criminationes purgantis. *Apud milites* quoque *in Hispania*, idem Augustus [orationem esse] vix ipsius putat: quæ tamen duplex fertur: una, quasi priore[8] habita prælio; altera, posteriore; quo

5. *In Divinationem suam*; quam habuit ante ipsam in Dolabellam actionem. Hunc autem pluribus orationibus a Cæsare petitum esse, docent Ascon. Pedian. ad orat. pro M. Scauro, et Gell. IV, 16, qui actionem ejus tertiam in Dolabellam laudat. Male inter fragmenta Cæsaris (ed. Oberlin. p. 799) liber ejus *de Divinatione* refertur. Quid sit *divinatio*, e Ciceronis in Cæcilium divinatione satis notum. Vide Gell. II, 4.

6. *Pro Q. Metello;* Tribuno pleb., de quo vide ad c. 16. Alii, sententia ea cum præcedentibus conjuncta: « ut *Pro Q. Metello*, quam non immerito, etc. » Nostrum ex optimis libris reddiderunt Oudend. et Wolf. Supple ex superioribus voc. *orationem*. Id vocabulum infra etiam post, « *in Hispania*, idem Augustus, » ejiciendum censent Gronov. Oudend. Wolf. — *Ab actuariis*, i. e. ταχυγράφους (Gall., *sténographes*), qui notis excipere solebant publice dicta, sive *notariis*, de quibus Martial. XIV, 208:

Currant verba licet, manus est velocior illis;
Nondum lingua suum, dextra peregit opus.

Plut. Cat. min. 23, σημειογράφους, eosque primum a Cicerone ad excipiendam Catonis de conjuratis orationem (de qua vide ad c. 14), institutos dicit. Plura de *actuariis* vide apud Lips. Excurs. ad Tacit. Annal. V, 4, tom. IV, pag. 451 Editionis hujus nostræ.

7. *Quum ex persona*, etc. Hunc locum plerique male ceperunt; Lipsius adeo legi voluit, *ex persona Metelli;* prorsus contra auctoris sententiam, quæ ita se habet: Falsa illa est inscriptio, *quam scripsit Metello*. Ita enim in ea Metellus verba fecisset, auctore orationis Cæsare, *quum*, i. e. quum tamen ex persona Cæsaris sermo sit, quum Cæsar ipse suo nomine in ea pro Metello loquatur. Verum vidit Oudendorp.

8. *Priore.... prælio;* ad Ilerdam, contra Petreium et Afranium (vide cap. 34). *Posteriore;* ad Mundam

Asinius Pollio ne tempus quidem concionandi habuisse eum dicit, subita hostium incursione.

LVI. Reliquit et rerum suarum commentarios, Gallici civilisque belli Pompeiani. Nam [1] Alexandrini, Africique et Hispaniensis, incertus auctor est. Alii Oppium putant, alii Hirtium; qui etiam Gallici [2] belli novissimum imperfectumque librum suppleverit. De commentariis Cicero in eodem [3] Bruto sic refert: « Commentarios scripsit, valde quidem probandos: nudi sunt, recti et venusti, omni ornatu orationis, tanquam veste [4] detracta: sed dum voluit, alios habere parata, unde sumerent, qui vellent scribere historiam, ineptis gratum fortasse fecit, qui illa volent calamistris [5] inurere, sanos quidem homines a scribendo deterruit. » De iisdem commentariis [6] Hirtius

(cap. 36). — De *Asinio Pollione* conf. ad cap. 30.

LVI. 1. *Nam Alexandrini .... incertus auctor est.* Vide quæ notata dedimus ante singula hæc bella, in Edit. hujus Cæsare, tom. II, coll. Voss. de Histor. Lat.

2. *Gallici belli novissimum.* Cf. Dodwell. Dissertat. de auctore libri VIII de Bell. Gall. (Cæs. tom. I, pag. 398 Edition. nostræ). — Pro *suppleverit.* Muller. in Observ. legendum censet *supplevit*, quum ex sequentibus, *De iisdem commentariis Hirtius ita prædicat*, auctorem de Hirtio non dubitasse pateat. At h. l. scriptor in recensendis aliorum opinionibus adhuc versatur; suam in sequentibus prodit.

3. *Bruto.* Ita scribendum visum est Torrent., Casaub., aliisque, et edidere Gronov., Burmann., Oudendorpius, pro *libro.* Codicum auctoritatem laudat Oudend. Ceterum, locus exstat Brut. 75, statim post supra excitatum (cap. 55).

4. *Detracta.* Multi hic et in Ciceronis loco contra libros edunt *detracto*, ex vulgari syntaxeos regula. Sed rarius dicendi genus defendit Oudend. locis Cornel. Nep. Themist. 7, « nam illorum urbem ut propugnaculum esse *oppositum* barbaris; » Liv. I, 21, « castra, non urbem, *positam* in medio. » Plura exempla dant interpretes ad l. c., et grammatici ad figuram, quam Zeugma appellant. Postea, pro *parata*, al. *paratam*.

5. *Calamistris inurere.* Ita infra, Aug. 86, Mæcenatis dicuntur *cincinni*, quos auctor Dial. de Orator. 26, « *calamistros* Mæcenatis » dicit, i. e. verba comta, ad nitorem et decorem artificiose efformata.

6. *Hirtius*; in præfat. ad libr. VIII de Bell. Gall. Ibi postea *perfecerit* pro *perscripserit*, quod habet Noster. De re Plin. Hist. Nat. VII, 25: « Animi vigore præstantissimum

ita prædicat : « Adeo probantur omnium judicio, ut prærepta, non præbita, facultas scriptoribus videatur. Cujus tamen rei major nostra, quam reliquorum, est admiratio. Ceteri enim, quam bene atque emendate, nos etiam, quam facile atque celeriter eos perscripserit, scimus. » Pollio[7] Asinius, parum diligenter, parumque integra veritate compositos, putat, quum Cæsar pleraque et quæ per alios erant gesta temere crediderit, et quæ per se, vel consulto, vel etiam memoria lapsus, perperam ediderit : existimatque, rescripturum et correcturum fuisse.

arbitror genitum C. Cæsarem Dictatorem. Nec virtutem constantiamque nunc commemoro, nec sublimitatem omnium capacem, quæ cælo continentur; sed proprium vigorem celeritatemque quodam igne volucrem. Scribere aut legere, simul dictare et audire solitum accepimus; epistolas vero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare, aut, si nihil aliud ageret, septenas. »

7. *Pollio Asinius, parum diligenter*, etc. De hoc Pollionis judicio conf. Bayle, *Dictionn. hist. et crit*, sub voc. *César*, not. G, qui sic ipse commentarios istos examinat : « Ce « ne sont proprement que des mé« moires. On y trouve une grande « netteté de style, et toutes les « beautés négligées qu'un génie « aussi heureux que celui de Jules « César pouvait répandre dans un « ouvrage de cette nature, qu'il com« posait à la hâte et sans artifice. » Et paulo post : « Je m'assure qu'il « y a peu de partisans de l'anti« quité assez prévenus pour soute« nir que les mémoires du duc de « La Rochefoucaut ne sont pas « meilleurs que ceux de César. » Eumdem ibidem vide, not. S. Adde Montaigne, antiquitatis peritissimum judicem, cujus hæc est sententia, *Essais*, II, 10 : « . . . Cæsar « singulierement me semble meri« ter qu'on l'estudie, non pour la « science de l'histoire seulement, « mais pour lui-mesme : tant il a « de perfection et d'excellence par « dessus touts les aultres, quoyque « Salluste soit du nombre. Certes, « ie lis cet aucteur avec un peu plus « de reverence et de respect qu'on « ne lit les humains ouvrages; tan« tost le considerant luy mesme par « ses actions et le miracle de sa « grandeur; tantost la pureté et « inimitable polissure de son lan« guage, qui a surpassé non seu« lement touts les historiens, com« me dict Cicero, mais à l'adven« ture Cicero mesme : avecques tant « de sincerité en ses iugements, par« lant de ses ennemis, que, sauf les « faulses couleurs de quoy il veult « couvrir sa mauvaise cause et l'or« dure de sa pestilente ambition; ie « pense qu'en cela seul on y puisse « trouver à redire, qu'il a esté trop « espargnant à parler de soi; car « tant de grandes choses ne peuvent

Reliquit et *De* [8] *Analogia* libros duos, et [9] *Anticatones* totidem, ac præterea poema [10], quod inscribitur *Iter*. Quorum librorum primos in transitu Alpium, quum ex citeriore Gallia, conventibus peractis, ad exercitum rediret; sequentes sub tempus Mundensis prælii fecit; novissimum, dum ab Urbe in Hispaniam ulteriorem quarto [11] et vicesimo die pervenit. Epistolæ quoque ejus ad Senatum exstant, quas primus videtur ad [12] paginas et formam

« avoir esté executees par luy, qu'il « n'y soit allé beaucoup plus du sien « qu'il n'y en met. »

8. *De Analogia*. Gell. I, 10: «atque id, quod a Cæsare, excellentis ingenii ac prudentiæ viro, in primo *de Analogia* libro scriptum est, etc.» Idem, IV, 16: «C. Cæsar... in libris quoque *Analogicis* omnia istiusmodi (*ornatu*, *dominatu*, aliosque dativos quartæ declinationis) sine litera *i* dicenda censet;» IX, 14: «C. Cæsar in libro *de Analogia* secundo *hujus die* et *hujus specie* dicendum putat;» XIX, 8: «C. Cæsar ille, perpetuus Dictator... vir ingenii præcellentis, sermonis præter alios suæ ætatis castissimi, in libris, *quos ad M. Ciceronem de Analogia conscripsit*, etc.» Laudantur iidem libri a Cicer. Brut. 72; Quintil. Inst. I, 7, 34; Macrob. Saturn. I, 5. Exstitisse eos adhuc sæculo XV, Mullerus, Observ. p. 6, probat ex Æneæ Sylvii libro, de Educatione Liberorum (ep. 431), ubi plura inde loca citantur, in scriptis antiquis non obvia.

9. *Anticatones*; quos opposuit Ciceroni, qui laudem Catonis conscripserat. Cic. ad Attic. XII, 40: «qualis futura sit Cæsaris vituperatio contra laudationem meam, perspexi ex eo libro, quem Hirtius ad me misit, in quo colligit vitia Catonis, sed cum maximis laudibus meis.» Et sæpius in iisdem epist. laudantur. Adde Tacit. Ann. IV, 34; Quintil. Instit. III, 7, 28; Gell. IV, 16. Græca loca dat Baumgart. Ceterum, duobus istis libris *Anticato* proprie nomen fuit, unde legendum hic, «et *Anticatonis* totidem,» opinatur Muller. d. l. Sed alterum, *Anticatones*, præter quam quod eleganter de duobus dici potuerit, tuetur Juvenal. VI, 338.

10. *Poema*... *Iter*. De reliquis ejus poematibus vide nos (Cæsar. tom. IV, pag. 27 hujus Edit.).

11. *Quarto et vicesimo die*. Casaub. legendum censet *septimo et vicesimo die*, ex Strabon. III, 4 (ed. Siebenk. tom. I, p. 429), refutatus a Baumgart. quem vide.

12. *Ad paginas*; i. e. complicatas, ita ut plures fierent paginæ, quales sunt librorum nostrorum, unde epistolæ etiam *libelli* dictæ sunt et *codicilli*. Tales antea fuerant *libri memoriales* seu *diaria* (Gall., *journal*), privato usui destinata. Epistolæ publicæ scriptæ fuerant *transversa charta*, quod recte Guiet., «du haut en bas du papier;» Ernest., in *forma patente*, i. e. ut versus super omnem chartam transverse dirigantur, eaque

memorialis libelli convertisse, quum antea Consules et duces nonnisi transversa charta scriptas mitterent. Exstant et ad Ciceronem, item ad familiares domesticis de rebus : in quibus si qua occultius perferenda erant, per notas [13] scripsit, id est, sic structo literarum ordine, ut nullum verbum effici posset : quæ si quis investigare [14] et persequi velit, quartam elementorum literam, id est, *d* pro *a*, et perinde reliquas commutet. Feruntur et a puero et ab adolescentulo quædam scripta; ut *Laudes Herculis*, Tragœdia *OEdipus*, item *Dicta* [15] *collectanea*. Quos omnes

postea convolvatur. Quam Casaub. et Bremius daut interpretationem, ut *ad paginas* sit *ad marginem*, ea huic loco non convenit : nam de *totis* epistolis sermo est, quas profecto non scripsit ad marginem; non de aliqua epistolæ parte, quæ, impleta pagina, superesset. — Quæ restant Cæsaris epistolas collegimus in Edit. nostra (Cæs. tom. IV, init.). Laudat eas Appian. Bell. Civ. II, 79, moremque per epistolas seu codicillos in Urbe etiam cum amicis res communicandi, a Cæsare inventum dicit Plutarch. Cæs. 17.

13. *Per notas*. Gell. XVII, 9: « Libri sunt epistolarum C. Cæsaris ad C. Oppium et Balbum Cornelium, qui res ejus absentis curabant. In his epistolis, quibusdam in locis inveniuntur literæ singulariæ sine coagmentis syllabarum; quas tu putes positas incondite; nam verba ex his literis confici nulla possunt. Erat autem conventum inter eos clandestinum de commutando situ literarum; ut in scripto quidem alia aliæ locum et nomen teneret, sed in legendo locus cuique suus et potestas restitueretur; quænam vero litera pro qua scriberetur, ante iis, sicut dixi, complacebat, qui hanc scribendi latebram parabant. Est adeo Probi grammatici commentarius satis curiose factus de occulta literarum significatione epistolarum C. Cæsaris scriptarum. » Cf. Dio, XL, 9. Augusti simile commentum narrant Noster, Aug. 88, et Dio, LI, 3. Has epistolas dicimus *lettres chiffrées*, quo scripturæ modo etiam nunc utuntur, qui de rebus publicis gravioribus inter se communicant.

14. *Investigare et persequi velit;* id est, arcanum sensum indagando eruere, scripta ordine perlegere; Gallice, *déchiffrer :* vide Casaub. Postea dedi *velit* cum Bipont. ex Ernest. correctione. Alii, *volet*. Si stat Codd. scriptura *vellet*, infra legendum *commutaret*.

15. *Dicta collectanea*. Haud dubie sunt ἀποφθέγματα illa, quorum volumina confecisse Cæsarem, auctor Cic. ad Pætum (ad Div. IX, 16). Ejusmodi collectiones haud repente confiunt; quam inceperat igitur adolescens, Cæsar deinceps continuavit, novisque, quæ notatu digna vel audivisset, vel legisset, auxit. Sic etiam sentit Burmann.

libellos vetuit Augustus publicari, in epistola, quam brevem admodum ac simplicem ad Pompeium[16] Macrum, cui ordinandas bibliothecas delegaverat, misit.

LVII. Armorum[1] et equitandi peritissimus, laboris ultra fidem patiens erat: in agmine nonnunquam equo, sæpius pedibus anteibat, capite[2] detecto, seu sol, seu imber esset. Longissimas vias incredibili[3] celeritate confecit,[4] expeditus, meritoria rheda, centena passuum millia in singulos dies: si flumina morarentur, nando trajiciens, vel innixus inflatis[5] utribus, ut persæpe nuncios de se prævenerit.

16. *Pompeium Macrum*. Idemne sit, quem Prætorem commemorat Tacit. Annal. I, 72, an nostri filius, dubitat Glandorp. Onomast. Rom. pag. 694. Ad alteram tamen sententiam propendet. Idem ad nostrum scriptam existimat Ovidii eleg. 18, Amorr. lib. II. Vide Bronkhus. ad Tibull. II, 6.

LVII. 1. *Armorum et equitandi*, etc. Conf. Plut. Cæs. cap. 17 totum. — *Laboris ultra fidem*, etc. FLÉCHIER, *Oraison funèbre de Turenne* (1re *partie*), de celeberrimo eo duce : « .... il apprit l'art de « la guerre en qualité de simple « soldat, et ni l'orgueil ni la pa- « resse ne l'éloignèrent d'aucun des « emplois où la peine et l'obéissance « sont attachées. On le vit, en ce « dernier rang de la milice, ne re- « fuser aucune fatigue et ne crain- « dre aucun péril; faire par hon- « neur ce que les autres faisaient « par nécessité, etc. »

2. *Capite detecto*, etc. Idem de Hannibale Sil. Ital. I, 250,

... tum vertice nudo
Excipere insanos imbres, cælique ruinam.

3. *Incredibili celeritate*. Cic. ad Attic. VIII, 9 : « sed hoc τέρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia est. » Plena sunt scripta Cæsaris ipsius et reliquorum historicorum testimoniis de hac celeritate. Collegit ea diligenter BAYLE, *Dict. hist. et crit.* sub. voc. *César*. BOSSUET, *Oraison funèbre du prince de Condé* : « il paraît en un moment « comme un éclair dans les pays « les plus éloignés, etc. »

4. *Expeditus*; sine sarcinis, impedimentis, nota significatione. Vide Baumgart. — *Meritoria rheda*; Gallice, *voiture, chariot de louage*. Conf. Plut. Cæs. 17.

5. *Vel innixus inflatis utribus*. Liv. XXI, 27 : « Hispani, sine ulla mole, in utres vestimentis conjectis, ipsi cetris suppositis incubantes, flumen tranavere. » Curt. VII, 5, 18 : « utres quam plurimos stramentis refertos dividit; his incubantes transnavere amnem, quique primi transierant, in statione erant, dum trajicerent ceteri. » Cæs. Bell. Civ. I, 48 : « quod consuetudo eorum omnium est, ut sine utribus ad exercitum non eant. » Vide Casaub.

LVIII. In obeundis expeditionibus dubium, cautior an audentior. Exercitum neque per insidiosa itinera duxit unquam, nisi perspeculatus locorum situs; neque in Britanniam transvexit, nisi ante per [1] se portus et navigationem et accessum ad insulam explorasset. At idem, obsessione castrorum in [2] Germania nunciata, per stationes hostium Gallico habitu penetravit ad suos. A [3] Brundisio Dyrrhachium inter oppositas classes hieme transmisit; cessantibusque[4] copiis, quas subsequi jusserat, quum ad arcessendas frustra sæpe misisset, novissime[5] ipse clam

LVIII. 1. *Per se.* Cæs. Bell. Gall. IV, 21 : « Ad hæc cognoscenda, prins quam periculum faceret, idonenm esse arbitratus C. Volusenum, cum navi longa præmittit. » Sed boc non impedit, qno minus et *per se*, i. e. *ipse*, locum perspeculatus fuerit. Ex Cæsaris silentio nondum Nostrum erroris arguerim. Al. eorrexere *persæpe*, vel *per suos;* Ernest., band probabili, nt ipse ait, emendatione, « neque.... transvexit ante, quam portus et navigationem, ete. » Alii imperatori tribui dicunt, quæ per legatos administraverit. Sed ita auetor non diserte addidisset, *per se.*

2. *In Germania;* in Eburonibus. De eadem re supra Sueton. e. 25, « in Germanorum finibus. » Eutrop. etiam, VI, 14, « in Germania; » unde non corrigendum cum Ern. *in Gallia.* Solent enim scriptores finitimarum regionum nomina ut eertis finibus non discretarum permutare. Hactenus recte omnia Oudend., qui tamen errat, pro *At idem* suadens *Itidem*, quum de uno Cæsare sermo sit. Nempe Sueton. ante exemplum dederat, ubi *cautius* egerat Cæsar; nunc alia addit, ubi *audentius.* Bene igitur opponit : *At idem*, etc.

3. *A Brundisio.* Ita cap. 4, *ab Rhodo*, nbi vide not.; cap. 35, *ab Alexandria.* De trajectione in Græciam hieme facta vide ad c. 35.

4. *Cessantibusque copiis;* i. e. adventum differentibus. Ita Terent. Heautont. I, 2, 1, « baudquaquam etiam *cessant;* » ubi Calpurn., « id est, *nondum differunt adventum.* »

5. *Novissime ipse.... quam pæne obrutus fluctibus.* Rem a Cæsare in commentariis prætermissam narrat Flor. IV, 2, 37 : « positisque ad Oricum castris, qunm pars exercitus ob inopiam navium cum Antonio relicta Brundisii moram faceret, adeo impatiens erat, ut ad arcessendos eos, ardente ventis mari, nocte concubia, speculatorio navigio, solus ire tentaverit. Exstat ad trepidum tanto discrimine gubernatorem vox ipsius : *Quid times? Cæsarem vehis.* » Lucan. V, 577 sqq. ubi vide, pulcherrimam Cæsaris vocem sterili poeseos ornatu obruit :

Fisus cuncta sibi cessura pericula Cæsar,
Sperne minas, inquit, pelagi, ventoque furenti
Trade sinum. Italiam si cælo auctore recusas,
Me pete : sola tibi causa hæc est justa timoris,

noctu parvulum navigium solus obvoluto capite conscendit, neque aut, quis esset, ante detexit, aut gubernatorem cedere adversæ tempestati passus est, quam pæne obrutus fluctibus.

LIX. Ne religione quidem ulla a quoquam incepto absterritus unquam vel retardatus est. Quum[1] immolanti aufugisset hostia, profectionem adversus Scipionem et Jubam non distulit. Prolapsus[2] etiam in egressu navis, verso ad melius omine, « Teneo te, » inquit, « Africa. » Ad [3] eludendas autem vaticinationes, quibus felix et invictum in ea provincia fataliter Scipionum nomen ferebatur, despectissimum quendam ex Corneliorum genere, cui ad opprobrium vitæ Salutioni cognomen erat, in castris secum habuit.

Vectorem non nosse tuum; quem numina nunquam
Destituunt; de quo male tunc fortuna meretur
Quum post vota venit. Medias perrumpe procellas,
Tutela secure mea: cœli iste fretique,
Non puppis nostræ, labor est: hanc Cæsare pressam
A fluctu defendet onus, etc.

Conf. et Valer. Max. IX, 8, 2; Plut. Cæs. 38; Appian. Bell. Civ. II, 58; Dio, XLI, 46.

LIX. 1. *Quum... aufugisset hostia*, etc. Cic. de Divin. 24: « quid? ipse Cæsar, quum a summo haruspice moneretur, ne in Africam ante brumam transmitteret, nonne transmisit? quod ni fecisset, uno in loco omnes adversariorum copiæ convenissent. » Profectionem eam suscepit A. U. 707. De nulla Cæsaris religione conf. ad cap. 77.

2. *Prolapsus etiam*, etc. Paullo aliter Frontin. I, 12, 2: « C. Cæsar, quum forte *conscendens navem* lapsus esset, *Teneo te*, *terra mater*, inquit; qua interpretatione effecit, ut repetiturus illas, a quibus proficiscebatur, terras videretur. » Cf. Dio, XLII, 58.

3. *Ad eludendas autem vaticinationes*, etc. Cf. Plut. Cæs. 52. — *Salutioni*. Plurima de hoc cognomine, sive *Salutio*, sive *Salvito* scribendum, vel corrigendum cum Lipsio in *Salacio* (a verbo *salax*, libidinosus), vel cum Gronov. in *Salaco* aut *Salpitto*, vel cum Voss. in *Salicippius*, disputant viri docti ad h. l. et Plin. Hist. Nat. VII, 10 (ed. Franz.) et XXXV, 2, sine fructu. In priore enim loco Plinius: « Ejusdem familiæ Scipioni post eum (Scipionem Serapionem) cognomen Salutio mimus dedit; » unde patet, non nostro demum *ad opprobrium vitæ* hoc cognomen venisse, sed uni ex ejus majoribus ob oris eum mimo Salutione similitudinem. Conf. Sigon. de Nominibus Roman. (Thes. Græv. tom. II, p. 1982).

LX. Prælia[1] non tantum destinato, sed ex occasione sumebat; ac sæpe ab itinere statim, interdum spurcissimis tempestatibus, quum minime quis moturum[2] speraret: nec nisi tempore extremo ad dimicandum cunctantior factus est; quo sæpius vicisset, hoc minus experiendos casus opinans, nihilque se tantum acquisiturum victoria, quantum auferre calamitas posset. Nullum unquam hostem fudit, quin castris quoque exueret: ita nullum spatium[3] perterritis dabat. Ancipiti prælio equos dimittebat[4], et in primis suum, quo major permanendi necessitas imponeretur, auxilio fugæ erepto.

LXI. Utebatur autem equo[1] insigni, pedibus prope

LX. 1. *Prælia non tantum destinato*, etc. Ita MASCARON, *Oraison funèbre de Turenne (première partie)*, egregium ducis iugenium laudat, « soit qu'il fallût conduire des sié« ges, ou prendre promptement le « meilleur parti dans les occasions « pressantes, ou exécuter avec vi« gueur ce qui était judicieusement « résolu, etc. » *Prælia sumebat*, ut apud Tacit. Annal. II, 45: « Cherusci.... *sumsere* bellum. » Hist. II, 42: « Othoniani, quamquam dispersi, pauciores, fessi, *prælium* tamen acriter *sumsere*. »

2. *Speraret*. Codd. alii, *putaret*. Promiscuum est. Calpurn. ad Terent. Heaut. I, 1, 107: « *spero* pro *credo* usitatum est, sive de præsenti loquamur, sive de præterito. » Ita nos *espérer*, eodem sensu, quo, *s'attendre à quelque chose*.

3. *Ita nullum spatium*, etc. Lucan. I, 146:

Acer et indomitus; quo spes, quoque ira vocasset,
Ferre manum, et nunquam temerando parcere ferro.
Successus urgere suos; instare favori
Numinis, impellens quicquid sibi summa petenti
Obstaret, gaudensque viam fecisse ruina.

Cf. Cæs. B. C. III, 95; auctor Bell. Afric. 85; BAYLE, sub voc. *César*.

4. *Equos dimittebat*, Cæs. Bell. Gall. I, 25, ubi de pugna cum Helvetiis: « Cæsar primum suo, deinde omnium ex conspectu remotis equis, ut æquato omnium periculo spem fugæ tolleret, cohortatus suos, prælium commisit. » Fecit idem in summo discrimine prælio Mundensi. Flor. IV, 2, 82; Vell. II, 55.

LXI. 1. *Equo insigni*, etc. Plin. Hist. Nat. VIII, 42 (64): « nec Cæsaris Dictatoris quemquam alium recepisse dorso equus traditur, idemque humanis similes pedes priores habuisse, hac effigie locatus ante Veneris Genetricis ædem. » Ita etiam Alexandri celeber ille Bucephalus « neminem alium, quam Alexandrum, regio instratus ornatu, recepit in sedem, » ut Plin. eodem loco.

humanis, et in modum digitorum ungulis fissis: quem natum apud se quum haruspices imperium orbis terræ significare domino pronunciassent, magna cura aluit; nec patientem sessoris alterius primus ascendit: cujus etiam instar[2] pro æde Veneris Genetricis postea dedicavit.

LXII. Inclinatam[1] aciem solus sæpe restituit, obsistens fugientibus, retinensque singulos, et contortis faucibus convertens in hostem: et quidem adeo plerumque

2. *Instar*, effigiem, imaginem. -- *Veneris Genetricis.* Edidi *Genetricis* pro *Genitricis*, Burmannum secutus et Oudend. qui ad lapidum auctoritatem provocat. Ædem hanc Veneri *Genetrici* vel *Victrici* voverat ante pugnam Pharsalicam. Appian. Bell. Civ. II, 68.

LXII. 1. *Inclinatam aciem*, etc. Ita fere Bossuet, *Oraison funèbre du prince de Condé*: « Aussitôt qu'il « eut porté de rang en rang l'ar- « deur dont il était animé, on le « vit presqu'en même temps pous- « ser l'aile droite des ennemis, « soutenir la nôtre ébranlée, ral- « lier le Français à demi vaincu, « mettre en fuite l'Espagnol victo- « rieux, porter partout la terreur, « et étonner de ses regards étince- « lans ceux qui échappaient à ses « coups. » — *Ut aquilifer*, etc. ut aquilifer quem fugientem retinebat Cæsar, ipsi Cæsari cuspide comminatus sit. Factum id in prælio ad Dyrrhachium: Plutarch. Cæsar. 39. Conf. Valer. Maxim. III, 2, 19: « Quum innumerabili multitudine, et feroci impetu Nerviorum inclinari aciem suam videret, timidius pugnanti militi scutum detraxit, eoque tectus acerrime præliari cœpit: quo facto fortitudinem per totum exercitum diffudit, labentemque belli fortunam divino animi ardore restituit. Idem alio prælio legionis Martiæ aquiliferum, ineundæ fugæ gratia jam conversum, faucibus comprehensum in contrariam partem detraxit, dexteramque ad hostem tendens, *Quorsum tu*, inquit, *abis? illic sunt, cum quibus dimicamus.* Et manibus quidem unum militem, adhortatione vero tam acri omnium legionum trepidationem correxit, vincique paratas vincere docuit. » Cæsaris vocem, *Illic sunt, cum quibus dimicamus*, imitatus est *Cromwell*, de quo Voltaire, *Dictionnaire philosophique*: « Il est blessé à la ba- « taille d'York; et tandis que l'on « met le premier appareil à sa plaie, « il apprend que son général Man- « chester se retire, et que la ba- « taille est perdue. Il court à Man- « chester; il le trouve fuyant avec « quelques officiers; il le prend par « le bras, et lui dit avec un air de « confiance et de grandeur: *Vous* « *vous méprenez, milord; ce n'est* « *pas de ce côté-ci que sont les en-*

trepidos, ut aquilifer moranti se cuspide sit comminatus; alius in manu detinentis reliquerit signum.

LXIII. Non[1] minora illa constantiæ ejus, immo majora etiam, indicia fuerint. Post aciem Pharsalicam, quum, præmissis in Asiam copiis, per angustias Hellesponti vectoria navicula trajiceret, C. [2]Cassium, partis adversæ, cum decem rostratis navibus obvium sibi, neque refugit; et [3]cominus tendens, ultro ad deditionem hortatus, supplicem ad se recepit.

LXIV. Alexandriæ, circa oppugnationem pontis, eruptione hostium subita compulsus in scapham, pluribus eodem præcipitantibus, quum desiluisset in mare, nando per ducentos passus evasit ad proximam navem, elata læva, ne[1] libelli, quos tenebat, madefierent; paluda-

« *nemis.* » — Pro *detinentis*, mallem cum Burm. *retinentis.*

LXIII. 1. *Non minora... fuerint.* Totum hoc comma ab aliena manu intrusum videtur Torrentio aliisque, nescio an bene. Non solet enim auctor, ubi de eadem re agit, orationem ita interrumpere. Sed potuit hic recedere a more vulgari. Talia igitur singulorum judicio relinquenda. *Fuerint* præstat omnino vulgari *fuerunt.* Hanc et nos Galli dubitandi formam inter narrandum nonnunquam ponimus. Postea, pro *vectoria navicula*, vulg. erat *victor navicula*, quod rejectum a plerisque reddidit Burmann.

2. *C. Cassium.* Vulgo, *L. Cassium*; et sic etiam Dio, XLII, 6, ubi Xylander censet scribendum Γαΐου aut certe Λογγίνου, et nostro loco *Caium* pro vulg. *Lucium*, quum tres omnino Cassii Longini hoc tempore essent: *Quintus*, qui Hispaniæ a Cæsare præfectus ibi periit (Cæs. Bell. Civ. II, 21; Bell. Alex. 48 seq.); *Lucius*, qui et ipse in partibus erat Cæsaris ante prælium Pharsalicum (Cæs. Bell. Civ. III, 34 seq.) nostro loco igitur intelligi nequit; *Caius* denique, qui Crassi Quæstor fuerat in expeditione contra Parthos (Plut. Crass. 18, 20), Pompeianus postea præfectusque navibus Syriacis (Cæs. Bell. Civ. III, 5 et 101), quem hic intelligendum esse, probat et rerum gestarum ordo, et testimonium Appian. c. 87, 88, et præsertim c. 111. Plura vide apud Baumgart. Ceterum, Appian. 88, ipsum eum Cassium postea percussorem fuisse Cæsaris dicit; ac fuere uterque, Caius et Lucius Cassii.

3. *Et cominus tendens*; ex adverso, ut prope accederet.

LXIV. 1. *Ne libelli.... madefierent.* Cf. Plut. Cæs. 49; Dio, XLII,

mentum[2] mordicus trahens, ne spolio potiretur hostis.

LXV. Militem[1] neque a moribus, neque a fortuna probabat, sed tantum a viribus; tractabatque pari severitate

40. Oros. VI, 13: « per ducentos passus ad navem una manu elevata, qua chartas tenebat, natando pervenit. » Sed rem in dubium auctor vocat, qui non facile ad credendum inducebatur, VOLTAIRE, *Mélanges historiques* (*Fragmens sur l'histoire*, art. XI): « ... Plutarque « assure que César tout armé se « jeta dans la mer d'Alexandrie, « tenant d'une main en l'air des « papiers qu'il ne voulait pas mouil- « ler, et nageant de l'autre main. « Ne croyez pas un mot de ce conte « que vous fait Plutarque : croyez « plutôt César qui n'en dit mot dans « ses *Commentaires* (Africani Belli « scilicet auctorem intell. cap. 21), « et soyez bien sûr que quand on « se jette dans la mer, et qu'on « tient des papiers à la main, on les « mouille. »

2. *Paludamentum mordicus trahens*, etc. Dio, l. c. narrat, Cæsarem paludamentum purpureum, ne natantem deprimeret vel hostium jaculis exponeret, abjecisse atque ita nando evasisse; paludamento potitos Ægyptios ad tropæum suspendisse, quod Cæsaris fugæ monumentum crexerant, tanquam si eum ipsum peremissent. Conf. et Appian. 90. Flor. IV, 2, 59: « Inde depulsus in maria mira felicitate ad proximam classem enatavit, relicto quidem in fluctibus paludamento, seu fato, seu consilio, ut illud ingruentibus hostium telis saxisque peteretur. » — Pro *potiretur*, Cod. Memm. *poteretur*, ut Tiber. 37, *oreretur*; Claud. 13, *adoreretur*; quas formas probavit Ruhnken., auctore Wolfio ad h. l. Sed quum idem Codex alibi det *potiretur*, recte videtur Ernest. ad Tiber. 37, has formas ad librarios magis revocare, quam ad usum scriptoris, cujus nulla in libris est constantia. Idem valet de forma *desiliisset*, paullo superius in plerisque libris reperiunda, et mutata a Gronov. in *desiluisset*, ex nostri et optimi cujusque scriptoris usu.

LXV. 1. *Militem neque a moribus*, etc. *Mores*; nobis, *leur conduite, leur discipline plus* ou *moins relâchée*. Illustratur res, c. 67. Verba *a fortuna* Casaub. interpretatur *a censu*. Ita etiam Oudendorp., « *Fortuna* hic significat fortunas, censum et patrimonium, a quo legebatur miles, » laudans Cornel. Nep. Chabr. III, et Phædr. IV, 4, 8. Sic sermo esset de dilectu militum, et *probare* opponeretur τῷ *rejicere, removere a militia*. Quid, si intelligas *fortunam bellicam*, ut militibus non sua ipsorum culpa, sed adversa fortuna superatis, id non succensuerit? Vide c. 68: « Ut consolandos eos magis Imp., quam puniendos habuerit. » Coll. Cæs. B. C. III, 73. Ita Liv. XLII, 49: « ad magnum nobilemque aut *virtute* aut *fortuna* hostem; » et postea: « utrius *mentis*, utrius *fortunæ* Consulem ad bellum mittant. » *Vires* apud Nostrum ita non sunt corporis, sed animi, ut Horat. Carm. IV, 2, 22: « et *vires* animumque mo-

atque indulgentia. Non enim ubique ac semper, sed quum hostis in proximo esset, coercebat : tum maxime exactor gravissimus disciplinæ, ut neque itineris, neque prælii tempus denunciaret, sed [2] paratum et intentum momentis omnibus, quo vellet, subito educeret. Quod etiam sine causa plerumque faciebat, præcipue pluviis et festis diebus. Ac subinde, observandum [3] se admonens, repente interdiu vel nocte subtrahebat ; augebatque iter, ut serius subsequentes defatigaret.

LXVI. Fama vero hostilium copiarum perterritos non negando minuendove [1], sed insuper amplificando ementiendoque, confirmabat. Itaque quum exspectatio [2] adventus Jubæ terribilis esset, convocatis ad concionem militibus, « Scitote, » inquit, « paucissimis his diebus regem

resque Aureos educit in astra. »

2. *Sed paratum et intentum*. Sall. Jug. 46, « *Intento* atque infesto exercitu; » ubi Cort. *intentus* dicitur exercitus, qui animum in bellum, non ad omnia alia intendit. Liv. XXIV, 35 : « quam poterat maxime *intentus*, atque agmine ad omnes casus composito ibat. » — *Quo vellet, subito educeret*. Fléchier, *Oraison funèbre de Turenne* (2ᵉ *partie*) : « Il parle ; chacun « écoute ses oracles : il commande ; « chacun avec joie suit ses ordres : « il marche ; chacun croit courir à « la gloire. »

3. *Observandum se*. Nimirum jussit eos attendere ad se ipsum, observare, quid ipse ageret vel susciperet, ut repente profectum statim subsequerentur. — *Subtrahebat*, sc. *se*, proficiscebatur. — *Serius subsequentes*, tardiores, si qui inter milites essent.

LXVI. 1. *Non negando minuendove*. Idem narrat Polyæn. VIII, 23, 19.

2. *Exspectatio.... terribilis*. Conf. Appian. 96. Auctor Bell. Afric. 1 : « Quum præsertim ab incolis ejus provinciæ nunciarentur adversariorum copiæ, equitatus infinitus, legiones regiæ quatuor, levis armaturæ magna vis, Scipionis legiones decem, elephanti centum et viginti, classesque esse complures. » Ibid. c. 19, dicuntur « regia auxilia, elephantes centum et viginti, equitatusque innumerabilis, deinde legiones conscriptæ ex cujusque modi genere amplius duodecim ; » et 48, ad Scipionem profectus Juba dicitur « cum tribus legionibus, equitibusque frenatis octingentis, Numidis sine frenis peditibusque levis armaturæ grandi numero, elephantisque triginta. » In quantum verus sit hoc nostro loco copiarum numerus, vel in quantum auctus ab ipso Cæsare, ego non definierim

adfuturum cum decem legionibus, equitum triginta, levis armaturæ centum millibus, elephantis trecentis. Proinde desinant quidam quærere ultra aut opinari, mihique, qui compertum habeo, credant: aut quidem vetustissima nave[3] impositos, quocunque vento, in quascunque terras, jubebo avehi. »

LXVII. Delicta[1] neque observabat omnia, neque pro modo exsequebatur: sed desertorum ac seditiosorum et inquisitor et punitor acerrimus, connivebat in ceteris. Ac nonnunquam post magnam pugnam atque victoriam, remisso[2] officiorum munere, licentiam omnem passim lasciviendi permittebat; jactare solitus, « milites suos etiam unguentatos bene pugnare posse: » nec *milites* eos pro concione, sed blandiori nomine *commilitones* appellabat; habebatque tam cultos, ut argento et auro politis armis ornaret, simul et ad speciem[3], et quo tenaciores eorum in prælio essent metu damni. Diligebat quoque usque adeo, ut, audita clade Tituriana, barbam capillumque summi-

3. *Vetustissima nave.* Casaub. maluit dativum. Sed verbi *imponere* constructionem cum ablativo asserit Oudend. quem vide ad h. l. et ad Cæs. Bell. Civ. III, 14; Bell. Afric. 54. Possis etiam *impositos* absolute dictum censere, et jungere *vetustissima nave avehi.* — Ceterum, hoc pœnæ genus Casaub. illustrat plurimis exemplis, e quibus laudabo Plin. Panegyr. 34: « Congesti sunt in navigia raptim conquisita, ut tempestatibus dediti abirent, fugerentque vastatas delationibus terras, ac, si quem fluctus ac procellæ scopulis reservassent, hinc nuda saxa et inhospitale litus incoleret, ageret duram et anxiam vitam, relictaque post tergum totius generis humani securitate mœreret. » Heineccius autem (Ant. Rom. I, tit. 16, § 11) nostro loco non *deportationem* proprie sic dictam, inventam demum ab Augusto, suadente Livia, sed pœnam quamdam extraordinariam intelligendam esse, recte docet.

LXVII. 1. *Delicta neque observabat omnia;* neque adjiciebat in ea animum, ea non curabat, neque puniebat (id est *exsequebatur*) pro magnitudine culpæ et pœnæ iis constitutæ.

2. *Officiorum;* castrensium nempe; ut stationum, excubiarum. Milites ex oppositione dicit *passim*, i. e. sine ordine lascivientes.

3. Darius improbatur ob luxum sui exercitus, quia victus fuit: laudatur Cæsar, quia victor.

serit, nec ante demserit, quam vindicasset. Quibus[4] rebus et devotissimos sibi, et fortissimos reddidit.

LXVIII. Ingresso civile bellum Centuriones cujusque legionis singulos equites e [1] viatico suo obtulerunt; universi milites gratuitam et sine frumento stipendioque operam, quum tenuiorum [2] tutelam locupletiores in se contulissent. Neque in tam diuturno spatio quisquam omnino descivit: plerique[3] capti concessam sibi sub conditione vitam, si militare adversus eum vellent, recusarunt. Famem[4] et ceteras necessitates, non quum obsiderentur modo, sed et si alios ipsi obsiderent, tanto opere tolerabant, ut Dyrrhachina munitione Pompeius, viso genere panis[5] ex herba, quo sustinebantur, « cum feris sibi rem

4. *Quibus rebus*, etc. Fléchier, *Orais. fun. de Turenne* (2e *partie*): « Cette sagesse était la source de » tant de prospérités éclatantes. » Elle entretenait cette union des » soldats avec leur chef, qui rend » une armée invincible : elle répandait dans les troupes un esprit de » force, de courage, et de confiance, qui leur fesait tout souffrir, tout entreprendre dans l'exécution de ses desseins, etc. »

LXVIII. 1. *E viatico suo*; ex peculio, quod sibi in militia comparaverant. Horat. Epist. II, 2, 26 : Luculli miles *collecta viatica multis Ærumnis*, lassus dum noctu stertit, ad assem Perdiderat.

— De *stipendio* militum Romanorum, vide ad c. 26. — Omittendam voculam *et* post *gratuitam*, vel legendum, « *id est* sine frumento, » monet Muller. Observ. pag. 8.

2. *Tenuiorum tutelam*; pauperiorum sustentationem. Ita erat *tenuis et obæratus* supra c. 46. *Tueri* autem ita Aug. 49 : « ut... sumtus ad tuendos eos prosequendosque suppeteret. » Macrob. Saturn. II, 2 : « Interrogavit, quia sutorem sciebat, quo artificio se *tueretur*. »

3. *Plerique capti... recusarunt*. Valer. Max. III, 8, 7 : « T. Pontius pro Cæsaris partibus excubans, Scipionis præsidio interceptus, quum uno modo salus ab eo daretur, si se futurum Cn. Pompeii, generi ipsius, militem affirmasset, ita respondere non dubitavit : *Tibi quidem, Scipio, gratias ago; sed mihi uti ista conditione vitæ non est opus*. Sine ullis imaginibus nobilem animum! »

4. *Famem et ceteras necessitates*, etc. Vide, quæ præ malis istis perpessi Galli sunt, anno 1812, in bello calamitosissimo, quod nuper descripsit *le général comte* de Ségur. Quædam ex ejus libro in Excurs. ad Cæsaris vitam subjecimus.

5. *Panis ex herba*. Cæs. Bell. Civ. III, 48 : « Est etiam genus radicis inventum ab iis, qui fuerant cum Valerio, quod appellatur *chara*,

esse, » dixerit, amoverique ocius, nec cuiquam ostendi jusserit, ne patientia et pertinacia hostis animi suorum frangerentur. Quanta fortitudine dimicarint, testimonio est, quod, adverso semel apud Dyrrhachium prælio, pœnam in se ultro depoposcerunt: ut[6] consolandos eos magis imperator, quam puniendos, habuerit. Ceteris præliis, innumeras adversariorum copias, multis[7] partibus ipsi pauciores, facile superarunt. Denique una sextæ legionis cohors, præposita castello, quatuor Pompeii legiones per aliquot horas sustinuit, pæne omnis confixa multitudine hostilium sagittarum, quarum[8] centum ac

quod admixtum lacte multum inopiam levabat. Id ad similitudinem panis efficiebant. Ejus erat magna copia. Ex hoc effectos panes, quum in colloquiis Pompeiani famem nostris objectarent, vulgo in eos jaciebant, ut spem eorum minuerent. « Plin. Hist. Nat. XIX, 8, (41, ed. Franz.): « Nec non olus quoque silvestre est trium foliorum (alii, *triumphorum*, quod pertineret ad sequens comma), Divi Julii carminibus præcipue jocisque militaribus celebratum; alternis quippe versibus exprobravere, *lapsana* se vixisse apud Dyrrhachium, præmiorum parcimoniam cavillantes (in quo errat Plin.); est autem id *cyma silvestris;* « ubi cf. Hard. uti ad Cæs. l. c. not. Cl. Cuvier, nost. Ed. t. II, p. 254. Vide Plut. Cæs. 39.

6. *Ut consolandos eos*, etc. Cæs. Bell. Civ. III, 73: « Cæsar... concionem apud milites habuit, hortatusque est, Ne ea, quæ accidissent, graviter ferrent, neve his rebus terrerentur, multisque secundis præliis unum adversum, et id mediocre, opponerent, etc.» Vide Appian. cap. 63.

7. *Multis partibus ipsi pauciores*, etc. Vide quid ad Narvam duce Carolo XII Sueci ausi sunt, de qua victoria Voltaire, *Hist. de Charles XII* (part. I, cap. 11): « Toutes « les relations de ce temps-là, tous « les historiens sans exception, font « monter l'armée russe devant Narva à quatre-vingt mille combattants. Les mémoires qu'on m'a « fait tenir disent soixante, d'autres « quarante mille: quoi qu'il en soit, « il est certain que Charles n'en « avoit pas neuf mille, et que cette « journée est une de celles qui prouvent que les grandes victoires ont « souvent été remportées par le « plus petit nombre, depuis la bataille d'Arbelles. «

8. *Quarum centum ac triginta millia*, etc. Cæs. Bell. Civ. III, 53: « Millia sagittarum circiter triginta, in castellum conjecta, Cæsari renumeraverunt; » quem locum alii ex Suetonio, alii Suetonium ex Cæsare corrigendum censent. Mihi Suetonii numerus probabilior videtur, quum is quatuor legionibus omnes pharetras contra oppugnatos exonerantibus magis congruat.

triginta millia intra vallum reperta sunt. Nec mirum, si quis singulorum facta respiciat, vel Cassii Scævæ Centurionis, vel C. Acilii militis, ne de pluribus referam. Scæva[9], excusso oculo, transfixus femore et humero, centum et viginti ictibus scuto perforato, custodiam portæ commissi castelli retinuit. Acilius[10] navali ad Massiliam prælio, injecta in puppem hostium dextra, et abscisa, memorabile illud apud Græcos Cynægiri exemplum imitatus, transsiluit in navem, umbone obvios agens.

LXIX. Seditionem per decem annos Gallicis bellis nullam omnino moverunt, civilibus aliquas; sed ut celeriter ad officium[1] redierint, nec tam indulgentia ducis, quam auctoritate. Non enim cessit unquam tumultuantibus, atque etiam obviam semper iit. Et nonam quidem legionem apud[2] Placentiam, quamquam in armis adhuc esset

9. *Scæva*, etc. Cæs. l. c. « scutoque ad eum relato Scævæ Centurionis, inventa sunt in eo foramina cxx. » Vid. Flor. IV, 2, 41. Val. Max. III, 2, 23 : « Cujus capite, humero, femore saucio, et oculo eruto, scutum centum et viginti ictibus perfossum apparuit. » Lucan. VI, et sqq. ubi plura vide :

Illum tota premit moles, illum omnia tela.
Nulla fuit non certa manus, non lancea felix;
Parque novum Fortuna videt concurrere, bellum
Atque virum....
Hunc aries ferro ballistaque limine portæ
Submoveat; stat non fragilis pro Cæsare murus,
Pompeiumque tenet. Jam pectora non tegit armis;
Ac veritus credi clypeo, lævaque vacasse,
Aut culpa vixisse sua, tot vulnera belli
Solus obit, densamque ferens in pectore silvam,
Jam gradibus fessis, in quem cadat, eligit hostem, etc.
. . . .
Dictæa procul ecce manu Gortynis arundo
Tenditur in Scævam, quæ voto certior omni
In caput, atque oculi lævum descendit in orbem.
Ille moras ferri, nervorum et vincula rumpit,
Affixam vellens oculo pendente sagittam
Intrepidus, telumque suo cum lumine calcat.

Conf. et Plutarch. Cæs. 16.

10. *Acilius*, etc. Valer. Max. III, 2, 22 : « Acilius quum decimæ legionis miles pro C. Cæsaris partibus maritima pugna præliaretur, abscisa dextra, quam Massiliensium navi injecerat, læva puppim apprehendit, nec ante dimicare destitit, quam captam profundo mergeret. » Vide Plut. l. c. ubi plura ejusmodi exempla narrantur. — De *Cynægiro* conf. Herodot. VI, 114, ibique Wesseling et Valckenar.

LXIX. 1. *Redierint*. Codd. alii, *redirent*. Exempla illius usus collegit ad cap. 6 Baumgart.

2. *Apud Placentiam*. Plura de hac seditione, quæ accidit A. U. 705, post priorem ex Hispania reditum, devictis Afranio et Petreio,

Pompeius, totam cum ignominia missam [3] fecit: ægreque, post multas et supplices preces, nec nisi exacta de sontibus pœna, restituit.

LXX. Decumanos [1] autem Romæ [2], cum ingentibus minis, summoque etiam Urbis periculo, missionem et præmia flagitantes, ardente [3] tunc in Africa bello, neque adire cunctatus est, quamquam deterrentibus amicis, neque dimittere: sed [4] una voce, qua *Quirites* eos pro *militibus* appellarat, tam facile circumegit et flexit, ut ei, « milites esse, » confestim responderint, et quamvis recu-

silentio prætermissa a Cæsare in commentariis, nisi exposita fuit in parte hujus libri deperdita (vide ad c. 36, not.) dant, Dio, XLI, 26 seq. et Appian. Bell. Civ. II, 47. Postea, « quamquam in armis adhuc esset Pompeius » omnino intelligo: quamquam durante adhuc bello, ut opus esset hac legione, et inconsultius videretur, eam missam facere. Muller. in Observat. pag. 8 seq. vel legendum censet *Domitius* pro *Pompeius*, vel aliud quid, quod contineat laudem hujus legionis alias fortissimæ (Cæs. B. C. I, 45, et III, 67, 89), ut: *quamquam adhuc in armis promta* vel *promtissima esset* seu *fuisset*. Recte se vulgata lectio sensu habet; nil ergo mutandum.

3. *Missam fecit.* Cf. Dio XLI, 35; Appian. l. c. et vide Lucan. V, 237 seq.

LXX. 1. *Decumanos;* decimæ legionis milites. Ita *quintadecumani*, Tacit. Annal. I, 23; *unaetvicesimani quintanique*, cap. 31, 37; *tertiadecumani*, Hist. II, 67; *secundani*, Bell. Alex. 54. Ceterum, Decumanos præ reliquis semper militibus Cæsar distinxerat. Cæs. Bell. Gallic. I, 40. coll. Dion. XXXVIII, 47, 48; Frontin. I, 11, 3.

2. *Romæ, cum ingentibus minis... præmia flagitantes*, etc. Conf. Plut. Cæs. 51; Dio, XLII, 52 seq. Appian. Bell. Civ. II, 92; Polyæn. VIII, 23, 15; Frontin. I, 9, 4. Accidit hæc seditio A. U. 707, ante bellum Africanum.

3. *Ardente tunc in Africa bello.* Præpositionem *in* deletam mallent Burm. Oudend. Wolf. excitatis locis Liv. XXVIII, 45, « *ardere* bello *Africam;* » Flor. III, 5, « novis motibus *ardere Asiam*, » aliisque nonnullis. Sed Cic. pro Syll. 19: « Quum *arderet* acerrime *conjuratio;* » ut *ardente* apud Nostrum pro *exardescente* intelligendum sit, quomodo Tacit. Hist. II, 66, in quibusdam: « Prælium atrox *arsisset;* » Liv. IX, 10, « *in* civitate *odium et ira ardet;* » et XXXI, 11, ubi nonnulli legunt, « *flagrante bello* in Italia. »

4. *Sed una voce... appellarat.* Cf. Appian. 93; Dio, c. 53; Plutarch. Polyæn. et Frontin. l. c. Eodem modo tumultuantes milites compescuit Alexander Severus. Vide Domprid. 53.

santem ultro in Africam sint secuti : ac sic quoque seditiosissimum quemque et prædæ et agri destinati tertia parte[5] multavit.

LXXI. Studium[1] et fides erga clientes ne juveni quidem defuerunt. [2] Masintham, nobilem juvenem, quum adversus Hiempsalem regem tam enixe defendisset, ut Jubæ regis filio, in altercatione barbam invaserit, stipendiarium quoque pronunciatum et [3]abstrahentibus statim eripuit, occultavitque apud se diu : et mox, ex prætura proficiscens in Hispaniam, inter[4] officia, prosequentium fascesque lictorum, lectica sua avexit.

5. *Multavit*. De hac pœna nihil, immo diversa, Appian. et Dio. Pecuniam agrosque post bellum daturum se iis, teste utroque, Cæsar promisit, unam legionem decimam dimisit.

LXXI. 1. *Studium et fides erga clientes*. Bourdaloue, *Orais. fun. du prince de Condé* (1re *partie*), quem inter amicos fidissimum celebrat : « Servez-m'en ici de témoins, vous qui en avez fait l'épreuve : en avez-vous connu un plus fidèle, un plus sûr, un plus exact observateur des droits sacrés de l'amitié? Vous qui êtes assez heureux pour avoir été honorés de celle de ce grand homme, rappelez-en le souvenir, et dites-moi : Vous a-t-il jamais manqué? a-t-il eu de l'indifférence pour vos intérêts? s'est-il montré insensible à vos malheurs? etc. »

2. *Masintham*. Sequor Casaubonum, qui e regia stirpe ortum hunc putat; ab eo Hiempsalem (patrem Jubæ, qui postea cum Cæsare bellum gessit; Dio, XLI, 41.) *stipendia* seu tributa dari sibi voluisse; re ad Senatum relata, Masintham Romam venisse, Hiempsalem misisse filium Jubam; ibi post magnam contentionem vicisse Jubam, et Masintham pronunciatum *stipendiarium* i. e. qui certis temporibus Hiempsali *tributa* penderet, nequicquam contra nitente Cæsare. In reliquis scriptoribus de Masintha et hac re altum silentium.

3. *Abstrahentibus* vel in judicium, vel e judicio in custodiam. Ita Cic. ad Div. VII, 32 : « *trahantur* per me pedibus omnes rei; » ubi vide Cort.

4. *Inter officia prosequentium*. Prosequi solebant, cum imperio, paludatum, comitantibus lictoribus, ex Urbe proficiscentem, multi, maxime ex amicis. Liv. XLII, 49, ubi, « contrahit enim (prosequentes) non officii modo cura, sed etiam studium spectaculi, etc. » *Inter officia prosequentium* h. l. inter eos, qui officii causa prosequebantur, sive in turba prosequentium. *Lictores* Prætorem extra Urbem sex comitabantur. Cf. Rosin. Ant. Rom. VII, 42, p. 533.

LXXII. Amicos tanta semper facilitate indulgentiaque tractavit, ut C. Oppio, comitanti se per silvestre iter correptoque subita valetudine, et [1]deversoriolo, quod unum erat, [loco] cesserit, et ipse humi ac sub divo cubuerit. Jam autem rerum potens, quosdam etiam infimi generis ad amplissimos honores provexit. Quum ob id culparetur, professus est palam, « si grassatorum et sicariorum ope in tuenda sua dignitate usus esset, talibus quoque se parem gratiam relaturum. »

LXXIII. Simultates contra nullas tam graves [1]excepit unquam, ut non occasione oblata libens deponeret. C. Memmii[2], cujus asperrimis orationibus non minore acerbitate rescripserat, etiam suffragator mox in petitione consulatus fuit. C. Calvo, post famosa epigrammata de reconciliatione per amicos agenti, ultro ac prior scripsit. Valerium[3] Catullum, a quo sibi versiculis de Mamurra

LXXII. 1. *Et deversoriolo, quod unum erat*, [*loco*] *cesserit*. Hæc est Casauboni emendatio, recepta a Wolfio. Vulg.; *et in diversorio loco, quod unum erat, cesserit*, durissima verborum conjunctione et vix commodum sensum efficiente. Burm. edidit Stephani correctionem: *in diversorio, quod unum erat, loco cesserit*. Oudend. cum Heinsio dedit: *deversoriolo eo, quod unum erat, cesserit*. Reliquas virorum doctorum emendationes vide apud Burm. et Oudend., quas si augere operæ pretium esset, scriberem, mutata interpunctione: *deversorio, quod unum erat loco, cesserit*; vel, servata etiam præpositione, *in deversorio, loco quod unum erat, cesserit*, ubi præter distinctionem nihil in vulg. mutatur. Muller. Observ. p. 11, locum ita constituit: *in deversorio loco, qui unus erat, cesserit*. Vocem *locus* sensu intelligit latissimo, ut sit, quicquid continet ac servat aliquid, adeo pars etiam domus, conclave, cubiculum. Postea, pro *cubuerit*, revocandam censet veterem lectionem *accubuerit*, ex significatione primaria, quæ est *juxta cubare*. De re Plut. cf. Cæs. 17.

LXXIII. 1. *Excepit*, cepit, suscepit. Contrarium est *deponere*. Curt. VI, 10: « quid inimicitiarum credit is excepturum fuisse, si insontes lacessissem? » Cf. Oudend. ad h. l. et Cort. ad Cic. ad Div. X, 7. — Pro *nullas*, MSS. plerique *nullos*, ut *contra* præpositionis vim teneat.

2. *C. Memmii*. De hoc vide c. 23. — De Licinio *Calvo*, c. 49.

3. *Valerium Catullum, a quo sibi versiculis*, etc. Carmen est in Catullianis XXIX (nost. Ed. pag. 104):

perpetua stigmata imposita non dissimulaverat, [4] satisfacientem, eadem die adhibuit cœnæ, hospitioque [5] patris ejus, sicut consuerat, uti perseveravit.

LXXIV. Sed et in ulciscendo natura lenissimus. Piratas [1], a quibus captus est, quum in deditionem redegisset, quoniam suffixurum se cruci ante juraverat, jugulari prius jussit, deinde suffigi. Cornelio [2] Phagitæ, cujus quondam nocturnas insidias æger ac latens, ne perduceretur ad Sullam, vix præmio dato evaserat, nunquam nocere sustinuit. Philemonem, a [3] manu servum, qui

Quis hoc potest videre, quis potest pati,
Nisi impudicus, et vorax, et aleo,
Mamurram habere, quod comata Gallia
Habebat, uncti et ultima Britannia? etc.

Mamurram amaverat Cæsar, ingentibusque impensis coluerat, quam insanam libidinem et luxuriam mordet poeta. Mamurræ divitias commemorat etiam Cic. ad Att. VII, 7. Cf. Plin. H. N. XXXVI, 7: « Hic namque est Mamurra, Catulli Veronensis carminibus proscissus. »

4. *Satisfacientem*; se excusantem, deprecantem. Ita Tiber. 27; Claud. 38. Flor. IV, 12, 45, « barbarus... Cæsari *satisfecit*. » Tacit. Annal. XIII, 44: « tum, ut adsolet in amore et ira, jurgia, preces, exprobratio, *satisfactio*. » Satisfactionis formulam cf. apud Terent. Adelph. II, 1, 8.

5. *Hospitioque... uti perseveravit*; i. e. hospitium ei non renunciavit, quod fiebat formula: « Hospitio tuo non utor. » Ita Ernest. interpretatur. Scaliger ad Euseb. Chron. N° 1960, erroris Suetonium arguit, suffragante Casaub., nempe, quum scriptum sit epigramma post Cæsaris triumphos, isque brevi post Hispanicum, de cujus præda sermo, cæsus fuerit, non potuisse eum uti patris Catulli hospitio, qui domum in regione Transpadana haberet. Id Vossius ad Catull. l. c. et Coter. ad h. l. ita diluunt, ut epigramma illud ante bellum civile scriptum, Ponticam, quæ ibi commemoratur, prædam, rapinas ex Asiatica expeditione et Bithynico Nicomedis contubernio correptas, Hiberam manubias et spolia ab Hispanis Lusitanisque post Præturam capta esse dicant. His tamen non convenit magnitudo prædarum, quam Catullus in versiculis carpit, eaque excusatio scriptoris est, non interpretatio. Præferenda igitur ratio Ernestii.

LXXIV. 1. *Piratas*, etc. Vide c. 4, et conf. ad h. l. Burmann. et Baumgart — De phrasi, *in deditionem redigere*, cui h. l. Ernest. substituit *in ditionem*, vide cap. 34.

2. *Cornelio Phagitæ, cujus quondam*, etc. Vide cap. 1. *Æger*; morbo quartanæ aggravante, ut c. 1. Alii *ægre*, sine dubio per errorem.

3. *A manu servum*; i. e. amanuensem. Torrent. et alii damnant additum *servum*; Casaub. defendit loco Cic. de Orat. III, 60: « quem *servum* ille sibi habuit *ad manum*. »

necem suam per venenum inimicis promiserat, non gravius, quam simplici[4] morte, puniit. In[5] P. Clodium, Pompeiæ uxoris suæ adulterum, atque eadem de causa pollutarum cerimoniarum reum, testis citatus, negavit, se quicquam comperisse; quamvis et mater[6] Aurelia, et soror Julia, apud eosdem judices omnia ex fide retulissent: interrogatusque, cur igitur repudiasset uxorem, « Quoniam, » inquit, « meos tam suspicione, quam crimine, judico carere oportere. »

LXXV. Moderationem[1] vero clementiamque, quum in

Major est auctoritas inscriptionum, ad quam provocat Oudendorp. ubi sæpe *servus a rationibus*, *servus ab epistolis*, etc.

4. *Simplici morte.* Servi enim sub furca cæsi in crucem agi solebant. *Veneficium* autem jam legibus XII tabularum ad parricidium erat relatum; in quibus ita: « qui malum carmen incantassit, malum venenum faxit duitve, parricida esto. » Cf. Liv. Epit. XLVIII. Legem Corneliam de veneficiis commemorat Cic. pro Cluent. 56, cujus capita vide apud Sigon. de Judic. II, 31, p. 666. De hac Cæsaris in ulciscendo lenitate recte MONTAIGNE, *Essais*, II, 11: « Sans dire qui est cet aucteur « latin (Suetonium significat) qui « ose alleguer pour tesmoignage « de clemence, de seulement tuer « ceulx desquels on a esté offensé, « il est aysé à deviner qu'il est frappé des vilains et horribles exem« ples de cruauté que les tyrans ro« mains meirent en usage. Quant à « moy, en la iustice mesme, tout « ce qui est au delà de la mort « simple me semble pure cruauté; « et notamment à nous, qui deb« vrions avoir respect d'envoyer les « ames en bon estat; ce qui ne se « peult, les ayant agitees et deses« perees par torments insuppor« tables. » — Romanis fas erat servos torqueri ante supplicium, si contra dominos conspiravissent.

5. *In P. Clodium*, etc. Vide ad c. 6, et quos auctores ibi excitavimus.

6. *Mater Aurelia;* quæ maxime impuris Clodii conatibus antea obstiterat, postea, quum muliebri veste sacras cerimonias invasisset, fœdum hominem detexerat.

LXXV. 1. *Moderationem.* Vide Cæsaris epist. ad Opp. (apud Cic. ad Attic. IX, 8). — *Clementiam* ejus extollit etiam Antonius apud VOLTAIRE, *Mort de César*, act. III, sc. ult.

Il payait le service, il pardonnait l'outrage.
Vous le savez, grands dieux! vous, dont il fut l'image;
Vous, dieux, qui lui laissiez le monde à gouverner,
Vous savez si son cœur aimait à pardonner!

MONTESQUIEU, *Grandeur et Décadence*, etc. cap. XI: « César par« donna à tout le monde: mais il « me semble que la modération que « l'on montre après qu'on a tout « usurpé ne mérite pas de grandes

administratione, tum in victoria belli civilis, admirabilem exhibuit. Denunciante [2] Pompeio, pro hostibus se habiturum, qui Reipublicæ defuissent, ipse, [3] medios et neutrius partis suorum sibi numero futuros, pronunciavit. Quibus [4] autem ex commendatione Pompeii ordines dederat, potestatem transeundi ad eum omnibus fecit. Motis [5] apud Ilerdam deditionis conditionibus, quum, assiduo inter utrasque partes usu atque commercio, Afranius ac Petreius deprehensos intra castra Julianos subita pœnitentia interfecissent, admissam in se perfidiam non sustinuit imitari. Acie [6] Pharsalica proclamavit, « ut civibus

« louanges. » — *Quum*. Recepi pro *tum* cum Burm. et Oodend. quem vide.

2. *Denunciante Pompeio*, etc. Cæs. B. C. I, 33 : « Pompeios discedens ab Urbe in Senatu dixerat, eodem se habiturum loco, qui Romæ remansissent, et qui *in* castris Cæsaris fuissent. » Plut. Pomp. 61; Appian. 37; Dio, XLI, 6.

3. *Medios*; qui *neque* ad se, *neque* ad Pompeium inclinarent; qui *neutrius partis* essent. Hos sibi cautius Cæsar amicos futuros pronuntiat. Noster *infra* etiam, Ner. 2, « Consultante Cn. Pompeio de *mediis et neutram partem sequentibus*, (Cn. Domitius) solus censuit, hostium numero habendos. »

4. *Quibus autem... ordines dederat*; i. e. centurias, seu quos centuriones fecerat. Ita Cæs. Bell. Gall. VI, 40 : « centuriones, quorum nonnulli *ex inferioribus ordinibus* reliquarum legionum virtutis causa *in superiores* erant *ordines* hujus legionis transducti. » Bell. Civ. I, 3 : « multi undique ex veteribus Pompeii exercitibus spe *præmiorum atque ordinum* evocantur. » III, 53 : « quem Cæsar... *ab octavis ordinibus ad primum pilum* se transducere pronunciavit. »

5. *Motis apud Ilerdam deditionis conditionibus*; in Hispania, quum bellum gereret contra Afranium et Petreium. Auctor perfidiæ maxime Petreius. Vide Cæs. Bell. Civ. I, 75, 76, 77. — *Subita pœnitentia*; pactæ nempe deditionis.

6. *Acie Pharsalica proclamavit*, etc. Flor. IV, 2, 50 : « Voces quoque obequitantis exceptæ, altera cruenta, sed docta, et ad victoriam efficax, *Miles, faciem feri*; altera ad jactationem composita, *Parce civibus*, quum ipse sequeretur. » Locus Velleii, II, 52, ubi de eadem re sermo, mutilus est. Cf. Appian. 80. Mutuam illam cum Cæsare laudem habuit dux apud *nos* celeberrimus. Fléchier, *Orais. fun. de Turenne* (1re *partie*) : « On l'a vu, « dans la fameuse bataille des Du« nes, arracher les armes des mains « des soldats étrangers, qu'une fé« rocité *naturelle* acharnait sur les « vaincus. »

parceretur: » deincepsque nemini non suorum, quem vellet, unum partis adversæ servare concessit: nec[7] ulli perisse nisi in prælio reperiuntur, exceptis duntaxat Afranio et Fausto[8] et L. Cæsare[9] juvene; ac ne hos quidem voluntate ipsius interemtos putant: quorum tamen et priores post impetratam veniam rebellaverant; et Cæsar, libertis servisque ejus ferro et igni crudelem in modum enectis, bestias quoque ad munus populi comparatas contrucidaverat. Denique[10] tempore extremo, etiam quibus nondum ignoverat, cunctis in Italiam redire permisit, magistratusque et imperia capere. Sed[11] et statuas L. Sullæ atque

7. *Nec ulli perisse*, etc. Velleius, II, 52: « nihil illa victoria mirabilius, magnificentius, clarius fuit; quando neminem nisi acie consumtum civem patria desideravit. » Laudibus extollit hanc Cæsaris clementiam Cic. pro M. Marcello, 3; cf. pro Ligar. 6: « quis non eam victoriam probet, in qua occiderit nemo, nisi armatus? »

8. *Afranio et Fausto*. Auctor Bell. Afric. 95: « Paucis post diebus, dissensione in exercitu orta, Faustus et Afranius interficiuntur; Pompeiæ cum Fausti liberis Cæsar incolumitatem suaque omnia concessit. » Contra Flor. IV, 2, 90: « Reliqua pax incruenta, pensatumque clementia bellum. Nemo *cæsus imperio* præter Afranium; satis ignoverat semel; et Faustum Sullam; didicerat generos timere; filiamque Pompeii cum parvulis (ita legend. cum Perizon. pro *patruelibus*) ex Sulla; hic posteris cavebatur. » Eutrop. VI, 18: « Faustus, (Sullæ quondam Dictatoris filius) Pompeii gener, a Cæsare interfectus est. » Oros. VI, 16: « Cæsar Pompeii Magni nepotes filiamque Pompeiam, simulque cum his Faustum Sullam et Afranium et Petreium filium jussit occidi. » Conf. Dio, XLIII, 12.

9. *L. Cæsare*. Filius is erat L. Cæsaris, legati C. Cæsaris. Bell. Gall. VII, 65. Noster commemoratur Bell. Civ. I, 8; Dion. XLI, 5. — Jam, quod ad sortem ejus post bellum civile, diversa dant auctores. Auctor Bell. Afric. 89: « Cui (Cæsari) in itinere fit obvius L. Cæsar, et subito se ad genua projecit, vitamque sibi, nec amplius quidquam, deprecatur; cui Cæsar facile et pro sua natura, et pro instituto, concessit. » Contra Cic. ad Div. IX, 7, ubi vide Cort., « Ut audivi de L. Cæsare filio, mecum ipse: Quid hic mihi faciet patri? Itaque non desino apud istos, qui nunc dominantur, cœnitare. Quid faciam? tempori serviendum est. » Quibus ex verbis eum Cæsaris voluntate periisse apparet. Cf. Dio, XLIII, 12. Haud satis accurate de eo agit Glaudorp. Onomast. p. 424.

10. *Denique... et imperia capere*. Cf. Plutarch. Cæs. 57.

11. *Sed et statuas*, etc. Eversæ

Pompeii, a plebe disjectas, reposuit. Ac, si [12] qua posthac aut cogitarentur gravius adversus se, aut dicerentur, inhibere maluit, quam vindicare. Itaque et detectas conjurationes conventusque nocturnos non [13] ultra arguit, quam ut edicto ostenderet, esse sibi notas; et acerbe loquentibus satis habuit pro concione denunciare, ne perseverarent; Aulique [14] Cæcinæ criminosissimo libro, et Pitholai carminibus maledicentissimis laceratam [15] existimationem suam, civili animo tulit.

LXXVI. Prægravant tamen cetera facta dictaque ejus, ut et abusus dominatione, et [1] jure cæsus existimetur.

hæ fuerant, quum primum victoriam Cæsaris apud Pharsalum Romæ accepissent, auctore Dion. XLII, 18. Restitutas eas a Cæsare narrat idem, XLIII, 49; Plutarch. Cæs. 57, et Cicer. 40.

12. *Si qua... cogitarentur*, etc. Puto, hoc ad adversas de Cæsare sententias privatim prolatas pertinere, contra *dicerentur* ad orationes, carmina, aliasque, quibus animi sententiam præ se ferre quis poterat, occasiones publicas, quod patet e sequentibus, ubi *conjurationes conventusque nocturni* commemorantur, habiti a gravius adversus Cæsarem cogitantibus, et *acerbe loquentes*. Eo sensu *opinari* supra c. 66. Apud nos etiam, hac præsertim tempestate, si quis opinantibus nobis de re politica vel philosophica adversetur, nota vox est: « Cet homme *pense* mal. »

13. *Non ultra arguit*, reprehendit. — *Esse sibi notas*. Pauci Cudd. aut editi libri vett. *nota :* ceteri omnes cum interpretibus vulgatam tuentur. Cic. ad Div. V, 21 : « præter culpam et peccatum, *qua* semper caruisti; » ubi vide Cort.

14. *Auli Cæcinæ*, Volaterrani, pro quo Cicero orationem habuit. Hunc saltem intelligit Burm. cum aliis. Conf. Ern. Clav. Cicer. qui incertum se profitetur; Glandorp. Onomast. p. 175. De *libro* isto *criminosissimo* agunt epistolæ Cic. ad Div. VI, 5, 6, 7, 8. — *Pitholai*. Macrob. Sat. II, 2 : « M. Otacilius Pitholaus, quum Caninius Rebilus uno tantum die Consul fuisset (cf. ad c. 76), dixit : Ante Flamines, nunc Consules *Diales* fiunt. » Vide Glandorp. p. 649; Bentl. ad Horat. Sat. I, 10, 21, qui Pitholeontem ibi commemoratum eumdem autumat.

15. *Laceratam existimationem suam*. Eadem metaphora nos : « *déchirer* la réputation de quelqu'un. » — *Civili animo*, leniter. Tacit. Annal. IV, 21 : « quæ in præsens Tiberius *civiliter* habuit. » Et II, 34 : « Tiberius hactenus indulgere matri *civile* ratus. » Eutrop. VII, 5 : « *civilissime* vixit. » Conf. Casaub. ad Aug. 51.

LXXVI. 1. *Et jure cæsus existimetur*. De Cæsaris nece vide quæ disputat in Excurs. ad August. amicus nobis H. J. Rouxelle.

Non[2] enim honores modo nimios recepit, ut continuum consulatum, perpetuam dictaturam, præfecturamque morum[3], insuper prænomen[4] Imperatoris, cognomen Patris[5] patriæ, statuam[6] inter reges, suggestum[7] in orchestra; sed et ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est: sedem[8] auream in Curia et pro tribunali,

2. *Non enim honores modo nimios*, etc. De honoribus Cæsari tributis cf. Plut. Cæs. 57; Appian. 106; Dio, XLII, 20, et XLIII, 14. — Consulatum primum Cæsar gesserat A. U. 695, cum Bibulo (vide cap. 20), alterum cum Servilio Isaurico, A. U. 706: (cap. 35). Tertium consulatum ingressus est A. U. 708, cum Lepido (Dio, XLIII, 1), quo anno, teste Dion. XLIII, 45, *ὕπατον αὐτὸν ἐπὶ δέκα ἔτη προεχειρίσαντο*, quem *continuum* consulatum, i. e. qui per plures annos continuaretur, Suetonius dicit, distinguens a *perpetua* dictatura. *Dictator* autem primum factus fuerat post reditum ex Hispania, devictis Afranio et Petreio (vide ad c. 35). Secunda dictatura delata ei est anno sequenti post victoriam Pharsalicam (Dio, XLII, 21), ubi Magistrum equitum assumsit M. Antonium. In decem annos eam accepit A. U. 708, auctore Dione, XLIII, 14; tandem perpetuam, XLIV, 8. Vide ad h. l. Baumgart.

3. *Præfecturamque morum*. Ita Cic. ad Div. IX, 15: « quamdiu hic erit noster hic *præfectus moribus*. » Cf. Dio, XLIII, 14, ibique Fabric.

4. *Prænomen Imperatoris*. Quod nomen antea duces ob res bello bene gestas a militibus accipere soliti fuerant, Cæsar etiam prius eo sensu gesserat, et sequentes Cæsares ob victorias vel ipsi sumserunt (quomodo Augustus in lapide, *Imperator vicies appellatur*), vel in duces contulerunt (vide Lips. ad Tacit. Annal. III, 74), sed ita, ut nomini semper subjiceretur; ab hoc autem tempore nomen istud summum imperium ac regnum notare cœpit, prænominis loco usurpatum. Cf. Dio, XLIII, 44, et Casaub. ad h. l.

5. *Cognomen Patris patriæ*; quod Cicero antea tulerat post disjectam conjurationem Catilinariam. Appian. Bell. Civ. II, 7, ubi plura de hoc nomine dicit. Cæsari tributum illud referunt Dio, XLIV, 4; Appian. II, 106; Flor. IV, 2, 91. In nummis etiam legitur *Cæsar Parens patriæ*. Vide Fabric. ad Dion. l. c.

6. *Statuam inter reges*. Conf. Dio, XLIII, 45. Talis constituta etiam fuerat Bruto, primo Consuli. Dio, ibid.; Plut. Brut. 1.

7. *Suggestum in orchestra*; ubi sedes erant Senatorum (vide c. 39) datæ iis a P. Cornelio Scipione majore, Consule A. U. 559. Conf. Liv. XXXIV, 54. *Suggestus* ille Imperatorum (de quo videndus etiam Plin. Paneg. 51) dicitur *cubiculum* Ner. 12; *papilio* (unde nos *pavillon*) a Lamprid. in Alex. Sev. 51, 61, et Spartian. in Pesc. Nigr. 11. Plura apud Bulenger. de Circo Rom. c. 34 (Thes. Græv. tom. VIII, p. 666).

8. *Sedem auream*. Cf. Dio, XLIV, 6. — *Et pro tribunali*; in foro nem-

tensam et ferculum Circensi pompa, [9] templa, aras, simulacra juxta Deos, [10] pulvinar, Flaminem, [11] Lupercos, appellationem mensis e suo nomine. Ac [12] nullos non honores ad libidinem cepit, et dedit. Tertium et quartum consulatum titulo tenus gessit, contentus dictaturæ potestate, decretæ cum consulatibus simul: atque [13] utroque

pe. Cic. Philipp. II, 14: « Sedebat *in rostris* collega tuus, amictus toga purpurea, *in sella aurea*, coronatus. » — *Tensam et ferculum;* quibus in pompa Circensi, cujus descriptionem vide apud Dionys. VII, 72, Deorum simulacra transvehebantur. *Tensa;* Glossar. ἅμα θεῶν· Diomed. *deorum vehiculum*. Dicitur auctore Ascon. *a tensis loris*. Vide Scheffer. de Re Vehic. II, 24. *Ferculum* autem vehiculi pulpitum, cui simulacra Deorum imponebantur, ut Aeron. docet.

9. *Templa*. Cf. Dio, XLIV, 6, Appian. 106. — *Simulacra juxta Deos*. Dio, XLIII, 14, et XLIV, 4. Flor. IV, 2, 91: « circa templa imagines; in theatro distincta radiis corona. »

10. *Pulvinar*. Proprie erat lectus, in quo simulacrum alicujus Dei accumbebat, qui divinus honos nunc Cæsari etiam datus. — *Flaminem*. Fuerant Flamines antea Dialis, Martialis, Quirinalis. Cic. Philipp. II, 43: « Quem is majorem honorem consecutus erat, quam ut haberet pulvinar, simulacrum, fastigium (de quo vide ad c. 81), Flaminem? Est ergo Flamen, ut Jovi, ut Marti, ut Quirino, sic Divo Julio M. Antonius? »

11. *Lupercos*. Duæ antea fuerant *Lupercorum*, i. e. sacerdotum Panis, sodalitates, nempe *Fabianorum* et *Quintilianorum*, de quibus Festus. Tertia addita *Lupercorum Julianorum*. Dio, XLIV, 6. — *Appellationem mensis*, etc. Macrob. Saturn. I, 12: « (Quintilis) postea in honorem Julii Cæsaris Dictatoris, legem ferente M. Antonio M. filio Consule, Julius appellatus est; quod hoc mense a. d. III Idus Quintiles Julius procreatus sit. » Adde Flor. IV, 2, 91, et quos ad h. l. citat Baumgart.

12. *Ac n. n. honores*, etc. Codd. alii, *non nullos*, probante Wolf. et sane est verius, quum significare videatur aliud, *quotquot omnes* fuerunt honores Cæsarem amicis suis ad libidinem dedisse. Stare tamen potest, haud optima quidem constructione, modo ne verbum presseris, et *cepit* ad superiora, ubi omnes fere magistratus enumerantur, *dedit* ad sequentia retuleris, quomodo sensit etiam Mullerus, in sched. MSS. Ceterum, quod ad rem attinet, M. Antonium ita Magistrum Equitum fecit Cæsar, et Dolabellam Consulem, neque ipsum Prætura functum; M. Lepidum triumpho ornavit, eumdemque Consulem et Magistr. Equit. fecit. De licentia Cæsaris in capiendis dandisque honoribus prolixius agit Dio, XLIII, 46 seq.

13. *Atque utroque anno*, etc. Vide quæ Pighius disputat de hoc

anno binos Consules substituit sibi in ternos novissimos menses; ita [14] ut medio tempore comitia nulla habuerit, præter Tribunorum et Ædilium plebis; [15] Præfectosque pro Prætoribus constituerit, qui præsente [16] se res urbanas administrarent. Pridie autem Kalendas Januarias repentina Consulis morte cessantem honorem [17] in paucas horas petenti dedit. Eadem licentia, spreto patriæ more, magistratus in [18] plures annos ordinavit: decem prætoriis

loco, in Annal. tom. III, p. 457, et conf. Baumgart.

14. *Ita ut... comitia nulla habuerit.* Toto eo tempore, quo, victo Pompeio, Ægypti, Ponti, et Africæ bellis Cæsar distinebatur, nulla pæne habita comitiorum ratio, ac ne bello quidem Hispaniensi; sed Magistri Equitum, primum Antonius, postea Lepidus, absente Cæsare res urbanas administrarunt.

15. *Præfectosque*, etc. Auctore Dion. Cæsar quum contra Pompeii liberos in Hispaniam proficisceretur, Urbis custodiam Lepido commendavit, ut una cum Præfectis, quos πολιανόμους vocat, vel octo, vel sex (neque enim de numero satis constat), res interea administraret. De *Præfectis Urbi*, seu *feriarum Latinarum*, i. e. feriarum Latinarum causa creatis, ut absentium Consulum vices gererent, cf. Tacit. Annal. VI, 11, et interpr. ad h. l.; de magistratu novo, hoc omnino inde a Cæsaris tempore creari solito, Rosin. Ant. Rom. VII, 14, pag. 504.

16. *Præsente se*. Dio, XLIII, 48, ἐν τῇ ἀποδημίᾳ τῇ τοῦ Καίσαρος, unde nullus dubito, quin corrigendum sit vel cum Torrentio *absente se*; vel cum Lips. *pro se*; vel, quod malim, *pro absente se*. Fabric. ad Dion. XLIII, 28, nostrum locum ita excitat: « qui *pro* præsente se, etc. » sine dubio ex conjectura. Perizon. suasit *proficiscente se* (quod esse deberet *profecto se*); Burm. *præscribente se*; Ern. *præeunte se*, i. e. ad præscriptum suum; Oudend. *præsentes*; Bremi, *etiam præsente se*, diversa prorsus a ceteris interpretibus sententia ideo novum et singulare institutum ab auctore memorari opinatus, quod, quum antea absentium magistratuum munera Præfecti Urbi administravissent, hi præsente etiam Cæsare electi fuissent. Meliora eum docere poterat Dio. Reinesius ad marg. loci nostri excitat Cic. ad Div. VI, 8, ubi: « quod omnibus in rebus perspexeram, quæ Balbus et Oppius absente Cæsare egissent, ea solere illi rata esse. » Haud puto tamen, hos ipsos *Præfectos* fuisse.

17. *Honorem... petenti dedit;* C. Caninio Rebilo, de quo supra diximus, cap. 76 fin. De illo jocus est Cicer. ad Div. VII, 30: « Vigilantem habemus Consulem Caninium, qui in consulatu suo somnum non vidit. » Nam eodem die consulatum iniit et deposuit.

18. *In plures annos;* quum expe-

viris consularia ornamenta tribuit: civitate donatos, et quosdam e semibarbaris Gallorum, recepit[19] in Curiam. Præterea monetæ[20] publicisque vectigalibus peculiares servos præposuit. Trium[21] legionum, quas Alexandriæ relinquebat, curam et imperium Rufioni, liberti sui filio, exoleto suo, demandavit.

LXXVII. Nec minoris impotentiæ[1] voces propalam edebat, ut T. Ampius scribit: « Nihil esse Rempublicam, appellationem modo sine corpore ac[2] specie. Sullam ne-

ditionem contra Parthos meditaretur. Cf. Dio, XLIII, 51, et Appian. Bell. Civ. II, 128, in oratione Antonii. Lepide Cic. ad Attic. IV, 8, Cæsarem « in codicillorum fastis non minus longas futurorum Coss. quam jam factorum paginas » habere.

19. *Recepit in Curiam*. Vide ad c. 41, et infra ad c. 80. Cic. ad Div. IX, 15: « Ego autem... mirifice capior facetiis, maxime nostratibus, præsertim quum eas videam primum oblitas Latio, tum, quum in urbem nostram est infusa peregrinitas, nunc vero etiam braccatis et Transalpinis nationibus. »

20. *Monetæ... peculiares servos præposuit*. Monetæ proprie *triumviri monetales* seu *treviri auro, argento, æri, flando, feriundo* (de quibus vide Rosin. p. 515), vectigalibus equites publicani præerant. Servi *peculiares* opponuntur *publicis*. Ita est *peculiaris Cæsaris servus* in Inscript. Fabrett. p. 307 et 336. Conf. Oudend. Infra, Galb. 12, fin., « e *peculiaribus* loculis suis, » i. e. privatis, propriis. — Gronov. conjiciebat *peculiosos* vel *peculiatos*, quod probatum Ernestio.

21. *Trium legionum, quas Alexandriæ relinquebat*. Idem legionum Ægyptum tenentium numerus, sub Augusto et initio imperii Tiberii, a quo ad *duas* deminutus est. Tacit. Annal. l. IV, c. 5: « Cetera Africæ per *duas legiones, parique numero Ægyptus;* » Hist. II, 6: « *Ægyptus duæque legiones,* » ubi vide Lips. — *Rufioni*, etc. Alii, *Rufini liberti sui filio*.

LXXVII. 1. *Impotentiæ;* immodestiæ, superbiæ. *Non* jam sui *potens*, compos, Cæsar erat. — *T. Ampius*. Commemoratur is a Cæsare, Bell. Civ. III, 105. Ad eum est epistola Ciceronis (ad Div. VI, 13), ex qua patet, eum studium suum consumsisse in virorum fortium factis memoriæ prodendis. Vide Clav. Cicer.

2. *Ac specie*. Salmas. et Græv. suaserunt *speciem*, quod in textum recepere Borm. et Oudend. Sed ita, opinor, scripsisset auctor, *ac speciem sine corpore*, quod viderunt Græv. et Ernesti, conjicientes, *ac sine corpore speciem*. Equidem persevero in vulgata lectione, fretus locis Cic. ad Att. IV, 16: « Amisimus... omnem non modo succum ac sanguinem, sed etiam *colorem et speciem pristinam* civitatis; nulla

scisse[3] literas, qui dictaturam deposuerit. Debere homines consideratius jam loqui secum, ac [4] pro legibus habere, quæ dicat. » Eoque arrogantiæ progressus est, ut, haruspice tristia et sine corde exta sacro [5] quodam nunciante, futura diceret lætiora, quum vellet; nec pro ostento ducendum, si[6] pecudi cor defuisset.

LXXVIII. Verum præcipuam et inexpiabilem [1] sibi invidiam hinc maxime movit. Adeuntes[2] se cum plurimis

est respoblica, etc. » et pro Domo, 33: « O *speciem dignitatemque* populi Romaoi! » et post: « illa fuit *pulchritudo* populi Romani, illa *forma.* » Tiber. 24: « statione militum, hoc est, *vi et specie* dominationis, assumta. » Proprie dicitur pro Rosc. Amer. 22, « esse aliqoem humana *specie et figura.* »

3. *Nescisse literas*; i. e. non intellexisse veram vim vocis *dictator*, quæ proprie eum significat, qui *dictata* i. e. præcepta dat, magistrum populi; quam si bene cepisset, de deponenda cogitaturum non fuisse; vel, haud idonenm eum fuisse Grammaticum ludique magistrum (qui literas scire et dictata dare proprie dicebantur), qui discipulos maturius e schola sua dimisisset. Illud potius. Potest etiam *nescire literas* dictione proverbiali positnm esse pro, *stultum, ineptum esse.* Ita nos: « Que Sylla était « un sot, un ignoraot, etc. « Aliam interpretationem sed parum probabilem hujus dicti dat Rollin, *Hist. Rom.* tom. X, p. 339.

4. *Ac pro legibus habere, quæ dicat.* Pertinet id ad eam potestatem, quæ postea cootioeri cœpta est *lege regia*, de qua Ulpianus: « quod principi placuit, legis habet vigorem, utpote quum *lege regia*, quæ de imperio ejus lata est, populus ei et in eum omne suum imperium et potestatem conferat. » Cf. Heinecc. Ant. Rom. I, 2, § 62 seq. — Cæsar apud Voltaire (*Mort de César*, act. III, sc. 4):

Rome doit obéir, quand César a voulu.

5. *Sacro quodam*; in sacrificio quodam. Oudend. omisso *sacro* cum Codd. reponeodnm censet *quondam*. Probat Wolfius. — *Futura diceret lætiora.* Cf. Polyæn. VIII, 23, 32. Bis exta sioe corde, ἀλοβα, Cæsari sacrificanti fuerunt, prius in bello Hispanico, de qua re Polyæn. et Suetonius; postea mortis die, de qua vide c. 81. Docet hoc Appian. Bell. Civ. II, 152 et 153. Plin. Hist. Nat. XI, 71, minns accurate rem efferre videtur, narrans: « Cæsari Dictatori, quo die primum veste purpurea processit atque io sella aurea sedit, sacrificanti bis cor in extis defuit. »

6. *Si pecudi cor defuisset.* Ludit in voce; *cor* enim sapientiam et aoimnm sigoificat. Cf. Polyæn. l. c. § 33.

LXXVIII. 1. *Inexpiabilem... invidiam*; implacabilem. *Inexpiabile odium* Liv. XXXIX, 31.

2. *Adeuntes se*, etc. Conf. Dio,

honorificentissimisque decretis universos Patres conscriptos sedens pro[3] æde Veneris Genetricis excepit. Quidam putant, retentum a Cornelio Balbo, quum conaretur assurgere : alii, ne conatum quidem omnino, sed etiam admonentem C. Trebatium, ut assurgeret, minus familiari vultu respexisse. Idque factum ejus tanto intolerabilius est visum, quod ipse, triumphanti et subsellia tribunicia[4] prætervehenti sibi unum e collegio Pontium Aquilam[5] non assurrexisse, adeo indignatus sit, ut proclamaverit, « Repete ergo a me, Aquila, Rempublicam Tribunus, » et nec destiterit per continuos dies, quicquam cuiquam, nisi sub exceptione polliceri, « si tamen per Pontium Aquilam licuerit. »

LXXIX. Adjecit ad tam insignem despecti Senatus contumeliam multo arrogantius factum. Nam quum sacrificio[1] Latinarum revertente eo, inter immodicas ac novas

XLIV, 8; Plut. Cæs. 60; Appian. 107. Fuse rem examinat Bayle, *Dictionn. hist. et crit.* sub voc. *César*, not. N.

3. *Pro æde Veneris Genetricis.* Liv. Ep. CXVI : « Senatui deferenti hos honores, quum ante ædem Veneris Genetricis sederet, non assurrexit. » De *æde Veneris Genetricis* vide ad cap. 61.

4. *Subsellia tribunicia.* Asconius : « Subsellia sunt Tribunorum, Triumvirorum, Quæstorum et hujusmodi minora judicia exercentium, qui non in sellis curulibus, nec tribunalibus, sed in subselliis considebant. »

5. *Pontium Aquilam.* Fuit is postea inter percussores Cæsaris (Dio, XLVI, 38; Appian. II, 113); Brutique legatus T. Munatium Plancum devicit, atque periit in prælio Mutinensi. Dio, loc. cit. 38 et 40.

LXXIX. 1. *Sacrificio Latinarum.* De *feriis Latinis,* institutis a Tarquinio Superbo, vide Dionys. IV, 49, et VI, 95. Celebrabantur quotannis a Consulibus in monte Albano eum magistratibus Latinis, neque prius illis paludatis exire Urbe in provincias licebat, quam rite eas obiissent, tanta hujus festi sanctitate, ut nonnunquam haud rite celebratum reversi illi instaurare juberentur, cujus rei dat exempla Liv. XXXII, 1; XXXVII, 3; XL, 45. Absentibus hujus solennitatis causa Consulibus, Præfecti Urbi administrabant Rempubl. Cf. Rosin. Ant. Rom. pag. 296. Ceterum, eamdem rem, quam Noster, narrant Plut. Cæs. 61; Appian. 108; Dio, XLIV, 9, 10; Vell. II, 68; Valer. Max. V, 7, 2.

populi acclamationes quidam e turba statuæ ejus coronam lauream candida[2] fascia præligatam imposuisset, et Tribuni plebis Epidius[3] Marullus Cæsetiusque Flavus coronæ fasciam detrahi, hominemque duci in vincula jussissent; dolens seu parum prospere motam regni mentionem, sive, ut ferebat, ereptam sibi gloriam recusandi, Tribunos graviter increpitos potestate privavit: neque ex eo infamiam affectati etiam regii nominis discutere [4]valuit, quamquam et plebi regem se salutanti, « Cæsarem se, non regem esse, » responderit; et Lupercalibus[5], pro Rostris a

2. *Candida fascia præligatam*. Al. *præligata*, ut statua antea redimita fuerit diademate. Illud reddidi cum Burmann. et Oudendorp. Cf. Plutarch. Cæs. 61; Appian. 108; Dio, XLIV, 9. Consentiunt auctores, ab inimicis ad augendam Cæsaris invidiam rem institutam fuisse. De *fascia*, seu diademate, insigni regio, vide Lips. ad Tacit. Annal. VI, 37.

3. *Epidius Marullus Cæsetiusque Flavus*. *Caium* illi, huic *Lucium* prænomen addit Dio, l. c. qui, tum demum punitos eos a Cæsare dicit, quum ei, qui primos regem eum appellaverat, diem dixissent. Quod ad pœnam, eumdem vide, cap. 10; Appian. Plut. l. c. Vell. II, 68: « notetur immodica et intempestiva libertate usos adversus C. Cæsarem, Marullum Epidium Flavumque Cæsetium tribunos plebis, dum arguunt in eo regni voluntatem, pæne vim dominationis expertos. In hoc tamen sæpe lacessiti principis ira excessit, ut censoria potius contentus nota, quam animadversione dictatoria, summoveret eos a Republica, testareturque, esse sibi miserrimum, quod aut natura sua ei excedendum foret, aut minuenda dignitas. »

4. *Valuit*. Al. *voluit*. Sed voluisse, patet e sequentibus. Pro *plebi* seu *plebei*, al. *plebeio*. Sed omnes auctores consentiunt, plures fuisse.

5. *Lupercalibus;* quæ a. d. XV Kal. Mart. in Panis honorem celebrari solebant. Rem narrat Dio, XLIV, 11; cf. Plut. Cæs. 61; Anton. 12; Appian. 109. Vell. II, 56: « cui magnam invidiam conciliarat M. Antonius, omnibus audendis paratissimus, consulatus collega, imponendo capiti ejus Lupercalibus sedentis pro Rostris insigne regium; quod ab eo ita repulsum erat, ut non offensus videretur. » Flor. IV, 2, 91: « novissime, dubium an ipso volente, oblata pro Rostris ab Antonio Consule regni insignia; quæ omnia, velut infulæ, in destinatam morti victimam congerebantur. » Cicer. Philipp. II, 34: « Sedebat in rostris collega tuus, amictus toga purpurea, in sella aurea, coronatus. Ascendis; accedis ad sellam; (ita eras Lupercus, ut te Consulem esse meminisse deberes;) diadema ostendis: gemitus toto foro: unde diadema?

Consule Antonio admotum sæpius capiti suo diadema repulerit, atque in Capitolium Jovi Optimo Maximo miserit. Quin etiam[6] valida fama percrebruit, migraturum Alexandriam vel Ilium, translatis simul opibus imperii, exhaustaque Italia dilectibus, et procuratione Urbis amicis permissa: proximo autem Senatu, L. Cottam [7]Quindecimvirum sententiam dicturum, ut, quoniam libris[8] fatalibus contineretur, Parthos nisi a rege non posse vinci, Cæsar rex appellaretur.

non enim abjectum sustuleras, sed attuleras domo, meditatum et cogitatum scelus. Tu diadema imponebas cum plangore populi; ille cum plausu rejiciebat. » Cf. Voltaire, *Mort de César*, act. II, sc. 4, init. Montesquieu, *Grandeur et Décadence*, etc. cap. XI : « César ne « laissa pas de tenter de se faire « mettre le diadème sur la tête ; « mais, voyant que le peuple ces- « sait ses acclamations, il le rejeta. « Il fit encore d'autres tentatives ; « et je ne puis comprendre qu'il « pût croire que les Romains, pour « le souffrir tyran, aimassent pour « cela la tyrannie, ou crussent avoir « fait ce qu'ils avaient fait. »

6. *Valida*. Hoc ex uno tantum Codice prætulit Casaub. cetsri MSS. *varia*. De consilio opes Ilium transferendi, conf. interpr. ad Horat. Carm. III, 3.

7. *Quindecimvirum*. De *Quindecimviris* cf. Panvin. de Civitate Romana, c. 35 (Thes. Græv. tom. I, p. 242). Hic de iis ita : « Horum munus erat libros Sibyllinos custodire ; quum ex Senatusconsulto adeundi essent, adire ; et, quæ legissent, Senatui renunciare, et ea Senatuscons. decreta procurare ; ludos sæculares celebrare, et postremo omnia peragere, quæ Sibyllinorum carminum jussu facienda erant. » Eorum numerum ad XV auxisse videtur Sulla, quum Tarquinius *Duumviris* tantum librorum Sibyllinorum curam tradidisset (Dionys. IV, 62), et postea, auctore Livio, VI, 37, C. Licinius Stolo cum collegis rogationem promulgassent, « ut pro Duumviris sacris faciundis *Decemviri* crearentur, ita ut pars ex plebe, pars ex patribus fieret, » eamque legem pertulissent (ibid. cap. 42). Iis *sextum decimum* addidisse Cæsarem, quod monere oblitus est Panvin. l. c. auctor Dio, XLII, 51, et XLIII, 51. Hoc tamen institutum non stetisse, ostendit locus Tacit. Annal. XI, 11.

8. *Libris fatalibus;* Sibyllinis, ut qui *fata* populi Romani seu voluntatem fati de populo Romano continere credebantur. De hoc effato carminum Sibyllinorum cf. Plut. Cæs. 60; Cic. de Divinat. II, 54. — De expeditione contra Parthos, cap. 44. — Cæsar ipse apud Voltaire, *Mort de César*, act. I, sc. 3, ad Senatores :

Un bruit trop confirmé se répand sur la terre,
Qu'en vain Rome aux Persans ose faire la guerre ;
Qu'un roi seul peut les vaincre, et leur donner la loi :

LXXX. Quæ[1] causa conjuratis maturandi fuit destinata negotia, ne assentiri necesse esset. Consilia igitur, dispersim antea habita, et quæ sæpe bini ternive ceperant, in unum omnes contulerunt: ne populo quidem jam præsenti statu læto, sed clam palamque detrectante dominationem, atque assertores flagitante. Peregrinis in Senatum allectis, libellus propositus est: « Bonum[2] factum: ne quis Senatori novo Curiam monstrare velit: » et illa vulgo canebantur,

Gallos[3] Cæsar in triumphum ducit, idem in Curiam.
Galli bracas deposuerunt, latum clavum sumserunt.

Q. Maximo[4] suffecto, trimestrique Consule theatrum introeunte, quum lictor[5] animadverti ex more jussisset, ab universis conclamatum est, « Non esse Consulem eum. » Post remotos[6] Cæsetium et Marullum Tribunos, reperta

César va l'entreprendre, et César n'est pas roi,
Il n'est qu'un citoyen connu par ses services,
Qui peut du peuple encore essuyer les caprices.
. . . .
Romains, vous m'entendez; vous savez mon espoir:
Songez à mes bienfaits, songez à mon pouvoir.

LXXX. 1. *Quæ causa*, etc. Rumor ille de Cottæ sententia. Conf. VOLTAIRE, d. l. ubi Cimber:

L'heure fatale approche;
Dans une heure, un tyran détruit le nom romain.

BRUTUS.
Dans une heure, à César il faut percer le sein.

— *Destinata negotia*. Vocab. *negotia*, quamquam abesse posset, tamen retinendum duco cum Gronov. et Oudend. Sæpe auctores addunt nomina, quorum ellipsis solennior.

2. *Bonum factum*. Hæc formula edictis præmitti solita. Cf. Vitell. 14. Sic Plaut. Pœn. prolog.

Bonum factum; edicta ut servetis mea.

Notatur signis B. F. et Q. B. F. Cf. Brissonius, de Formulis, III, init.

3. *Gallos Cæsar*, etc. Vide ad c. 49 et 51. — In *sumserunt* penultima corripitur, ut *stetĕrunt*, *abstulĕrunt*, *defuĕrunt*, *abfuĕrunt*, apud Virgil. et Ovid. Conf. Heinsius ad Ovid. Heroid. VII, 166.

4. *Q. Maximo*; Q. Fabio Maximo; Dio, XLIII, 46. — *Suffecto, trimestrique Consule*. Supra, cap. 76: « binos Consules substituit sibi in ternos novissimos menses. »

5. *Animadverti*; scil. Consulem adesse. Verecundiam Consuli præstare jubebantur a lictore occurrentes via cedendo, equo descendendo, capite nudando, assurgendo. Senec. Epist. LXIV: « Si Consulem videro aut Prætorem, omnia, quibus honor haberi honori solet, faciam: equo desiliam, caput adaperiam, semita cedam. » Plin. Panegyr. 61, *solennem illum lictorum et prænuncium clamorem* dicit.

6. *Post remotos Cæsetium et Ma-*

sunt proximis comitiis complura suffragia, Consules eos declarantium. Subscripsere [7] quidam L. Bruti statuæ: « Utinam viveres! » Item [8] ipsius Cæsaris:

Brutus, quia reges ejecit, Consul primus factus est:
Hic, quia Consules ejecit, rex postremo factus est.

Conspiratum est in eum a [9] sexaginta amplius, C. Cassio, Marcoque [10] et Decimo Bruto principibus conspirationis.

rullum; de quibus superiore cap.

7. *Subscripsere quidam*, etc. Cf. Plutarch. Brut. 9; Appian. 112; Dio, XLIV, 12. — *Bruti*. L. Junius Brutus, qui reges ejecit. — De Marco Junio Bruto, Cæsaris interfectore, varia veterum etiam est sententia. Descendere eum a primo Consule ejusdem nominis, contendunt Plut. Brut. 1, et Cæs. 62, Appian. 112, Eutrop. VI, 20; negant Dionys. V, 18, et Dio, XLIV, 12, ubi vide Fabric. qui pro Plutarcho cum Dione suo pugnat. Potior Dionysii et Dionis auctoritas videtur Glandorpio, Onomast. p. 496. Cf. etiam Ernest. Clav. Cicer. in *L. Brutus*, et BAYLE, *Dictionn. hist. et crit.* sub voc. *Brutus* (*Marc Junius*), not. K. — Brutus apud VOLTAIRE, *Mort de César*, act. II, sc. 2:

Que vois-je, grand Pompée, au pied de ta statue?
Quel billet, sous mon nom, se présente à ma vue?
Lisons: *Tu dors, Brutus, et Rome est dans les fers!*
Rome, mes yeux sur toi seront toujours ouverts;
Ne me reproche point des chaînes que j'abhorre.
Mais quel autre billet à mes yeux s'offre encore?
Non, tu n'es pas Brutus! Ah! reproche cruel!
César! tremble, tyran! voilà ton coup mortel.
Non, tu n'es pas Brutus! Je le suis, je veux l'être;
Je périrai, Romains; ou vous serez sans maître.

8. *Item ipsius Cæsaris.* Quod sequebatur *statuæ*, ejeci cum Oudend. Ita censuerant jam Torrent. et Gruterus, in MSS. abesse hanc vocem testantes; probavit Wolf. in nota, sed in textu eam reliquit. — In sequentium versuum priori anapæstus est in altero pede, in altero versu dactylus in primo pede.

9. *A sexaginta amplius.* Eutrop. VI, 20: « conjuratum est in eum a LX vel amplius Senatoribus Equitibusque Romanis. Præcipui fuerunt inter conjuratos duo Bruti, ex eo genere Bruti, qui primus Romæ Consul fuerat, et reges expulerat, C. Cassius et Servilius Casca. » Orosius, VI, 17: « in qua conjuratione fuisse amplius LX conscios ferunt. » Multos conjuratorum nominat Cic. Philipp. II, 11; multos Appian. 113. Catalogum eorum, quorum nomina ad nos venerunt, dedit Casaub. ad h. l. sed ex Appiano supplendum et corrigendum. Cf. Fabric. ad Dion. XLIV, 14; Tzschuck, ad Eutrop. l. c.

10. *Marcoque et Decimo Bruto.* De *Marco* modo diximus, et dicemus ad cap. 82. *Decimo* cognomen erat *Albini*, de quo Plut. Cæs. 64, et Brut. 12. Cf. de re Appian. 111. Ceterum, quin nostro loco legendum sit *Brutis*, cum Grævio nullus dubito.

Qui primum cunctati, utrumne illum in [11] campo, per comitia tribus ad suffragia vocantem, partibus divisis e ponte dejicerent, atque exceptum trucidarent; an in Sacra via, vel in aditu theatri adorirentur: postquam Senatus Idibus Martiis in Pompeii [12] Curiam edictus est, facile tempus et locum prætulerunt.

LXXXI. Sed Cæsari futura cædes evidentibus [1] prodigiis denunciata est. Paucos ante menses, quum in colonia

11. *In campo... e ponte dejicerent.* Quum de campo Martio sermo sit, ubi comitia centuriata habebantur, hic etiam locus notandus ob tribuum mentionem, ut cap. 13 et 41. Magistratum, qui comitiis præesset, sella curuli pro tribunali sedisse, patet e Liv. XXXIX, 32: cf. Gruchius, de Comitiis Rom. I, 4, (Thes. Græv. tom. I, p. 610 seq.). *Pons* seu *ponticulus* erat via, qua suffragia laturi e campo in *septum* seu *ovile* transibant, ideoque *dejici ponte* et *depontani* dicebantur senes sexagiuta vel plurium annorum, qui suffragia cum reliquis edere ob senium cessabant. Quomodo igitur Cæsar, qui comitia habebat, de ponte dejici potuerit, nisi tribunal juxta pontem fuisse sumseris, cum aliis ignoro. —*Partibus divisis*; aliis super ponte, aliis sub ponte collocatis.

12. *In Pompeii Curiam.* Cf. Plut. Brut. 14, et Appian. cap. 115. De Pompeii theatro, porticu, basilica e curia, vid. Donat. de Urbe Roma, III, 8, (Thes. Græv. tom. III, p. 695), et Fabric. ad Dion. XXXIX, 38. *Idus* autem *Martiæ* propter Annæ Perennæ festum hilariter agi solitæ: ideo etiam ludi in Pompeiano theatro erant futuri. Porro moris erat, ut quibus diebus spectacula in eo theatro exhiberentur, Senatus in Curia Pompeii haberetur.

LXXXI. 1. *Evidentibus prodigiis.* De ostentis atque prodigiis ante Cæsaris mortem cf. Plut. Cæs. 63, et Dion. XLIV, 17.—Æternæ memoriæ cladem ostentis quoque denunciatam scribit DE SÉGUR (*Histoire de Napoléon et de la Grande-Armée, pendant l'année* 1812), lib. IV, cap. 2: « Napoléon, qu'une voiture avait transporté jusque là (jusqu'au Niémen), monta à cheval à deux heures du matin. Il reconnut le fleuve russe, sans se déguiser, comme on l'a dit faussement, mais en se couvrant de la nuit pour franchir cette frontière, que cinq mois après il ne put repasser qu'à la faveur d'une même obscurité. Comme il paraissait devant cette rive, son cheval s'abattit tout-à-coup, et le précipita sur le sable. Une voix s'écria : *Ceci est d'un mauvais présage; un Romain reculerait.* On ignore si ce fut lui ou quelqu'un de sa suite, qui prononça ces mots. » *Et paulo post*: « Ce jour-là, comme les suivans, le ciel seul se montra notre ennemi. En effet, à peine l'empereur avait-il passé le fleuve, qu'un bruit sourd avait agité l'air. Bientôt le jour

Capua deducti lege[2] Julia coloni ad exstruendas villas sepulcra vetustissima disjicerent, idque eo studiosius facerent, quod aliquantum vasculorum operis antiqui scrutantes reperiebant; tabula ænea in monumento, in quo dicebatur Capys[3], conditor Capuæ, sepultus, inventa est, conscripta literis verbisque Græcis, hac sententia: « Quandoque ossa Capys detecta essent, fore, ut Iulo[4] prognatus manu consanguineorum necaretur, magnisque mox Italiæ cladibus vindicaretur. » Cujus rei, ne quis fabulosam aut commenticiam putet, auctor est Cornelius Balbus, familiarissimus Cæsaris. Proximis diebus equorum greges, quos in trajiciendo Rubicone flumine[5] consecrarat, ac vagos et sine custode dimiserat, comperit pertinacissime

« s'obscurcit, le vent s'éleva, et « nous apporta les sinistres roulemens du tonnerre. Ce ciel menaçant, cette terre sans abri, « nous attrista. Quelques uns même, naguère enthousiastes, en « furent effrayés comme d'un funeste présage. Ils crurent que ces « nuées enflammées s'amoncelaient « sur nos têtes, et s'abaissaient sur « cette terre, pour nous en défendre l'entrée. »

2. *Lege Julia;* Cæsaris primum Consulis. Vide cap. 20.

3. *Capys, conditor Capuæ.* Virgil. Æneid. X, 143:

Et Capys; hinc nomen Campanæ ducitur urbi;

ubi cf. interpr. Liv. IV, 37, narrat, « Vulturnum Etruscorum urbem, quæ nunc Capua est, ab Samnitibus captam, Capuamque ab duce eorum Capye, vel, quod propius vero est, a campestri agro appellatam. »

4. *Iulo.* Wolf. provocat ad Virgil. Æneid. I, 288,

Julius, a magno demissum nomen *Iulo*,

defendens hanc lectionem. Al. *Ilo*, qui quum Trojanorum rex et ipse e Cæsaris majoribus esse ferretur, res eodem redit. Mox *consanguineos* intelligere licet de Bruto ejusque sociis, ita ut a duce reliquis nomen detur, vel, quod verisimilius, de Romanis, ex uno Trojanorum sanguine natis.

5. *Consecrarat;* absolute dictum; usu humano exemerat, quomodo Suetonius ipse interpretatur, *vagos et sine custode dimiserat.* Non opus est addito Dei alicujus, cui consecrati erant, nomine, neque emendatione Turnebi, *Rubiconi flumini*, ubi *in trajiciendo* suspensum relinquitur. Torrent. et Ernest. Marti consecratos putant. Solita hoc modo consecrari omnis generis animalia, etiam pisces: maxime autem illud factitatum in iis, quæ usui aut voluptati fuerant, quibus hoc quasi præmium datum, ut saltem in libertate morerentur. Sic servos, quos amabant, imminente morte, liberare properabant: sic apud Marcellin. XXIX, 3, Valentinianus Impe-

pabulo abstinere, ubertimque[6] flere. Et immolantem haruspex[7] Spurinna monuit, caveret periculum, quod non ultra Martias Idus proferretur. Pridie autem easdem Idus avem [8] regaliolum, cum laureo ramulo Pompeianæ Curiæ se inferentem, volucres varii generis ex proximo nemore persecutæ ibidem discerpserunt. Ea[9] vero nocte, cui illuxit dies cædis, et ipse sibi visus est per quietem interdum supra nubes volitare, alias cum Jove dextram jungere; et Calpurnia uxor imaginata est, collabi fasti-

rator Innocentiam ursam, qua diu fuerat oblectatus, tandem ut *bene meritam in silvas abire dimisit innoxiam.*

6. *Ubertimque flere.* Sic ap. Virg. Æn. XI, 89, in Pallantis funere,

...positis insignibus Æthon
It lacrimans, guttisque humectat grandibus ora.

Plin. Hist. Nat. VIII, 64, de equis: « Præsagiunt pugnam, et amissos lugent dominos lacrimasque interdum desiderio fundunt. » Unus ex auctoribus nostris, qui de rebus naturæ scripsit, equos ipse laudat: « On est quelquefois touché de l'affection qu'ils se portent entre eux, « par l'habitude de vivre ensemble. « On se rappelle avec plaisir ce trait « des chevaux de cavalerie, qui « broyaient sous leurs dents la paille « et l'avoine, et la jetaient ensuite « devant un vieux cheval qui ne « subsistait que par leurs soins gé- « néreux. »

7. *Et immolantem*, etc. Vide infra, sub fin. cap. Ceterum, auctore Plin. Hist. Nat. XVIII, 25 (65, edit. Franz.), Cæsar ipse in libris astronomicis « Idus Martias ferales sibi annotaverat Scorpionis occasu, » quamquam hunc locum cum Fabric. ad Dion. XLIV, 18, ita etiam interpretari potes: « Cæsar etiam annotavit, Idibus Martiis, qui dies feralis ipsi exstitit, occidere Scorpionem. » Cf. Plutarch. Cæsar. 63.

8. *Avem regaliolum*; Plin. Hist. Nat. X, 74 (95), *trochilum* vocat, ubi: « dissident.... aquilæ et trochilus, si credimus, quoniam rex appellatur avium. » Dicitur etiam *regaviolus*, id est, rex avium, Græc. *βασιλίσκος*, Gall. *roitelet*. Cf. Salmas. Exerc. Plin. p. 444 seq. — *Nemus proximum* est platanorum, quibus cincta erat porticus Pompeii, ut plurimis poetarum locis ostendit Donat. de Urbe Roma, III, 17. Cf. Nardin. Roma Vet. VI, 3.

9. *Ea vero nocte.... jungere.* Cf. Dio, XLIV, 17. — *Et Calpurnia uxor*, etc. Vellei. II, 57: « et uxor Calpurnia territa nocturno visu, ut ea die domi subsisteret, orabat. » Val. Max. I, 7, 2 (de somniis Romanorum): « Audiverat enim (Augustus) divi Julii patris sui uxorem Calpurniam nocte, quam is in terris ultimam egit, in quiete vidisse multis eum confectum vulneribus in suo sinu jacentem; somniique atrocitate vehementer exterritam,

gium[10] domus, maritumque in gremio suo confodi : ac subito cubiculi fores sponte patuerunt. Ob hæc simul et ob infirmam valetudinem diu cunctatus, an se contineret, et, quæ apud Senatum proposuerat, agere differret, tandem Decimo[11] Bruto adhortante, ne frequentes ac jam dudum opperientes destitueret, quinta[12] fere hora progressus est : libellumque insidiarum indicem, ab obvio quodam[13] porrectum, libellis ceteris, quos sinistra manu tenebat, quasi mox lecturus, commiscuit. Dein[14] pluribus hostiis cæsis, quum litare non posset, introiit Curiam, spreta religione, Spurinnamque[15] irridens, et ut

rogare non destitisse, *ut proxima die a curia se abstineret* : at illum, ne muliebri somnio motus id fecisse existimaretur, senatum, in quo ei parricidarum manus allatæ sunt, adire contendisse. »

10. *Collabi fastigium domus.* Id erat proprie templorum ; ita Tacit. Hist. III, 71 : « sustinentes *fastigium* aquilæ. » Erat autem inter honores divinos Cæsari decretum « *fastigium* in domo. » Flor. IV, 2, 91 ; Plut. Cæs. 63.

11. *Decimo Bruto adhortante*, etc. Cf. Dio, XLIV, 18 ; Plut. Cæs. 64 ; Appian. 115. Voltaire, *Mort de César*, act. III, sc. 5, non Brutum, sed Cæsaris amicum Dolabellam inducit :

Le sénat par ton ordre au temple est arrivé :
On n'attend plus que toi ; le trône est élevé :
Tous ceux qui t'ont vendu leur vie et leurs suffrages,
Vont prodiguer l'encens au pied de tes images.
J'amène devant toi la foule des Romains ;
Le sénat va fixer leurs esprits incertains :
Mais si César croyait un citoyen qui l'aime,
Nos présages affreux, nos devins, nos dieux même,
César différerait ce grand événement.

12. *Quinta fere hora* ; undecima nostra.

13. *Ab obvio quodam*, etc. Fuit is, auctore Plut. 65, quem vide, Artemidorus nomine, natione Gnidius, professione rhetor. Cf. Appian. 116. Dio, XLIV, 18, hominem non nominat ; non magis Flor. IV, 2, 94, qui : « quanta vis fati ! manaverat late conjuratio ; libellus etiam Cæsari datus eodem die ; » nec Vell. II, 57 : « et libelli, conjurationem nunciantes, dati, ab eo neque protinus lecti erant. Sed profecto ineluctabilis fatorum vis, cujuscunque fortunam mutare constituit, consilia corrumpit. » — *Libellis ceteris.... commiscuit.* Manilius, Astron. IV, vs. 59 :

... toties prædicta cavere
Vulnera non potuit, toto spectante Senatu
Indicium dextra retinens.

14. *Dein pluribus hostiis.. quum litare non posset.* Cf. Appian. 115, et vide quæ diximus ad c. 77. Eodem modo Alexandrum spreta religione occubuisse, narrat idem Appian. Bell. Civ. II, 153. Cf. Plut. Cæsar. 63. Flor. l. c. « nec perlitare centum (i. e. pluribus) victimis potuerat. »

15. *Spurinnamque irridens*, etc.

falsum arguens, quod sine ulla sua noxa Idus Martiæ adessent; quamquam is, venisse quidem eas, diceret, sed non præterisse.

LXXXII. Assidentem[1] conspirati, specie officii, circumsteterunt: illicoque Cimber[2] Tillius, qui primas partes susceperat, quasi aliquid rogaturus, propius accessit; renuentique et gestu in aliud tempus differenti ab utroque humero togam apprehendit: deinde clamantem, « Ista quidem vis est, » alter[3] e Cascis aversum vulnerat, paulum

Vide supra. Valer. Max. VIII, 11, 2, extern. « Prædixerat...(Spurinna) C. Cæsari, *ut proximos dies XXX quasi fatales caveret*, quorum ultimus erat idus Martiæ. Eo quum forte mane uterque in domum Calvini Domitii ad officium convenisset, Cæsar Spurinnæ, *Ecquid scis*, inquit, *idus Martias jam venisse?* et is, *Ecquid scis, illas nondum præteriisse?* Abjecerat alter timorem, tamquam exacto tempore suspecto: alter ne extremam quidem ejus partem periculo vacuam esse arbitratus est. Utinam haruspicem potius augurium, quam patriæ parentem securitas, fefellisset! » — *Sine ulla sua noxa*; damno. Laudat locum Calpurnius ad Terent. Heautont. II, 2, 57, ubi vocab. *sua* retinet, quod est etiam in plerisque Codd., repudiatum a Grævio, Burmanno et sequentibus.

LXXXII. 1. *Assidentem conspirati*, etc. Antonium Trebonius extra curiam colloquio detinuerat, Lepidus apud exercitum erat in suburbio, auctoribus Plutarcho, Appiano, Dione.

2. *Cimber Tillius*. Plerique *Tullius*. Apud Appian. Bell. Civ. II, 113 et 117, vitiose legebatur Ἀτίλιος vel Ἀττίλιος ante Schweigh., qui emendavit nomen, reddiditque Τίλλιος. Conf. ejus not. ad c. 113. Plutarch. Cæsar. 66, Μετίλλιος Κίμβρος, et Brut. 17, Τύλλιος Κίμβρος, scribitur. Vide quos laudat ad h. l. Baumgart. Seneca, de Ira, III, 30, inter amicos, qui Cæsarem interfecere, nominat Cimbrum Tillium vel Tullium, « acerrimum paullo ante partium ejus defensorem. »

3. *Alter e Cascis*. Ita emendandum pro *alter Cassius* vel *e Cassiis*, ut mox *Cascæ* pro *Cassii*, jam censuerat Beroald. secuti Ruhnk. et Wolf. Favet etiam Oudend. Erant nimirum duo *Servilii Cascæ* inter percussores Cæsaris, Publius et Caius (Cic. Philipp. II, 11; cf. Ern. Clav. Cicer. in *P. Servilius Casca*, et Wesseling. Observ. II, 16), ut duo Cassii, Caius et Lucius: vide Glandorp. Onomast. pag. 797. De utroque Casca conf. etiam Dio, XLIV, 52. — *Aversum*. Ita legendum pro *adversum*, docet ad h. l. Baumgart. Quidni, inquit ille, *aversi* etiam *jugulum* (id enim objicit Oudend.) vulnerare potuit admoto brachio? Cæsar autem μεταστραφεὶς, ut diserte Plutarch., brachium ejus *arreptum* (al. *abreptum* et *abrepto* et

infra jugulum. Cæsar Cascæ brachium arreptum graphio trajecit; conatusque prosilire, alio vulnere tardatus est. Utque[4] animadvertit, undique se strictis pugionibus peti, toga caput obvolvit : simul sinistra [5] manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet, etiam inferiore corporis parte velata. Atque [6] ita tribus et viginti plagis confossus est, uno modo ad primum ictum gemitu sine voce edito. Etsi tradiderunt quidam, M. Bruto irruenti dixisse, Καὶ σύ [7], τέκνον; Exanimis, diffugientibus cunctis,

arrepto) trajecit graphio. De *graphiis*, quibus ferreis vel æneis iisque acutis sæpe ad cædem abutebantur (infra, Calig. 28), vide Casaub. ad h. l. et Fabric. ad Dion. XLIV, 16, ubi percussores dicuntur gladios ἐν κιβωτίοις (seu *thecis graphiariis*, ut Noster Claud. 35) ἀντὶ γραμματείων τινῶν in curiam secum attulisse. Rectius enim γραμματεῖα *graphia*, quam Casaub. ad h. l. *libellos*, interpretatur Fabric.

4. *Utque animadvertit*, etc. Ita fere de Pompeio Lucan. VIII, 613:

...Ut vidit comminus enses,
Involvit vultus; atque indignatus apertum
Fortunæ præbere caput, tunc lumina pressit,
Continuitque animam, ne quas effundere voces
Posset, et æternam fletu corrumpere famam.

5. *Sinistra manu sinum*, etc. Demisit laciniam togæ, quæ subducta sinistrum humerum alias tegebat, solutoque cingulo effecit, ut sinus deflueret. Valer. Maxim. IV, 5, 2: « ne tribus quidem et viginti vulneribus, quin verecundiæ obsequeretor, absterreri potuit : siquidem utraque togam manu demisit, ut inferior pars corporis tecta collaberetur. »

6. *Atque ita tribus et viginti plagis*, etc. Tantus fuit omnium in cadaver furor, ut gladios inferentes se invicem plures sauciarent.

7. Καὶ σύ, τέκνον; Præmittunt alii: Καὶ σύ εἶ ἐκείνων, quod ignorat Dio. Ceterum, de consuetudine Cæsaris cum matre Bruti Servilia, Catonis sorore, Noster supra, cap. 5; inde illo jam tempore multi Brutum Cæsaris filium habuerunt, et credidit Cæsar ipse, testibus Plut. Brut. 5; Appian. II, 112. Conf. Voltaire, *Mort de César*, act. I, sc. 1, ubi filium sibi esse Brutum Antonio fatetur,

ce malheureux Brutus,
Dont Caton cultiva les farouches vertus.

Collegerunt id maxime ex anxia cura, qua post pugnam Pharsalicam Brutum inter captivos non repertum quæri Cæsar jussit; Plut. Cæs. 46. Destinasse Cæsarem Bruto imperii successionem, apparere videtur ex eodem, Cæs. 62. De patre Bruti, vel potius de Serviliæ marito, M. Bruto Cæpione, interfecto in bello Sullano a Cn. Pompeio, eumdem Plutarch. vide, Pomp. 16 et 64; Appian. Bell. Civ. II, 111. — Exitialem Dictatoris mortem narrat apud Voltaire Antonius (*Mort de César*, act. III, sc. ultim.):

Vous les voyez, Romains, vous touchez ces blessures,

aliquamdiu jacuit, donec lecticæ impositum, dependente brachio, tres servuli domum retulerunt. Nec in tot vulneribus, ut Antistius medicus existimabat, letale ullum repertum est, nisi quod secundo loco in pectore acceperat. Fuerat animus conjuratis, corpus[8] occisi in Tiberim trahere, bona publicare, acta rescindere: sed[9] metu M. Antonii Consulis, et Magistri equitum Lepidi, destiterunt.

LXXXIII. Postulante ergo L. Pisone[1] socero, testamentum ejus aperitur, recitaturque in Antonii domo, quod[2] Idibus Septembribus proximis in Lavicano suo fecerat, demandaveratque virgini Vestali maximæ. Q. Tu-

Ce sang qu'ont sous vos yeux versé des mains parjures.
Là, Cimber l'a frappé; là, sur le grand César
Cassius et Décime enfonçaient leur poignard.
Là, Brutus éperdu, Brutus, l'ame égarée,
A souillé dans ses flancs sa main dénaturée.
César, le regardant d'un œil tranquille et doux,
Lui pardonnait encore en tombant sous ses coups;
Il l'appelait son fils; et ce nom cher et tendre
Est le seul qu'en mourant César ait fait entendre.
O mon fils! disait-il.

8. *Corpus occisi in Tiberim trahere.* Ignominia hæc erat hostium patriæ supplicio addita. Quod respexisse VOLTAIRE videtur, quum in tragœdia supra laud. act. III, sc. ult. exclamantem Antonium inducit:

Romains, priverez-vous des honneurs du bûcher
Ce père, cet ami, qui vous était si cher?

Vide Kirchmann. de Funer. Rom. append. cap. 4, pag. 474.

9. *Sed metu M. Antonii Consulis*, etc. Eum post Cæsarem interficere reliqui conjurati constituerant. Sed prohibuit ejus cædem Brutus, maximo suo et Reipubl. detrimento. Plutarch. Brut. 18; Anton. 13; Dio, XLII, 19. Cæsare interemto, Antonius et Lepidus, vestibus mutatis, in alienas ædes fugerunt, conjurati in Capitolium processerunt. Sequenti die Senatus, Ciceronis maxime suasu, ἀμνηστίαν omnium ante factorum, Cæsari divinos honores, Bruto cum sociis provincias decrevit. Restitutam ita pacem turbavit apertum Cæsaris testamentum funusque ab Antonio habitum. Plutarch. Cæs. 67; Brut. 18, 19; Anton. 14; Appian. 119 seq.; Dio, cap. 21 seq.

LXXXIII. 1. *L. Pisone;* de quo dictum ad cap. 21. De re cf. Appian. II, 136.

2. *Quod Idibus Septembribus proximis in Lavicano suo fecerat;* scil. redux ex Hispania, priusquam triumpho Urbem intraret. — *Lavicum* (seu *Labicum* more scribendi Græc.) erat oppidum in agro Tusculano: vide Cluver. Ital. Ant. III, 4, 23. — *Virgini Vestali maximæ.* Solebant Romani testamenta aliaque instrumenta vel pacis vel fœderis deponere in templis, maxime

bero[3] tradit, heredem ab eo scribi solitum, ex consulatu ipsius primo usque ad initium civilis belli, Cn. Pompeium; idque militibus pro concione recitatum. Sed novissimo testamento tres instituit heredes, sororum nepotes, C. Octavium ex[4] dodrante, et L. Pinarium et Q. Pedium[5] ex quadrante reliquo: in[6] ima cera C. Octavium[7] etiam in familiam nomenque adoptavit: plerosque[8] percussorum

Vestæ. Conf. ad August. cap. 101; Tacit. Annal. I, 8, ubi vide Lips.; Appian. Bell. Civ. V, 73; Dion. XLVIII, 12, 37. *Maxima* Vestalis est, quæ Tacit. Annal. XI, 32, *Vestalium vetustissima* dicitur: vide Lips. de Vesta et Vestalibus, cap. 7 (Thes. Græv. tom. V, p. 637). — De *testamento* Cæsaris, Appian. II, 143; Dio, XLIV, 35.

3. *Q. Tubero;* historicus, laudatus a Liv. IV, 23, et X, 9; Gell. VI, 3 et 4. Vide Ern. Clav. Cicer.

4. *Ex dodrante;* hoc est, ex tribus totius rei familiaris quadrantibus.

5. *Q. Pedium.* Plin. Hist. Nat. XXXV, 4 (7): « consularis dicitur triumphalisque, a Cæsare Dictatore coheres Augusto datus. » Idem anno sequenti Consul creatus est cum Octaviano (Appian. III, 94), mortuus in ea dignitate (IV, 6). Lex Pedia ejusdem contra percussores Cæsaris memoratur Neron. 3. Vide Clav. Cicer. et Glandorp. p. 667. — De *Pinariorum* familia satis vetusta conf. Liv. I, 7. Noster cum Pedio heres Cæsaris dicitur etiam Appian. Bell. Civ. III, 22, ab Antonio præfectus legioni, ibid. IV, 107. Eum cum fratre Tito intelligendum putat Manut. ad Cicer. (ad Quint. fratr. III, 1). — *Ex quadrante reliquo.* Hæc Lipsii est emendatio. Codices et editt. vett., « ex quadrante, reliquos in ima cera. » Adstipulati sunt Lipsio omnes, præter Salmas. de Modo Usurarum, cap. 11, p. 466.

6. *In ima cera;* i. e. parte testamenti extrema. Ita Cic. Verr. I, 39: « in codicis extrema cera. » *Ultima cera* Martial. Epigr. IV, 70. *Ceræ* enim omnino dicebantur testamenta, ut tabulis ceratis inscripta.

7. *C. Octavium.... adoptavit.* De hac re Heinecc. Ant. Rom. I, tit. 11, § 18, ita: « Erat et modus adoptandi per testamentum, non ab Imperatoribus demum, ut vulgo putant, inventus, sed jam tum libera adhuc republica receptus. Jam ab antiquissimis enim temporibus solenne erat Romanis, heredes suos non in bona tantum, sed et nomen adsciscere. *Adsciscere* autem erat vocabulum adoptionis. » Exempla dat e Cicer. de Offic. III, 18; Brut. 58; Cornel. Nep. Attic. 5; e Nostro, Aug. 101; Tiber. 6; Galb. 17. Quum tamen haud legitima ea esset adoptio, confirmandam eam Octavius curavit a populo lege curiata. Vide quos ibi laudat Baumgart.

8. *Plerosque;* i. e. multos. Ita sæpe Tacit. Annal. *Plerumque* pro *sæpe*, Annal. IV, 57. Apud alios,

in tutoribus filii, si quis sibi nasceretur, nominavit; Decimum[9] Brutum etiam in secundis heredibus. Populo hortos[10] circa Tiberim publice, et viritim trecenos sestertios legavit.

LXXXIV. Funere[1] indicto, rogus exstructus est in Martio[2] campo juxta Juliæ tumulum : et pro Rostris aurata ædes ad[3] simulacrum templi Veneris Genetricis collocata; intraque[4] lectus eburneus, auro ac purpura stratus, et ad caput tropæum cum veste, in qua fuerat occi-

pluresque. — *In tutoribus filii*, etc. Errorem Dionis, hos tutores Octavio constitutos tradentis, XLIV, 35, notarunt viri docti.

9. *Decimum Brutum etiam in secundis heredibus.* Cf. Plut. Cæs. 64. Flor. IV, 4, Antonium etiam secundum heredem Cæsaris dicit. Nimirum scribere solebant Romani vel substituere *secundos* et *tertios heredes*, qui succederent in hereditatem, si primo loco instituti hereditatem cernere et adire noluissent, vel ante ætatem maturam obiissent. Conf. Appian. II, 143. Sallust. Jug. 65 : « quem Micipsa testamento secundum heredem scripserat; » ubi vide Cortium. Tacit. Annal. I, 8, *in spem secundam* et *tertio gradu* heredes scribere dicit.

10. *Populo hortos.... trecenos sestertios legavit.* Conf. ad h. l. Baumgart. — *Hortos circa Tiberim.* Horat. lib. I, Sat. 9, 18.

Trans Tiberim longe cubat hic, prope Cæsaris hortos.

— *Publice* est *ad communem omnium usum*; oppon. *viritim*. — Valet hoc apud Voltaire (*Mort de César*, act. III, sc. ult.) ad concitandam Cæsaris interfectoribus invidiam, ubi Antonius :

...vous qui m'écoutez,
Vous êtes ses enfans dans son cœur adoptés.
Hélas! si vous saviez sa volonté dernière!

Romains.

Quelle est-elle? parlez.

Antoine.

Rome est son héritière :
Ses trésors sont vos biens; vous en allez jouir.
Au-delà du tombeau César veut vous servir.

LXXXIV. 1. *Funere indicto*; per præconem nempe, quod fiebat in nobilium funeribus. *Tacita* funera dicebantur vulgaria seu communia, i. e. hominum de plebe. Hæc noctu deducebantur. Vide Kirchm. de Fun. Rom. I, pag. 19.

2. *In Martio campo*; ubi cremandus erat mortuus post laudationem in foro, quod postea secus accidit. — *Juxta Juliæ tumulum*; filiæ Cæsaris, uxoris Pompeii, de cujus morte vide cap. 26. Sepulta hæc in campo Martio contra majorum instituta. Cf. Dio, XXXIX, 64.

3. *Ad simulacrum*; ad similitudinem, ad formam. Ita Flor. IV, 2, 88, « *ad simulacrum* ignium ardens Pharus. » Ceterum, pertinebat hoc ad Cæsaris ἀποθέωσιν.

4. *Lectus*; qui alias *feretrum* dicitur, vel *torus*, seu *lectica*. Ad caput hujus lecti erat *tropæum* sive lignum, cui vestis suspensa. Tropæa enim veterum erant ligna vel lapides, quibus victorum arma suspendebantur.

sus. Præferentibus [5] munera, quia suffecturus dies non videbatur, præceptum est, ut, omisso [6] ordine, quibus quisque vellet itineribus Urbis, portaret in campum. Inter [7] ludos cantata sunt quædam ad miserationem et invidiam cædis ejus, accommodata ex [8] Pacuvii Armorum Judicio:

Men'[9] servasse, ut essent, qui me perderent?

et ex Electra [10] Attilii alia, ad similem sententiam. Lauda-

5. *Munera;* quæ in rogum conjici in mortui honorem et cum eo cremari solebant; vestimenta, arma, ornamenta, maxime odores.

6. *Omisso ordine;* id est, non pompæ funebri se adstringentes, cui alias non suffecisset dies. Constituere vel ordinare solebant hanc pompam *designatores* seu *domini funeris*. Conf. Rosin. Ant. Rom. pag. 229 et 352.

7. *Inter ludos*, etc. Cf. Appian. cap. 146. Morem, funera etiam ludis scenicis celebrandi, quem invenimus adhuc Tiber. 57, Vesp. 19, illustrat Kirchmann. de Fun. Rom. II, 7, p. 100 seq. Infra commemorantur ideo *tibicines et scenici artifices*. Reines., postquam *ludos* ad marg. hujus loci explicuit per *næniás, cantilenas*, addit postea: Melius ludi hic exponuntur pro mimorum actionibus, qui funeribus etiam aderant, ut dicta factaque defuncti repræsentarent.

8. *Pacuvii;* tragici, Ennii æqualis, tempore belli Punici secundi, cujus frequens mentio in scriptoribus Latinis. Agebat tragœdia, de qua hic sermo, contentionem Ajacis et Ulyssis de armis Achillis. Verba Ajacis de Achivorum injuria conquerentis esse videntur, nisi Ulyssem proxime spectant.

9. *Men' servasse*, etc. Ineptiunt, qui legunt, *Men' me servasse*, interpretantes: *Mene me ipsum servasse, ut essent*, etc. De vero sensu nulla esse potest dubitatio, si quis consilium funeris reputaverit, quo invidia crearetur ingratis erga Cæsaris clementiam percussoribus, et locum Ciceronis comparaverit, Philipp. II, 3, qui ad hunc versum spectare videtur: « qui illum interfecerunt, a quo erant servati. » Si mutanda est vulg. lectio, quæ senarium mutilum exhibet, vel cum Grutero legamus, *Me, me servasse;* vel, *Men', me servasse*, repetito ad movendum dolorem pronomine subjecti; vel cum Burmanno, *Servasse mene*, vel *men', ut essent*, etc. restituto senario. Oudend. trochaicum trimetrum catalecticum esse putat, ubi nihil sane deest. Sed eum non exspectas in hoc carmine.

10. *Attilii;* veteris poetæ, qui Sophoclis Electram Latinam fecerat, memorati a Cic. de Fin. I, 2, et ad Attic. XIV, 20; a Vulcatio Sedigito apud Gell. XV, 24, et a Varrone, de Lingua Lat. V et VI. Hoc nomen Torrentius et Casaub. ejici voluerunt, ut *Attii* vel *Atii* reseriberetur, quos jure castigat Bayle, *Dictionn. hist. et crit.* sub voc. *Attilius*.

tionis loco Consul Antonius per præconem pronunciavit Senatusconsultum[11], quo omnia ei divina simul atque humana decreverat: item jusjurandum, quo se cuncti pro salute unius astrinxerant: quibus[12] perpauca a se verba addidit. Lectum[13] pro Rostris in Forum magistratus et honoribus functi detulerunt. Quem quum pars in Capitolini Jovis cella cremare, pars in Curia Pompeii, destinaret, repente[14] duo quidam, gladiis succincti, ac bina jacula gestantes, ardentibus cereis succenderunt;

11. *Senatusconsultum, quo omnia ei divina*, etc. Vide supra, cap. 76 et 78.

12. *Quibus perpauca a se verba addidit.* Dio longam Antonii orationem exhibet, XLIV, 36—50, quam falsam et ad arbitrium confictam judicat Casaub. ex hoc Suetonii loco, et Appian. 145. Malim tamen cum Fabric. ad Dion. l. c. (præeunte Reines. Var. Lect. I, 21) ex Cicer. Philipp. II, 36, ubi, « tua illa pulchra laudatio, tua miseratio, tua cohortatio » (coll. Plutarch. Brut. 20, et Anton. 14, ipsaque Appiani narratione, quæ instar orationis satis longæ Antonii verba apud funus fuisse ostendit), statuere, fuisse quidem ejus orationem, interruptam variis artibus spectaculisque ad miserationem comparatis, exornatam tamen a Dione et in eam formam, qua apud eum legitur, antiquorum historicorum more compositam.

13. *Lectum pro Rostris... detulerunt;* i. e. detulerant, et pro Rostris sive ante Rostra in Foro deposuerant; vel *lectum pro Rostris*, i. e. qui ante Rostra postea erat, magistratus... detulerunt. Ἀορίστως vel absolute, monente Wolf., Suetonius hæc narrat, non relative ad præcedentia. Videntur tamen hæc a scriptore alieno loco narrari; nam lectum in Foro fuisse collocatum, supra jam dixerat. Quod ad rem attinet, ita Augustus « Senatorum humeris delatus in campum » (August. 100), et Germanici *cineres Tribunorum Centurionumque humeris portati* a Tacito, Ann. III, 2, dicuntur, quum plerumque a propinquis, vel heredibus, aut libertis fieri id soléret. Dum hæc scribo, talis honos civi de civibus optime merito redditur: raptum prærmatura morte peritissimum artis medicæ professorem publ. *Béclard* suo missis humeris discipuli ad ultimam sedem deferunt.—Quintil. Inst. VI, 1, 31, de funebri Cæsaris pompa: « populum Romanum egit in furorem prætexta C. Cæsaris prolata in Foro cruenta. Sciebatur interfectum eum: corpus denique ipsum impositum lecto erat: at vestis tamen illa, sanguine madens, ita repræsentavit imaginem sceleris, ut non occisus esse Cæsar, sed tum maxime occidi videretur. »

14. *Repente duo quidam*, etc. procul dubio ad id instituti, ut Castoris et Pollucis speciem gererent.

confestimque circumstantium turba virgulta arida, et cum subselliis tribunalia, quicquid præterea ad[15] manum aderat, congessit: deinde [16] tibicines et scenici artifices vestem, quam ex instrumento triumphorum ad præsentem usum induerant, detractam sibi atque discissam injecere flammæ, et[17] veteranorum militum legionarii arma sua, quibus exculti funus celebrabant: matronæ etiam pleræque ornamenta sua, quæ gerebant, et liberorum bullas[18] atque prætextas. In summo publico luctu exterarum gentium multitudo [19]circulatim, suo quæque more, lamentata est; præcipueque Judæi, qui etiam noctibus continuis bustum frequentarunt.

LXXXV. Plebs[1] statim a funere ad domum Bruti et

15. *Ad manum*. Alii, *ad donum*, eadem fere Codd. auctoritate, et ad sensum probabilitate. Illud præfero, quod tumultuarium in Foro cremandi consilium melius exprimit. Qui dona ferebant, jussi quidem fuerant procedere in campum Martium, sed adesse multi adhuc poterant, et adfuisse multos docent loca Græcorum, ut bene disputat Oudendorpius, tuens *ad donum*. Idem sine justa causa conjicit *odorum*, ut Heinsius et Græv. *idoneum*. Conf. Baumgart. Eodem modo combustus fuerat Clodius. Appian. II, 21; Dio, XL, 49.

16. *Tibicines*. Alii, *siticines* suaserunt (de quibus Gell. XX, 2) sine Codd. Vide Kirchmann. de Fun. Rom. II, cap. 4 et 5. — *Ex instrumento triumphorum*; apparatu. Supra, cap. 37, « triumphum... diversum quemque *apparatu et instrumento*. »

17. *Et veteranorum militum legionarii*, etc. Hoc est, legiones e veteranis militibus compositæ, quæ Romæ tum erant, deductionem in promissos agros exspectantes. Cf. Appian. II, 120.

18. *Liberorum bullas atque prætextas;* quas gerere solebant usque ad vitæ annum septimum decimum. Antea *pleræque* sunt *multæ*: vide cap. 83.

19. *Circulatim*. Torrent. *per vices* interpretatur; melius alii, *in circulos coeuntes*, ut unaquæque gens, peculiari loco congregata, alia aliter pro more dolorem suum testata sit. Ita Cæsar. Bell. Gall. I, 64: « totis vero castris milites *circulari* et dolere. » — *Judæi* Cæsarem colebant ob devictum Pompeium, sanctæ urbis expugnatorem, aliaque beneficia, de quibus vide Joseph. Archæol. XIV. De honoribus quos Judæi defunctis tribuere solebant, conf. Geyer. de Luctu Hebr. c. 6, maxime, quæ § 26 dicit de visitatione sepulcri; Nicolai, de Sepulcris Hebræor. I, 3.

LXXXV. 1. *Plebs... tetendit*. Cf. Plut. Brut. 20; Appian. cap. 147.

Cassii cum facibus tetendit: atque ægre repulsa, obvium sibi Helvium[2] Cinnam, per errorem nominis, quasi Cornelius is esset, quem graviter pridie concionatum de Cæsare requirebat, occidit; caputque ejus præfixum hastæ circumtulit: postea solidam[3] columnam prope viginti pedum lapidis Numidici in Foro statuit, scripsitque: PARENTI[4] PATRIAE. Apud eandem[5] longo tempore sacrificare, vota suscipere, controversias quasdam interposito per Cæsarem jurejurando distrahere, perseveravit.

Antonius apud VOLTAIRE, *Mort de César*, act. III, sc. ult. Romanos ad ultionem cædis concitat:

Entendez-vous sa voix? Réveillez-vous, Romains;
Marchez, suivez-moi tous contre ses assassins:
Ce sont là les honneurs qu'à César on doit rendre.
Des brandons du bûcher qui va le mettre en cendre
Embrâsons les palais de ces fiers conjurés;
Enfonçons dans leur sein nos bras désespérés.
Venez, dignes amis, venez, vengeurs des crimes,
Au dieu de la patrie immoler ces victimes.

ROMAINS.

Oui, nous les punirons; oui, nous suivrons vos pas.
Nous jurons par son sang de venger son trépas.
Courons.

2. *Helvium Cinnam*; quem Tribunum plebis commemoravit Noster, c. 52. De re Valer. Max. IX, 9, 1: «C. Helvius Cinna, tribunus plebis, ex funere C. Cæsaris domum suam petens, populi manibus discerptus est pro Cornelio Cinna, in quem sævire se existimabat; iratus ei, quod, quum affinis esset Cæsaris, adversus eum nefarie raptum (id est, *occisum*) impiam pro rostris orationem habuisset; eoque errore propulsus est, ut caput Helvii perinde atque Cornelii circa rogum Cæsaris, fixum jaculo ferret: officii sui, alieni erroris piaculum miserabile.»

3. *Postea solidam columnam*, etc. Vide Cic. ad Div. XII, 1, et IX, 14; ad Attic. XIV, 15, ubi laudatur Dolabella, qui eam evertit. Apud eumdem, Philipp. I, 2, «eversio *illius exsecratæ columnæ*;» qui II, 42, *bustum in foro* appellat. Dio et Appian. *aram* in busto exstructam narrant. Conf. Baumgart. — De *lapide*, marmore, *Numidico*, Plin. Hist. Nat. V, 3 (2).

4. *Parenti Patriæ*. Cic. ad Div. XII, 3: «(Antonius) primum in statua, quam posuit in Rostris, inscripsit, *Parenti optime merito*, ut non modo sicarii, sed jam etiam parricidæ judicemini.»

5. *Apud eandem longo tempore sacrificare*, etc. Wolf. vel errasse Suetonium, vel restitutam a plebe columnam putat, postquam disjecta sit. Sed potuit manere loco, ubi fuerat columna, sanctitas quædam, donec Augustus, teste Appiano, templum ibi exstruxit. — *Controversias distrahere*, dissolvere, finire. — *Interposito per Cæsarem jurejurando*. Tertull. Apologet., «Citius apud vos omnes deos, quam per unum genium Cæsaris pejeratur.»

LXXXVI. Suspicionem Cæsar quibusdam suorum reliquit, neque voluisse se diutius vivere, neque curasse, quod valetudine minus prospera uteretur; ideoque, et quæ religiones monerent, et quæ renunciarent amici, neglexisse. Sunt qui putent, confisum eum novissimo illo Senatusconsulto ac [1] jurejurando, etiam custodias [2] Hispanorum, cum gladiis sectantium se, removisse. Alii e diverso, [3] opinatum, insidias undique imminentes subire semel satius esse, quam cavere semper. Alii ferunt, dicere solitum, non tam sua, quam Reipublicæ interesse, uti salvus esset: se jam pridem potentiæ gloriæque [4] abunde adeptum: Rempublicam, [5] si quid sibi eveniret, neque

LXXXVI. 1. *Jurejurando*, « quo se cuncti pro salute unius astrinxerant; » cap. 84.

2. *Custodias Hispanorum*. Cæsarem ætate nostra multi reges in hoc imitantur, extraneis potius militibus, quam gentiliciis custodiam sui corporis committentes. — *Sectantium*. Hæc Casauboni est emendatio. Codices et editt. vett., *inspectantium*, pro quo Torrent. *insectantium*, Gronov. *adinsectantium*, Lips. *ad id sectantium*, Heins. *stipantium*, vel *circumstantium*, vel *speculantium*, Oudendorp. *septantium*, conjecerunt.

3. *Opinatum; scil. putant* ex superioribus. Hæc Torrentii et Grævii emendatio post Burm. edita est ab Oudend. et Wolfio. Vulgo: « alii e diverso *opinantur*, insidias undique imminentes subire semel *confessum* satius esse, quam cavere semper. » Alii alia vel addunt vel demunt: vide Burm. et Oudend. cf. etiam Walther. Observ. pag. 11 seq. cujus ratio tamen et ipsa orationem valde difficilem reddit. De re Plutarch. Cæsar. 58. Vell. II, 57: « Ille dictitans, mori se, quam timere malle, etc. » quomodo pro *timeri* bene reposuit Oudend. Cæsar Dolabellæ, apud VOLTAIRE, *Mort de César*, act. III, sc. 5:

Va, j'aime mieux mourir que de craindre la mort.

Ceterum, conflatum sibi a bonis odium optime norat Cæsar, qui apud Cic. ad Attic. XIV, 1, « Ego dubitem, quin summo in odio sim, quum M. Cicero sedeat, nec suo commodo me convenire possit? Atqui si quisquam est facilis, hic est, tamen non dubito, quin me male oderit. »

4. *Potentiæ gloriæque*, etc. Cic. Orat. pro Marcello, 8, eadem mirabiliter amplificat.

5. *Rempublicam, si q. s. eveniret*, etc. Senec. de Clem. I, 4: « Olim enim ita se induit Reipublicæ Cæsar, ut seduci alterum non possit sine utriusque pernicie; nam ut illi viribus opus est, ita et huic capite. » — *Aliquanto*, multo, longe, *deteriore conditione*. Vide Ernest.

quietam fore, et aliquanto deteriore conditione civilia bella subituram.

LXXXVII. Illud plane inter omnes fere constitit, talem ei mortem pæne[1] ex sententia obtigisse. Nam et quondam, quum apud[2] Xenophontem legisset, Cyrum ultima valetudine mandasse quædam de funere suo, aspernatus tam lentum mortis genus, subitam sibi celeremque optaverat. Et pridie quam occideretur, in sermone nato super cœnam[3] apud M. Lepidum, quisnam esset finis vitæ commodissimus, repentinum inopinatumque prætulerat.

LXXXVIII. Periit sexto[1] et quinquagesimo ætatis anno: atque in Deorum numerum relatus est, non ore modo decernentium, sed et persuasione vulgi. Siquidem ludis, quos[2] primo consecratos ei heres Augustus edebat, stella[3] crinita per septem dies continuos fulsit, exoriens

LXXXVII. 1. *Pæne ex sententia*, ex optato.

2. *Apud Xenophontem*; Cyropæd. VIII, 7, maxime § 25.

3. *Super cœnam*; inter cœnandum. Sic Flor. IV, 2, 69: « super mensas et pocula. » — *Apud M. Lepidum*. Conf. Plut. Cæsar. 63; Appian. cap. 115.

LXXXVIII. 1. *Sexto et quinquagesimo ætatis anno*. Natus erat Id. Quintil. A. U. 654; periit Id. Mart. A. U. 710; deerant igitur quatuor menses LVI annis, quos vixisse dicitur. A Dione, XLIV, 7, numero rotundo ἑξηκοντούτης dicitur. Eodem ætatis anno obiisse Scipionem Africanum minorem, Virgilium et Plinium, notat Torrent.

2. *Quos primo consecratos ei*; id est, ab eo, Cæsare (vide c. 20), Veneri Genetrici, sed non editos. Conf. Dio, XLV, 6; Appian. Bell. Civ. III, 28. Plin. Hist. Nat. II, 25 (23): « ludis, quos faciebat Veneri Genetrici, non multo post obitum patris Cæsaris. » Vide ad Aug. 10. Errant igitur, qui præferunt nostro loco, *primos consecrato ei*. Decepit librarios, auctores hujus lectionis, dativus *ei*.

3. *Stella crinita*, etc. Plin. l. c. « Cometes in uno totius orbis loco colitur in templo Romæ, admodum faustus Divo Augusto judicatus ab ipso, qui, incipiente eo, apparuit ludis, quos faciebat Veneri Genetrici.... Namque his verbis id gaudium prodidit: Iis ipsis ludorum meorum diebus sidus crinitum per septem dies in regione cæli, quæ sub septemtrionibus est, conspectum. Id oriebatur circa undecimam horam diei, clarumque et omnibus e terris conspicuum fuit. Eo sidere significari vulgus credidit, Cæsaris animam inter Deorum immortalium numina receptam,

circa undecimam horam: creditumque est, animam esse Cæsaris in cælum recepti: et hac de causa simulacro ejus in vertice additur stella. Curiam,[4] in qua occisus est, obstrui placuit, Idusque Martias *parricidium* nominari, ac ne unquam eo die Senatus ageretur.

LXXXIX. Percussorum[1] autem fere neque triennio quisquam amplius supervixit, neque sua morte defunctus est. Damnati[2] omnes alius alio casu periit: pars naufra-

quo nomine id insigne simulacro capitis ejus, quod mox in Foro consecravimus, adjectum est. » Narratio igitur Suetonii desumta est ex ipso Augusti scripto. Conf. Dion. XLV, 7; Plutarch. Cæsar. 69; Senec. Nat. Quæst. VII, 17; Serv. ad Virg. Ecl. IX, 47. Solis eclipsin narrat etiam Aurel. Victor, 82: « cujus corpore pro rostris posito, sol orbem suum celasse dicitur. » Adde Virgilii pulcherrima hæc, Georg. I, 466;

Ille etiam exstincto miseratus Cæsare Romam,
Quum caput obscura nitidum ferrugine texit,
Impiaque æternam timuerunt secula noctem.

De his vide Virgil. nost. Ed. tom. I, pag. 323; tom. V, pag. 426; et tom. VII, pag. 607. Ed. — *Simulacro ejus in vertice additur stella.* Vide Cæsaris effigiem huic tomo præfixam, pag. 1.

4. *Curiam*, etc. Appian. c. 147, incensam eam a plebe narrat. Consentit eum Nostro Dio, XLVII, 19. — *Obstrui placuit.* Ita fere nos solo theatrum adæquatum vidimus, quo percussus gladio nefando concidit princeps ille regum nepos (*le duc de Berri*), iu hoc infeliciter cum Cæsare comparandus. — *Idusque Martias*, etc. Conf. Dio, ibid. qui, cap. 18 et 19, alios honores a Triumviris Cæsari datos recenset.

LXXXIX. 1. *Percussorum autem*, etc. Conf. ad h. l. Baumgart. et Vell. II, 69. Montesquieu, *Grandeur et Décadence des Romains*, cap. XIII, funestam conjuratorum necem notat, his subjectis: « De « nos jours, presque tous ceux qui « jugèrent Charles Ier eurent une « fin tragique. C'est qu'il n'est guère « possible de faire des actions pa-« reilles sans avoir de tous côtés « de mortels ennemis, et par con-« séquent sans courir une infinité « de périls. » — *Sua morte;* id est, *naturali* seu *fatali*, ut Senec. « bella res est, mori *sua morte*. »

2. *Damnati omnes;* lege Pedia. Vell. II, 69: « et lege Pedia, quam Consul Pedius collega Cæsaris (Octavii) tulerat, omnibus, qui Cæsarem patrem interfecerant, aqua ignique damnatis interdictum erat. » Vide Ner. cap. 3. — *Periit.* Notabilis loquendi modus (si refers *periit* ad *Damnati omnes*), quem contra Ernest. postulantem *perierunt* Bremius fulsit exemplo Cic. de Offic. 41: « ut enim pictores, et ii, qui signa fabricantur, et vero etiam poetæ, suum quisque opus a vulgo considerari *vult;* » ubi MS. unus, *volunt.* Eadem plane con-

gio, pars prælio : nonnulli semet eodem illo pugione, quo Cæsarem violaverant, interemerunt.[3]

structione Propertius, II, 31, 11, pag. 295 Edit. nostræ :

Auro Solis erat supra fastigia currus ;
Et *valvæ* (Libyci nobile dentis opus)
Altera dejectos Parnasi vertice Gallos,
Altera *mœrebat* funera Tantalidos.

Valvæ altera mœrebat, ut *Damnati alius periit;* nisi quis apud Propert. cum editoribus plerisque sensum post *Libyci nobile dentis opus* suspensum malit, ut sequens distichon ab hoc ipso versu disjungatur, et sententiam per se faciat, quod ipse nequaquam admitto. Item apud Nostrum potes post *omnes* supplere *sunt*, quod mihi non magis placet.

3. *Semet.... interemerunt.* Velleius II, 69 et seq. vividis coloribus expressit violentam necem, quam sibi intulerunt Brutus et Cassius, quos pronior fortuna comitata est, et veluti fatigata maturius destituit. Vide etiam Valer. Maxim. lib. VI, 4, 5.

EXCURSUS
AD VITAM C. J. CÆSARIS.

In describenda C. J. Cæsaris vita, sive propositam sibi viam ingressus, sive aliud quid ingenii facultas recusaret, quod voluit aut potuit Suetonius officium peregit: publica privataque facta, mores habitusque ducis, memorabilia quædam ab eo prolata, res denique quam maxime retinendas, sive laudi, sive detrimento ipsius memoriæ fuerint, paucissimis verbis comprehensas lectori subjicit, narrator modo, non judex, valde ob id ipsum placiturus iis, qui præter historicam fidem nihil ab auctoribus exposcunt. Sed eam scribendi festinationem, quæ, ubi de minoribus tractatur, scriptoris mentem cautam arguit, ad majora translatam vitium esse senserit quicumque paulo curiosior animus, vel ex hoc uno de Cæsare Suetonii libello; in quo neminem esse reor, qui Julium reperiat, nisi prius edoctus ad librum accesserit. Ecquod autem apud veteres majus ingenium, ubinam splendidius, quam Cæsaris nomen? Si plura in unum congerere libeat, quis unquam de se tot simul et grandiora, sive ad hominem proprie spectes, sive res perpendas, inter quas vixerit, narranda cogitandaque scribentibus tradidit? Unicus ille inter omnes Julius; qui, militari gloria peritissimis adæquandus aut præferendus, copia quoque dicendi inter magistros haud impar assidet, ut duplici præsidio fretus imperium adortus, ubi gladio tantum vincere potuisset, armis et eloquentia vincere voluerit. Verissima sunt, quæ de illo pronunciat Montesquieu, *Grandeur et Décadence des Romains*, cap. XI : « On parle beaucoup de la fortune de César; mais cet homme extraordinaire avait tant de grandes qualités, sans pas un défaut, quoiqu'il eût bien des vices, qu'il eût été bien difficile que, quelqu'armée qu'il eût commandée, il n'eût été vainqueur, et qu'en quelque république qu'il fût né, il ne l'eût gouvernée. » Et hæc quidem de Cæsare plus di-

cunt, quam pleraque de codem, multorum librorum facile materies et argumentum, intra paginas haud multas a Suetonio congesta : cui demum si nimia pro Cæsaris fama brevitas sua condonanda sit, quippe quæ destinatum operis finem adimpleret, jure saltem objiciatur, quod ne gravissima quidem a se exposita uno verbo perpendat, neque legentis animum aliquantisper detineat in iis, quæ maxime nobis reputanda passim in historia præ ceteris eminent. Exemplo sit famosissimum in tota Republica facinus, Divi Julii cædes, quæ viro apud nos dotibus ingenii longe præstantissimo (VOLTAIRE) tragœdiæ materiem suggerere potuit. De tanto facto nil præter hoc Suetonius (cap. LXXVI) : « Prægravant tamen cetera facta dictaque ejus, ut et abusus dominatione, et jure cæsus existimetur. » Hoc est scribere? hoc est edocere? Quod nisi pro sua dicendi ratione subitam illam dominationis ingentis eversionem longe persequi vellet Suetonius, an jure quodam vel necessaria negligere potuit, neque sententiam de conjuratione, sive suam, sive publicam, diligentius proferre? Laudandus iterum MONTESQUIEU, qui quum in libello suo, *des Causes de la Grandeur et de la Décadence des Romains*, non modo Cæsaris vitam sed totam rem Romanam summatim comprehenderit, ubi moram gravius quid flagitat, non ultra progreditur, quin nodum solverit. Ipsam autem Cæsaris necem ita considerat (d. l. c. XI) : « Il était bien difficile que César pût défendre sa vie : la plupart des conjurés étaient de son parti, ou avaient été par lui comblés de bienfaits; et la raison en est bien naturelle. Ils avaient trouvé de grands avantages dans sa victoire; mais plus leur fortune devenait meilleure, plus ils commençaient à avoir part au malheur commun : car, à un homme qui n'a rien, il importe assez peu, à certains égards, en quel gouvernement il vive. De plus, il y avait un certain droit des gens, une opinion établie dans toutes les républiques de Grèce et d'Italie, qui fesait regarder comme un homme vertueux l'assassin de celui qui avait usurpé la souveraine puissance. A Rome, surtout depuis l'expulsion des rois, la loi était précise, les exemples reçus : la république armait le bras de chaque citoyen, le fesait magistrat pour le moment, et l'avouait pour sa défense. Brutus ose bien dire à ses amis, que, quand

son père reviendrait sur la terre, il le tuerait tout de même: et quoique, par la continuation de la tyrannie, cet esprit de liberté se perdît peu à peu, les conjurations, au commencement du règne d'Auguste, renaissaient toujours. C'était un amour dominant pour la patrie, qui, sortant des régles ordinaires des crimes et des vertus, n'écoutait que lui seul, et ne voyait ni citoyen, ni ami, ni bienfaiteur, ni père; la vertu semblait s'oublier pour se surpasser elle-même; et l'action, qu'on ne pouvait d'abord approuver, parce qu'elle était atroce, elle la fesait admirer comme divine. En effet, le crime de César, qui vivait dans un gouvernement libre, n'était-il pas hors d'état d'être puni autrement que par un assassinat? Et demander pourquoi on ne l'avait pas poursuivi par la force ouverte, ou par les lois, n'était-ce pas demander raison de ses crimes?» Utrumque scriptorem ex ea comparatione pretio suo æstimas: tenuem et jejunum alterum; plenum alterum et ad intima sua descendentem, causas quasque suas rebus assignaturum. Sed ne longius faciam, quum alia plurima nos poscant, quæ de Cæsaris ingenio (et in hoc saltem punctum erat) tam leviter subjecit Suetonius, ea, præter MONTESQUIEU in opere modo dicto, clara luce exposita dabit VOLTAIRE, cui ceteras inter dotes pro summa laude sit, quod maximorum hominum judex peritissimus, qualem se quisque gesserit ad vivum repræsentet. Is autem in tragœdiis eximiis, quas de Catilina et Cæsaris nece conscripsit, non Cæsaris imaginem, sed Cæsarem ipsum loquentem et agentem inducit; nisi forte quod in altera (libere profiteri detur), nempe cui titulus, *la Mort de César*, se paulo superbius in omnes Dictator jactitat, quale nuper vitium admisit etiam JOUY, vir cetera bene conspicuus, quum Sullam tragœdiæ principem instituit[1] sententiarum fastu et vaniloquentia tumidum. Sed hoc in arte scenica difficillimum est, ut quando quis ingentes istos animos evolvendos in se suscipit, non extra veritatis modum libentius excurrat. Jam igitur, ne plus justo de minimis inquirere videamur, quum in fabulis illis VOLTAIRE, quod fere per humanum ingenium licebat,

[1] *Sylla, tragédie en cinq actes, par* E. JOUY, *de l'Académie française.* In qua fabula Dictatoris partes agens noster ille Roscius (*Talma*) tot sibi complodentes rapit, quot sunt oculis et auribus in scenam defisi spectatores.

historiæ similitudinem retulerit, præter versus, quos ex illo depromtos et magis ad Suetonii loca facientes in notis ascripsimus, tragœdias ipsas ab omni parte collatas meditari secum lectoribus curæ sit.

Alter etiam e nostris exstitit, quem hæc eadem examinare juverit : MARMONTEL hic est, haud mediocris auctoritatis nomen, ideo præsertim audiendus, quod Bruti conjurationem diversa, qua supra laudatus MONTESQUIEU, sententia persequatur. Sed altius cum eo res repetere liceat, et inprimis de Pompeio quædam exponere, prius quam ad cædem Julii deveniamus. Sic autem ille (*Préface de la Pharsale*) : « Pompée n'était pas un homme à opposer à César. Il y avait entre eux cette différence, que Balzac a heureusement exprimée, en disant que *l'un était l'ouvrage de sa fortune*, et que *l'autre en était l'ouvrier*. Ce que Pompée avait en ostentation et en apparence, César l'avait en réalité. On voit César, avant de passer le Rubicon, modéré, patient, modeste, et presque suppliant, demander comme une grâce de n'avoir que des égaux : on voit Pompée rejeter avec arrogance cette condition, comme indigne de lui. Mais César passe le Rubicon, et Pompée s'enfuit de Rome. En reculant devant César, il ne cesse de le menacer; et César lui demande la paix en le poursuivant sans relâche. Pompée, avant la bataille de Pharsale, règle d'avance dans son camp le sort des vainqueurs et celui des vaincus, nomme à la charge de souverain pontife, désigne les consuls de l'année suivante, et fait préparer des festins pour célébrer sa victoire. César, tout occupé de ses dispositions, exhorte, encourage ses troupes, en prescrit l'ordre et les mouvemens; et, après avoir tout prévu pour l'attaque et pour la défense, il marche à Pompée, et le bat. Voilà quels étaient ces deux hommes.... César était plus jeune, et naturellement plus actif, plus audacieux, plus ardent : libéral jusqu'à la prodigalité; plein de valeur, de grâce et d'éloquence, il avait pour lui sa beauté, le merveilleux de son origine, le prodige encore plus éblouissant de ses conquêtes, qu'il ne devait qu'à lui. Ses troupes lui étaient dévouées : toutes les vertus militaires, réunies en lui au plus haut degré, avaient porté jusqu'à l'enthousiasme leur confiance et leur amour. Mais ces avantages mêmes le fesaient regarder comme un fléau

pour le sénat. Son équité, sa bonté, sa magnanimité, le rendaient populaire; et comme il l'était de bonne foi, avec franchise, et par sentiment, on voyait trop qu'il le serait toujours. Il avait marqué tant de bienveillance, ou, si l'on veut, tant de complaisance pour la multitude, qu'on disait que de son consulat il avait fait un tribunat du peuple. C'était là son vrai crime; car toutes ses démarches prouvaient assez qu'il se bornait à être un citoyen puissant. Mais le courage et la fermeté avec lesquels on prévoyait qu'un homme de ce caractère défendrait les droits et la liberté du peuple, dont il s'était déclaré l'appui, suffisaient pour donner l'alarme. Ainsi, en ne voyant en lui que ce qu'il annonçait lui-même, le sénat avait lieu de le craindre : mais du moins, par cette raison, il aurait dû le ménager; et il mit le comble à ses imprudences, en s'obstinant à le pousser à bout.... Le peuple fut donc la victime du sénat; et César qui, traité avec modération, eût été sans doute le plus puissant, mais le meilleur citoyen de Rome, en devint le maître, à son corps défendant.... Les amis de César, ou plutôt ses flatteurs, le perdirent. On sait quelle fut la bassesse de Marc-Antoine aux Lupercales; on sait que César ayant ce jour-là refusé le diadème, on en couronna ses statues.... Mais ces honneurs étaient un piège que lui tendaient ses ennemis, pour le rendre odieux au peuple, et pour autoriser le crime qu'ils méditaient contre lui. Ce fut au milieu du sénat, et par des sénateurs, qu'il fut assassiné; et si d'abord le peuple se laissa séduire au nom de *liberté*, on sait à quel excès de douleur et de rage le porta la lecture du testament de César, et de quelle ardeur il vengea sa mort. Ce peuple, qui l'aimait, lui eût pardonné sans peine de l'avoir tiré de l'oppression. Mais en prenant le peuple sous sa garde, il avait anéanti la puissance et le règne du sénat. Ce fut ce roi, chassé du trône, qui conspira contre son successeur. Lequel des deux était le tyran? On le voit sans que je le dise : et il serait facile de prouver que César, en s'emparant des rênes de l'empire, avait fait un acte de citoyen. Son meurtrier fut donc le sénat; et si on demande pourquoi Sylla, le barbare Sylla, régna tranquille, abdiqua sans crainte, et mourut impuni, tandis que César, la bonté, la clémence même, fut massacré au moment

qu'il fesait les délices et le bonheur de Rome; c'est que l'un avait su flatter l'orgueil du sénat, en humiliant le peuple; et que l'autre, en devenant le père du peuple, avait été le destructeur de l'autorité du sénat. » De Pompeio facile consentimus; qui gloriam obtinet in eo præcipue positam, quod quum patriciorum partes in rivalitatem Cæsaris fuerit amplexus, hi circumlatum defensoris nomen, sub mente sibi contradicentes, religione quadam consecrare voluerunt: factum vero gravius ipsa conjuratio exstitit, quam ut præcipitanti judicio sive MARMONTEL, sive MONTESQUIEU veritati propius accessisse dici possit: at nullo fuisse motos libertatis amore Brutum et Cassium quum Cæsari mortem destinarent, neque in patria liberanda tantum ipsius Reipublicæ bono, quantum privatæ senatus utilitati consuluisse eos, hoc nequaquam admitto; et in hoc MARMONTEL, si recte citati loci mentem capio, errasse mihi videtur.

In alium errorem, ne proprio vocabulo uti velimus, incidit Gallicus ille rei literariæ magister, qui non eadem ubique fortuna cum præceptis exempla conjunxit: comparationem dico, quam infelici mentis contentione inter Cæsarem et Henricum IV instituendam excogitavit LA HARPE, Cæsaris Vitæ subjectam (*Traduction de Suétone*). Plura parantibus ampla foret objectationis materia; neque, certamine cominus inito, saltem ex illo victor excederet tot agonalibus palmis inflatus hic Pindi cujuscunque dictatorius arbiter. Commissum enim nobile virorum par tam laxa, tam incerta probandi forma sustinet, ut de ceteris quibusvis ejusdem famæ nominibus ipsa quibus nititur aptissime valeant. Quod si vel obiter rem attingamus, similitudinem inductam disparibns prorsus sibi modis adversari compertum erit, quum ex altera parte Cæsarem videamus, publicæ libertatis armatum hostem, et Pompeio rivali quodam fato servatum, ut occupandæ prædæ magnitudinem pervulgata competitorum celebritas adæqnaret; ex altera Henricum, gladio jns suum exsequentem et incœpti generositate confisum: cujus autem ex adversariis abest, nt adductus *Farnèse* eadem qua Pompeius æmulatione, victi memoriam cum victoris gloria pariter pensandam commiscere meritus sit. In amores Henricus pronior, sed pudicæ demum Veneris ritus nur-

quam prætergressus; effrenatæ ambitionis æstu correptus Cæsar ut nonnisi raptim, hora forte data, voluptatis delicias perstrinxerit, vitio temporis haud semper expurgatas: prodigus hic et magnificentiæ cupiens; parcus ille et pecuniæ cautus æstimator, neque, vel assumto regno, extra modicos paternæ vitæ mores unquam elatus: literis alter imbutus, et scriptis non minus quam ense nobilis; alter pro diversissimis temporibus omni doctrina destitutus, et natura totus factus quod erat: Gallus, dum legitimam hereditatem repetit, pristinumque revocat regii stemmatis ordinem, militum fere manu adjutus; Romanus, quum evertendam Rempublicam aggreditur, et prostratæ libertati voluntatem unius substituit, ingenti copiarum concussu facinoris audaciam significans: uterque revera præmatura nece abreptus, sed alias ob caussas, aliter hic, aliter ille, vim illatam expertus: occiso Rege, sicarius captus et affectus supplicio; Dictatore percusso, conjurati civile bellum moventes, acie demum profligati, sed Romani Romane occumbentes: etc. etc. Sat vero nobis hæc, quibus refellatur Laharpe, judicio toties fere deceptus, quoties de Latinis sententiam tulit. Si quem cum Cæsare conferre libeat, en melius adest ad ejus similitudinem conformatum ingenium (*Buonaparte*), cui par, nisi forte major, bellicæ laudis congeries; cui tum in consilio tum in factis æqua celeritas et nonnunquam temeritas eadem; cui simili modo subrutis legibus et libertate diadema impositum; cui pariter famuli reges et obsequiosa religio; cui et ipsi, dum vivus et potens, neque certantium adulatorum cantus, neque fracto et mortuo putidæ turbæ convicia defuerunt.... Sed quum ea quæ vidimus solitos rerum fines exsuperant, negata præsentibus annis veritas jam tutius ad posteras ætates confugiet.

Nunc, quod extra Cæsarem ipsum fuit, plura de militibus ejus celebrantur; fortitudo, labores, constantia, amor in imperatorem devotissimus, et *immensa* ea *laudum cupido*, quæ sibi pro incitamento est, quæ sibi pro præmio. Gloriari liceat, quod ejusmodi quoque præstantissima nuper stupuerimus, tempore quo devictas olim a Cæsare Gallias Cæsar alter, haud fama minor, ad summum victoriæ fastigium voluntate sua perduxit; siquidem et habemus nos, quæ terrarum orbem obstupefaciant, et de nobis etiam apud nepotes haud semel verba

erunt! Inter utrumque Cæsarem quis grandior, inter utriusque milites quinam majora patraverint, quinam graviora sint perpessi, posteritatis judicium erit. Nunc, quod possumns, Gallos in arduis quibusdam cum Romanis conferre libet, ut si quid prius memorabile gestum sit, hoc ætatis nostræ detrectatores iterum fieri potuisse vel inviti fateantur. Porro de Romanis hæc Suetonius (cap. LXVIII): « Famem et ceteras necessitates, non quum obsiderentur modo, sed et si alios ipsi obsiderent, tanto opere tolerabant, ut Dyrrhachina munitione Pompeius, viso genere panis ex herba, quo sustinebantur, *cum feris sibi rem esse*, dixerit, etc. » De nostris, alias inter vix non reticendas calamitates, horrendum illud consignat DE SÉGUR, in libro nuper universis omnium plausibus excepto, cui titulus dictus *Histoire de Napoléon et de la Grande-Armée pendant l'année* 1812, lib. XII, cap. 2 : « Le 6 décembre, le jour même qui suivit le départ de Napoléon, le ciel se montra plus terrible encore. On vit flotter dans l'air des molécules glacées : les oiseaux tombèrent roidis et gelés. L'atmosphère était immobile et muette; il semblait que tout ce qu'il y avait de mouvement et de vie dans la nature, que le vent même fût atteint, enchaîné, et comme glacé par une mort universelle. Alors plus de paroles, aucun murmure, un morne silence, celui du désespoir, et les larmes qui l'annoncent. On s'écoulait dans cet empire de la mort, comme des ombres malheureuses. Le bruit sourd et monotone de nos pas, le craquement de la neige, et les faibles gémissemens des mourans, interrompaient seuls cette vaste et lugubre taciturnité. Alors plus de colère ni d'imprécations, rien de ce qui suppose un reste de chaleur : à peine la force de prier restait-elle : la plupart tombaient même sans se plaindre, soit faiblesse ou résignation, soit qu'on ne se plaigne pas lorsqu'on espère attendrir, et qu'on croit être plaint. Ceux de nos soldats jusque là les plus persévérans, se rebutèrent. Tantôt la neige s'ouvrait sous leurs pieds; plus souvent, sa surface miroitée ne leur offrant aucun appui, ils glissaient à chaque pas, et marchaient de chute en chute : il semblait que ce sol ennemi refusât de les porter, qu'il s'échappât sous leurs efforts, qu'il leur tendît des embûches, comme pour embarrasser, pour retarder leur marche, et les livrer aux

Russes qni les poursuivaient, ou à leur terrible climat. Et réellement, dès qu'épnisés ils s'arrêtaient un instant, l'hiver, appesantissant sur eux sa main de glace, se saisissait de cette proie. C'était vainement qu'alors ces malheureux, se sentant engourdis, se relevaient, et que, déjà sans voix, insensibles et plongés dans la stupeur, ils fesaient quelques pas, tels que des automates; leur sang se glaçant dans leurs veines, comme les eaux dans le cours des ruisseaux, alanguissait leur cœur, puis il refluait vers leur tête : alors ces moribonds chancelaient comme dans nn état d'ivresse. De leurs yeux rougis et enflammés par l'aspect continuel d'une neige éclatante, par la privation du sommeil, par la fumée des bivouacs, il sortait de véritables larmes de sang; leur poitrine exhalait de profonds soupirs; ils regardaient le ciel, nous et la terre, d'un œil consterné, fixe et hagard : c'étaient leurs adieux à cette nature barbare qui les torturait, et leurs reproches peut-être. Bientôt ils se laissaient aller sur les genoux, ensuite sur les mains; leur tête vaguait encore quelques instans à droite et à gauche, et leur bouche béante laissait échapper quelques sons agonisans; enfin elle tombait à son tour sur la neige, qu'elle rougissait aussitôt d'un sang livide, et leurs souffrances avaient cessé. Leurs compagnons les dépassaient sans se déranger d'un pas, de peur d'allonger leur chemin, sans détourner la tête, car leur barbe, leurs cheveux étaient hérissés de glaçons, et chaque mouvement était une douleur. Ils ne les plaignaient même pas; car, enfin, qu'avaient-ils perdu en succombant?.... Tels furent les derniers jours de la grande-armée : ses dernières nuits furent plus affreuses encore. Ceux qu'elles surprirent ensemble loin de toute habitation, s'arrêtèrent sur la lisière des bois : là, ils allumèrent des feux, devant lesqnels ils restaient toute la nuit droits et immobiles comme des spectres. Ils ne pouvaient se rassasier de cette chaleur; ils s'en tenaient si proches, que leurs vêtemens brûlaient, ainsi que les parties gelées de leur corps que le feu décomposait. Alors une horrible douleur les contraignait à s'étendre, et le lendemain ils s'efforçaient en vain de se relever. Cependant ceux que l'hiver avait laissés presque entiers, et qui conservaient un reste de courage, préparaient leurs tristes repas. C'étaient, comme dès Smolensk,

quelques tranches de cheval grillées, et de la farine de seigle délayée et bouillie dans de l'eau de neige, ou pétrie en galettes, et qu'ils assaisonnaient, à défaut de sel, avec la poudre de leurs cartouches. A la lueur de ces feux, accouraient toute la nuit de nouveaux fantômes, que repoussaient les premiers venus. Ces infortunés erraient d'un bivouac à l'autre, jusqu'à ce que, saisis par le froid et le désespoir, ils s'abandonnassent. Alors, se couchant sur la neige, derrière le cercle de leurs compagnons plus heureux, ils y expiraient. Quelques-uns, sans moyens et sans forces pour abattre les hauts sapins de la forêt, essayèrent vainement d'en enflammer le pied; mais bientôt la mort les surprit autour de ces arbres dans toutes les attitudes. On vit, sous les vastes hangars qui bordent quelques points de la route, de plus grandes horreurs. Soldats et officiers, tous s'y précipitaient, s'y entassaient en foule. Là, comme des bestiaux, ils se serraient les uns contre les autres autour de quelques feux; les vivans ne pouvant écarter les morts du foyer, se plaçaient sur eux, pour y expirer à leur tour, et servir de lit de mort à de nouvelles victimes. Bientôt d'autres foules de traîneurs se présentaient encore, et ne pouvant pénétrer dans ces asiles de douleur, ils les assiégeaient. Il arriva souvent qu'ils en démolirent les murs de bois sec, pour en alimenter leurs feux: d'autres fois, repoussés et découragés, ils se contentaient d'en abriter leurs bivouacs. Bientôt les flammes se communiquaient à ces habitations, et les soldats qu'elles renfermaient, à demi-morts par le froid, y étaient achevés par le feu. Ceux de nous que ces abris sauvèrent, trouvèrent le lendemain leurs compagnons glacés et par tas autour de leurs feux éteints. Pour sortir de ces catacombes, il fallut que, par un horrible effort, ils gravissent par dessus les monceaux de ces infortunés, dont quelques-uns respiraient encore. A Iouprancuï.... des soldats brûlèrent des maisons debout, et tout entières, pour se chauffer quelques instans. La lueur de ces incendies attira des malheureux que l'intensité du froid et de la douleur avait exaltés jusqu'au délire: ils accoururent en furieux, et, avec des grincemens de dents et des rires infernaux, ils se précipitèrent dans ces brasiers, où ils périrent dans d'horribles convulsions. Leurs compagnons affamés les regardaient sans effroi; il y en eut

même qui attirèrent à eux ces corps défigurés et grillés par les flammes; et il est trop vrai qu'ils osèrent porter à leur bouche cette révoltante nourriture! » Paulo post Suetonius : « Ceteris præliis, innumeras adversariorum copias, multis partibus ipsi pauciores, facile superarunt. » De Ségur, lib. ix, cap. 2, ubi pugnam atrocissimam describit : « C'est ainsi que dix-huit mille Italiens et Français, ramassés au fond d'un ravin, ont vaincu cinquante mille Russes placés au-dessus de leurs têtes, et secondés par tous les obstacles que peut offrir une ville bâtie sur une pente rapide. » Ibidem Suetonius : « Denique una sextæ legionis cohors, præposita castello, quatuor Pompeii legiones per aliquot horas sustinuit, pæne omnis confixa multitudine hostilium sagittarum, quarum centum ac triginta millia intra vallum reperta sunt. » De Ségur, vii, 11 : « Cependant, Barclay, avec la droite, luttait opiniâtrément contre le prince Eugène. Celui-ci, aussitôt après la prise de Borodino, avait passé la Kologha devant la grande redoute ennemie. Là surtout, les Russes avaient compté sur leurs hauteurs escarpées, environnées de ravins profonds et fangeux, sur notre épuisement, sur leurs retranchemens armés de grosses pièces, enfin sur quatre-vingts canons qui bordaient ces crêtes, toutes hérissées de fer et de feu. Mais ces élémens, l'art, la nature, tout leur manqua à la fois : assaillis par un premier élan de cette furie française si célèbre, ils virent tout-à-coup les soldats de Morand au milieu d'eux, et s'enfuirent déconcertés. Dix-huit cents hommes du 30e régiment, et le général Bonnamy marchant à leur tête, venaient de faire ce grand effort..... Les Russes, revenus de leur premier saisissement, accoururent de toutes parts. Koutaisof et Yermolof les conduisirent eux-mêmes avec une résolution digne de cette grande circonstance. Le 30e régiment, seul devant une armée, osa s'élancer contre elle à la baïonnette : il fut enveloppé, écrasé, et culbuté hors de la redoute, où il laissa un tiers de ses soldats, et son intrépide général percé de vingt blessures. Les Russes, encouragés, ne se contentèrent plus de se défendre; ils attaquèrent. On vit alors réuni sur ce seul point tout ce que la guerre a d'art, d'efforts et de fureur. Les Français tinrent pendant quatre heures sur le penchant de ce volcan, et sous cette pluie de fer et de plomb. Mais

il y fallut la tenace habileté du prince Eugène, et pour des victorieux depuis longtemps, tout ce qu'a d'insupportable l'idée de s'avouer vaincus. » Suetonius, cap. LXII, Cæsaris ipsius virtutem laudat : « Inclinatam aciem solus sæpe restituit, obsistens fugientibus, retinensque singulos, et contortis faucibus convertens in hostem : etc. » DE SÉGUR, VII, 9, de rege (*Murat*) Cæsaris nostri legato : « Les cavaliers ennemis poussèrent vigoureusement leur fortune : ils enveloppèrent Murat, qui s'était oublié pour rallier les siens; déjà même ils étendaient les mains pour le saisir, quand ce prince, en se jetant dans la redoute, leur échappa. Mais il n'y trouva que des soldats incertains, s'abandonnant eux-mêmes, et courant tout effarés autour du parapet : il ne leur manquait pour fuir qu'une issue. La présence du roi et ses cris en rassurèrent d'abord quelques-uns. Lui-même saisit une arme; d'une main il combat, de l'autre il élève et agite son panache, appelant tous les siens, et les rendant à leur première valeur par cette autorité que donne l'exemple. En même tems, Ney a reformé ses divisions : son feu arrête les cuirassiers ennemis, trouble leurs rangs; ils lâchent prise, Murat enfin est dégagé, et les hauteurs sont reconquises. » Et alibi, XII, 4, de illo viro (sit cruentis Manibus terra levis!), qui per dies noctesque septem et triginta nunquam cessans, et periculis omnibus jactatus, adversissima semper fortuna major, una voce salutatus est *le héros de la retraite :* « Ney entre alors dans Kowno, seul avec ses aides-de-camp ; car tout a cédé ou succombé autour de lui. Depuis Viazma, c'est la quatrième arrière-garde qui s'use et qui se fond entre ses mains..... Pour la quatrième fois il est resté seul devant l'ennemi, et toujours inébranlable, il cherche une cinquième arrière-garde... Ney, que tout abandonne, ne s'abandonne ni lui-même, ni son poste. Après d'inutiles efforts pour retenir ces fuyards, il ramasse leurs armes encore toutes chargées, il redevient soldat; et, lui cinquième, il fait face à des milliers de Russes. Son audace les arrêta ; elle fit rougir quelques artilleurs, qui imitèrent leur maréchal ; elle donna à l'aide-de-camp Heymès et au général Gérard le tems de ramasser trente soldats, de faire avancer deux à trois pièces légères, et aux généraux Ledru et Marchand, celui de réunir le seul bataillon qui restait. »

Talibus auditis, jam quidquid de priscis heroum temporibus fabulæ prædicant, verisimilius videtur; et nobismet, si cum veteribus in comparationem fuerimus adducti, haud inferioribus quorumlibet æmulis animus interior clamat : *Et facere et pati fortia Gallicum est!* Quod si præter voluntatem in laudandis iis, quæ res domesticas nostras proprie celebrant, fastidium nonnullis attulerimus, hi demum paucissimi erunt, quos non minus adversantes quam suffragantes negligimus. Altera pars est legentium, nobis unice consulenda; ea nempe,

> Quam patrios renovare juvat sub corde labores,
> Quam nec flere pudet, quum tot lacrimanda supersunt.

Hæc veniam facile dabit, immo forte gratum egisse nos fatebitur. Qua persuasione libens plura contulissem, indomitæ nostrorum virtutis æque sacrata monumenta : sed quod ultra civibus a cive tributum Galli acciperent, hoc in Cæsaris et Romanorum invidiam comparatum quibusdam videri possit; ne quis autem illud cogitet, omissis nostris, iterum de Cæsare ipso loquemur, qualem videlicet eum depinxit sagacis animi vir (*l'abbé* Arnaud), scriptoris artificium et intelligentiam judicis inter disquirendum pari modo complexus. Is ea profert, tom. I, quæ pro conclusione demum exscribantur:

« Un des caractères particuliers des hommes extraordinaires, c'est que, s'il est possible de leur donner des qualités qu'ils n'aient pas, il est impossible d'exagérer celles qu'ils ont. Plus elles sont examinées attentivement et de près, plus elles prennent d'étendue, de grandeur et d'éclat. Les plus célèbres écrivains de l'ancienne Rome ne croyaient pas que l'éloquence, quelque sublime qu'elle fût, pût jamais s'élever jusqu'à la hauteur de l'ame et des actions de Jules-César; c'est donc avec le désespoir de parvenir à rendre son portrait ressemblant et fidèle, que j'entreprends de le crayonner.

« Cet homme extraordinaire naquit dans les tems les plus orageux de la république, et ne tarda pas à montrer l'énergie de son caractère, et à laisser entrevoir l'étendue de ses desseins et l'orgueil de ses espérances. A peine âgé de dix-huit ans, il osa résister à la volonté de Sylla, quand Rome ne comptait de citoyens que ceux à qui cet homme de sang permettait de vivre; et cherchant dès-lors à fonder sa grandeur, non sur ces vertus républicaines et pures dont Caton lui offrait un si haut exemple, mais sur l'abaissement de ses concitoyens et sur la destruction de l'égalité, il s'unit adroitement à tous les factieux, à Pison, à

Lentulus, à Catilina, dont les complots et les attentats préparèrent à leurs dépens son inconcevable fortune. La nature avait mis en lui plus de talens, plus d'énergie, et plus de ressources pour exterminer la liberté, que n'en avaient montré, depuis l'expulsion des rois, les plus ardens républicains, pour l'établir ou pour la défendre.

« N'espérant rien du hasard, mais beaucoup de son génie, et tout de sa valeur et de son courage, il demanda, il obtint les premières places de la république, toujours prêt à s'en saisir, s'il n'y était point appelé. Son activité, que jamais il ne divisa, mais qu'il porta successivement toute entière sur chaque objet de son ambition, fut prodigieuse; et nul revers, nul succès ne purent même la suspendre. Le sentiment de ce qui lui restait à faire laissait à peine une place au souvenir de ce qu'il avait déjà fait.

« Ainsi, après des victoires sans nombre, remportées avec une célérité jusqu'alors inouie, dans des climats inconnus, sur des nations puissantes et aguerries; quand Rome elle-même, étonnée de tant de merveilles, lui décernait des statues, des autels et tous les honneurs divins; quand, en effet, il se montrait supérieur à tout ce que Rome avait produit de plus grand, il lui manquait de se trouver égal à lui-même; il voyait à ses pieds les maîtres du monde, et il formait encore des vœux, comme s'il n'y avait rien eu sur la terre qui méritât que cette âme fière et sublime daignât s'y reposer un moment.

« L'étonnement se mêle à l'admiration, lorsqu'on pense à tout ce qu'il voulut, à tout ce qu'il entreprit, à tout ce qu'il exécuta. Il trouvait dans son génie plus de ressources encore qu'il ne pouvait rencontrer d'obstacles à ses desseins, et ses ressources étaient aussi promptes que les obstacles pouvaient être imprévus. A une audace qui commandait en quelque sorte aux événemens, il joignait la sagesse qui les prépare, les mûrit, ou les corrige; jamais il n'entreprit d'expédition sans s'être assuré de tous les moyens de vaincre; jamais il ne se crut vainqueur qu'après avoir ôté toute ressource aux vaincus. Adoré de ses soldats, à qui, hors du combat, il permettait tout, mais à qui, dans un jour d'action, il ne pardonnait rien, il leur avait fait de sa gloire le premier de leurs besoins, et de ses succès la première de ses récompenses.

« Doux, affable, humain, généreux, il eut des vertus, mais il ne fut point vertueux : il les aurait sacrifiées toutes, si ce sacrifice eût dû le rapprocher d'un seul pas de la puissance suprême. L'amitié de Jules-César n'était point ce sentiment pur et tendre, qui nous rend propre et personnel le bonheur ou le malheur d'autrui : c'était une bienveillance fondée sur le besoin et sur l'utilité; c'était le prix du dévouement à sa personne, à ses desseins, à ses volontés. Si, après ce combat mémorable qui décida de la destinée du monde, Rome n'eut à lui redemander

le sang d'aucun des citoyens échappés au fer des combattans, c'est qu'il lui était utile de pardonner; c'est qu'il voyait le pardon comme un des plus nobles exercices de la supériorité. Après la mort de Pompée, il releva les statues de ce grand homme, que le peuple avait renversées; mais la même main avait relevé les trophées de Marius. Sa générosité fut sans bornes, et sa magnificence sans exemple. Mais quel fut l'objet de ses immenses libéralités? celui de gagner le peuple, dont le pouvoir lui devenait nécessaire pour renverser le pouvoir du sénat, et de s'attacher les troupes pour combattre d'abord la puissance de Crassus et de Pompée, et détruire ensuite celle du peuple lui-même.

« Son ambition parut suspendue une fois par la considération du bien public, lorsque, prêt à passer le Rubicon, l'image de tous les maux où sa démarche allait plonger la république, vint s'offrir à son esprit. Cette pensée l'arrêta sur les bords du fleuve; mais elle ne l'arrêta qu'un moment : il eût cent fois mieux aimé périr, et dans sa chûte entraîner tout l'univers, que de renoncer au projet de l'assujétir et de lui donner des lois.

« Il sentit, dès ses premières années, que sa patrie avait besoin d'un maître : il sentit bien plus vivement le besoin de devenir le maître de sa patrie. Pour mieux cacher ce grand dessein, il le couvrit du voile de la popularité, de la dissipation, et même de la débauche : il mit à sa parure et à son maintien la recherche et l'affectation d'un jeune homme qui ne veut que plaire; les yeux les plus clairvoyans s'y méprirent. Le terrible Sylla fut le seul qui, à travers cette mollesse affectée, démêla en lui le plus redoutable ennemi de la république; mais ce qu'il ne pouvait pas prévoir, c'est que cette liberté dont il avait cru ne pouvoir conserver les restes qu'à force de répandre du sang, César la détruirait surtout par le pardon et par la clémence.

« Cet homme extraordinaire marchait à son but, non d'après un plan lentement et froidement médité, mais poussé par un insatiable désir de gloire, par le besoin de dominer, par le sentiment de ses forces, par cet instinct impérieux et secret qui n'attend pas la raison, et sert mieux que la prudence; et loin de craindre les obstacles qui pourraient se rencontrer sur son passage, son génie, qui lui répondait de tout, les lui faisait désirer; car il eût dédaigné même les grandes choses, si, pour y parvenir, il n'avait eu à vaincre de grandes difficultés. Une extrême activité et une patience extrême; l'audace et la prudence, la clémence et la sévérité; l'art de feindre ce qu'on n'est pas, et de cacher ce qu'on est; l'art encore plus difficile de paraître, alors même qu'on feint et qu'on dissimule, naturel, simple et ouvert; un cœur chaud et passionné, et un esprit toujours calme et serein; une imagination souple et ardente, et un jugement ferme et lumineux : telles sont les quali-

tés dont quelques-unes suffisent pour former un héros, un homme d'état, un grand homme, un de ces personnages enfin qui ne se montrent que de très-loin en très-loin, parce que ces qualités s'excluent communément les unes les autres; et César les posséda toutes, et César les posséda au plus haut degré. Ainsi, ce même homme qui défit trois millions d'hommes, qui prit huit cents villes d'assaut, qui soumit trois cents nations, qui du poids de son génie et de son caractère écrasa ce colosse de grandeur et de puissance qui pesait sur tout l'univers; ce même homme réformait les abus, dictait des lois salutaires, veillait sur toutes les parties de l'administration, encourageait et protégeait tous les arts, disputait la palme de l'éloquence au plus éloquent des Romains, fixait la mobilité de la langue, en ramenant aux principes et en soumettant aux règles les mots, presque toujours placés au hasard sur la bouche de la multitude ignorante, et écrivait ses propres actions d'un style dont nul écrivain n'égala l'élégante et noble simplicité: ne pouvant commander au ciel, il voulut en connaître les lois; il étudia le mouvement des astres, et renferma l'année dans ses véritables limites.


« Tous ces objets étaient remplis, et César méditait encore des entreprises dont une seule suffirait, je ne dis pas pour immortaliser un homme, mais pour illustrer tout un siècle, lorsqu'il périt par celle de ses vertus à laquelle il avait dû surtout son élévation et son pouvoir, la clémence. Il périt, et mérita de périr: dans un gouvernement libre, le plus grand des crimes est d'attenter même au reste de la liberté. Mais les Romains durent croire que les dieux n'en jugeraient pas de même: les effrayans phénomènes qui précédèrent et accompagnèrent sa mort; une comète qui parut dans les airs, pendant qu'on célébrait ses funérailles; la fin tragique de tous ses meurtriers, dont quelques-uns se percèrent du même fer dont ils l'avaient frappé, tout semblait leur dire que le ciel courroucé vengeait la mort de César comme un attentat fait à la nature, qui n'avait produit un tel homme que par un effort qu'elle ne pouvait plus répéter. »

H. J. Rouxelle.

OCTAV. AUGUSTUS.



OCTAV. AUGUSTUS IMPERATOR.



C. Lapeviche del. A. A. Allais sculp.

BIBLIOTHÈQUE CLASSIQUE LATINE, par N. E. LEMAIRE.

C. SUETONII TRANQUILLI

OCT. AUGUSTUS.

I. Gentem Octaviam [1] Velitris præcipuam olim fuisse, multa declarant. Nam et vicus celeberrima [2] parte oppidi jam pridem Octavius vocabatur : et ostendebatur ara Octavio [3] consecrata, qui bello dux finitimo, quum forte Marti rem divinam faceret, nunciata repente hostis incursione, semicruda exta rapta foco prosecuit, atque ita prælium ingressus, victor rediit. Decretum etiam publicum exstabat, quo cavebatur, ut in posterum [4] quoque

I. 1. *Velitris.* De hoc Volscorum oppido vide Cellarii Geogr. Ant. II, 9, p. 813.

2. *Celeberrima parte oppidi;* maxime habitata, frequentissima.

3. *Ara Octavio consecrata.* Sunt, qui *aram* monumentum lapideum esse putent, in hujus Octavii honorem statutum; in his Ernest. et Bremi. Sed quum talis honor homini tributus illi antiquitati vix conveniat, neque *ara* pro quovis monumento apud Suetonium occurrat, melior est ratio Burmanni, Oudendorp. Wolfii, qui cum Lips. ad Tacit. Annal. II, 50, aram intelligunt *ab Octavio* illo Marti consecratam, quæ conditoris Octavii nomen retinebat. Hic usus dativi notatus est Cæs. 20 et 88, ubi, *campum majoribus consecratum* et *ludi ei consecrati.* Ita sensit etiam Reitzius. — *Prosecuit;* id est, quamquam noudum satis cocta dissecuit, et *prosicias*, ἀπαρχάς, aræ imposuit. De voc. *prosecare*, in sacrificiis solenni, cf. Brisson. de Formulis, pag. 24. — Marti, qui illegitima sacra tamen probaverat victoria data, ara postea est consecrata.

4. *Quoque.* Editt. ante Casaub., *ut quoque anno in posterum.* Burm. conjecit *quoquo anno in posterum*, i. e. singulis annis. Sed *anno* glossam olet, et contra MSS. intrusum est. Postea *redderentur* est *darentur*, quæ vox alias de sacrificiis usurpatur (vide Brisson. l. c.), ut *referrentur* pro *ferrentur.* — *Reliquiæ*

simili modo exta Marti redderentur, reliquiæque ad Octavios referrentur.

II. Ea gens a Tarquinio Prisco rege inter Romanas gentes allecta [in[1] Senatum], mox a Ser. Tullio in patricias transducta, procedente tempore ad[2] plebem se contulit, ac rursus magno intervallo per D. Julium in patriciatum rediit. Primus ex hac magistratum populi suffragio cepit C.[3] Rufus. Is quæstorius Cneum et Caium procreavit: a quibus duplex Octaviorum familia defluxit, conditione diversa; siquidem Cneus[4], et deinceps ab eo reliqui

non sunt extorum, sed carnes victimæ reliquæ præter exta.

II. 1. *In Senatum.* Totum comma variis impeditum est difficultatibus. Varietatem lectionis et virorum doctorum conjecturas vide apud Burmann. et Oudend. sententia, si verba *in Senatum* abjicias, integra videtur, quibus originem dedit, quod conjungi solet proximum verbum *allegere*, vel, quod sequitur, *ad plebem*, cui sciolus dare voluit quod responderet. Id quidem certum, alterutrum abundare, *in Senatum*, aut *in patricias*, quum regum tempore Senatorum et Patriciorum nullum adhuc esset discrimen, de quo dixi ad Cæs. 41: cf. Manut. de Senatu Rom. c. I. et ad Cic. ad Div. IX, 21. Ernest. minus bene delere maluit *in patricias*. Sed his verbis respondere postea *in patriciatum*, monent Brem. et Wolf. Walther. Observ. pag. 12, interpungit post *a Ser. Tullio*. Sequentia, *In patricias transducta*, etc. interpretatur: Quum antea in patricias transducta esset, nempe eo ipso, quod Serv. Tullius in Senatum allegerat, procedente tempore, etc. Sed hoc inutilem ejusdem rei infert repetitionem, a brevitate Suetoniana valde alienam. Ceterum, quod gens Octavia, a Tarquinio Prisco Romam prius Velitris transducta et civitate donata, inter patricias lecta, dicitur a Servio Tullio, quum Senatum ab hoc rege auctum nullus scriptor memoret præter Zonaram, VII, 9, excitatum Oudendorp., puto factum id esse ob divitias hujus gentis, per instituti census occasionem.

2. *Ad plebem se contulit;* vel per adoptionem, vel, quod verisimilius, quod censum senatorium amisisset, *ad pudendam inopiam delapsa*, ut Tacit. Annal. II, 38. — *Magno intervallo;* diu post. Inepte Codices alii, *magna vi*. Burm. suadet *magno*, repetito e superioribus *tempore*, ut *magnum tempus* sit pro longo, durissima ratione. — *Per D. Julium*, etc. Factum id, quum lege Cassia Cæsar multos patricios allegeret. Vid. Cæs. 41.

3. *C. Rufus.* De gente Octavia omnino plura vide apud Glandorp. p. 534 seq. et Rupert. Tabul. Geneal. p. 149 seq.

4. *Cneus, et deinceps... reliqui;* qui omnes *Cneum* prænomen te-

omnes, functi sunt honoribus summis. At Caius ejusque posteri, seu fortuna, seu voluntate, in equestri ordine constitere, usque[5] ad Augusti patrem. Proavus Augusti secundo Punico bello stipendia in Sicilia Tribunus militum fecit, Æmilio[6] Papo imperatore. Avus municipalibus magisteriis[7] contentus, abundante patrimonio, tranquillissime senuit. Sed[8] hæc alii. Ipse Augustus nihil amplius quam equestri[9] familia ortum se scribit, vetere ac locuplete, et in qua primus Senator pater suus fuerit. M. Antonius[10] libertinum ei proavum exprobrat, restionem, e pago Thurino: avum argentarium. Nec quicquam ultra de paternis Augusti majoribus reperi.

III. C. Octavius[1] pater, a principio ætatis, et re et existi-

nuisse videntur, ut alteri familiæ *Caium* hæsit. Cf. præter jam laudatos, Ernest. Clav. Cic. in *Cn. Octavius*. Cneum, auctorem nobilitatis familiæ Octaviæ, commemorat Cic. Philipp. IX, 2: « Cn. Octavii, clari et magni viri, qui primus in eam familiam, quæ postea viris fortissimis floruit, attulit consulatum, statuam videmus in Rostris. »

5. *Usque ad Augusti patrem;* de quo vide cap. seq.

6. *Æmilio Papo imperatore;* (Lucio), qui Prætor fuit Siciliæ, P. Scipione Africano et P. Licinio Crasso Coss. Liv. XXVIII, 38. Cf. Pighii Ann. tom. II, p. 213, ad A. U. 548. Imperatorem h. l. nihil esse, nisi summum ducem cum imperio, docet Oudend. contra Pighium, qui l. c. suadet legi apud Nostrum, *Prætore.*

7. *Municipalibus magisteriis;* vicorum, collegiorum, etc. ut interpretatur Ernest. Ita *magistri* e *plebe* infra, c. 30, distinguuntur ab annuis magistratibus. Casaub. et Oudend. ἀρχὰς municipales intelligunt, magistratuum nomine a Romanis haud dignas habitas, quales erant Duumvirorum, Ædilium, etc. Est etiam altera lectio *ministeriis*, si vel maxime reciperetur, sensus æque incerti.

8. *Sed hæc*, quæ præcesserunt, alii tradidere. Ipse Augustus, etc.

9. *Equestri familia ortum se scribit;* sine dubio in libris de vita sua, de quibus vide c. 85.

10. *M. Antonius*, etc. in edictis, in quibus maledicta in Octavianum congessisse, eique ignobilitatem objecisse dicitur Cic. Philipp. III, 6, et XIII, 9; vel in epistolis, quas « falsa quidem in Augustum probra, sed multa cum acerbitate » habuisse, dicit Cremutius Cordus apud Tacit. Annal. IV, 34. — *Argentarium;* nobis, un *banquier; un homme qui fait le change, le commerce d'argent.* Dura gens, cujus tentatam fidem paucissimos juvat rursus experiri.

III. 1. *C. Octavius pater*, etc. Vell.

matione magna fuit: ut equidem mirer, hunc[2] quoque a nonnullis argentarium, atque etiam inter divisores operasque campestres, proditum. Amplis enim innutritus opibus, honores et adeptus est facile, et egregie administravit. Ex prætura Macedoniam[3] sortitus, fugitivos, residuam Spartaci et Catilinæ manum, Thurinum agrum tenentes, in[4] itinere delevit, negotio sibi in Senatu extra ordinem dato. Provinciæ præfuit non minore justitia quam fortitudine. Namque Bessis[5] ac Thracibus magno prælio fusis, ita socios tractavit, ut epistolæ[6] M. Tullii Ciceronis exstent, quibus Quintum fratrem, eodem tempore parum secunda fama proconsulatum Asiæ admini-

II, 59: « Fuit C. Octavius, ut non patricia, ita admodum speciosa equestri genitus familia, gravis, sanctus, innocens, dives. »

2. *Hunc quoque a nonnullis*, etc. ab auctoribus versiculi, « Pater argentarius, ego Corinthiarius, » quem Noster profert cap. 70. — *Divisores;* qui in campo Martio candidatorum nomine tribubus pecunias dividebant. Conf. Rosin. Ant. Rom. VII, 8, et Ernest. Clav. Cic. sub voc. *divisor*, ubi tamen male divisores eosdem existimat, qui *diribitores tabularum* alias dicuntur. *Operas campestres* vocat eos, quorum opera in Campo candidati ad comparanda vel emenda suffragia utebantur. Cic. Verr. III, 69, *furem ac divisorem* conjungit.

3. *Macedoniam sortitus.* Successit C. Antonio, cum Cicerone Consuli A. U. 691, inde Macedoniæ præfecto, et ad repetundarum crimen reverso, Cæsare et Bibulo Coss. A. U. 695. Vell. l. c. « Hic Prætor inter nobilissimos viros creatus primo loco, quum ei dignatio Julia genitam Atiam conciliasset uxorem, ex eo honore sortitus Macedoniam, appellatusque in ea imperator, decedens ad petitionem consulatûs obiit, prætextato relicto filio. »

4. *In itinere;* dum in provinciam cum exercitu suo transiret, ita jussus a Senatu, ne alium exercitum mitti necesse foret.

5. *Bessis ac Thracibus.* Bessi, ferocissima Thraciæ natio ad montem Hæmum, nominantur priore loco, ut gravissima pars totius gentis. Conf. Cellar. Geogr. Ant. II, 15, pag. 1323. Primum illis bellum intulit Lucullus, si fides Eutropio, VI, 8.

6. *Epistolæ M. Tullii Ciceronis;* ad Quint. Fratr. I, 1, 7: « His rebus nuper C. Octavius jucundissimus fuit, apud quem *primum* (ita recte, opinor, edidit Schutz. pro *primus*) lictor quievit, tacuit accensus; quoties quisque voluit, dixit, et quam voluit diu. » Quinti ingenium difficile et iracundum sæpius vituperat ipse frater. — *Pro-*

strantem, hortatur et monet, imitetur in promerendis sociis vicinum suum Octavium.

IV. Decedens[1] Macedonia, priusquam profiteri se candidatum consulatus posset, mortem[2] obiit repentinam, superstitibus liberis, Octavia majore, quam ex Ancharia, et Octavia minore, item Augusto, quos ex Atia tulerat. Atia M.[3] Atio Balbo et Julia, sorore C. Cæsaris, genita est. Balbus, paterna stirpe[4] Aricinus, multis in familia senatoriis imaginibus, a matre Magnum Pompeium arctissimo contingebat gradu; functusque honore præturæ inter[5] Vigintiviros agrum Campanum plebi Julia lege divisit. Verum idem[6] Antonius, despiciens etiam maternam Augusti originem, proavum ejus Afri generis fuisse, et modo unguentariam tabernam, modo pistrinum Ariciæ

consulatus Asiæ solenni permutatione dicitur pro *proprætura*. Ex prætura enim Q. Cicero administravit Asiam.

IV. 1. *Decedens*, excedens, provincia, magistratu. — *Profiteri*. Vocabulum hac de re proprium ex paucis Codd. restituerunt editores. MSS. plerique, *confiteri*. Vide Cort. ad Sallust. Catil. 18, qui et ipse, nostrum locum excitans, dat *profiteri*.

2. *Mortem obiit repentinam*. Cf. modo laudatum Velleii locum. Cic. Philipp. III, 6 : « Ignobilitatem objicit (Antonius) C. Cæsaris filio, cujus etiam naturalis pater, si vita suppeditasset, Consul factus esset. » Ceterum, bene restituit e Codd. Grævius accusativum *mortem* pro *morte*. Hic enim constans est usus scriptoris nostri.

3. *M. Atio Balbo*. Cic. l. c. « hujus sanctissimæ feminæ (matris Augusti) atque optimæ pater, M. Atius Balbus, in primis honestus, prætorius fuit. » Adulatur Augustum Virgil. Æneid. V, 568 :

Alter Atys, genus unde Atii duxere Latini,
Parvus Atys, pueroque puer dilectus Iulo,

artificiose amicitiam inter juvenes, qui Cæsaris et Augusti majores ferebantur, fingens. Conf. si libet, ad nostrum hunc locum Baumgart.

4. *Aricinus*. De *Aricia* vide Cellar. II, 9, p. 799. Cic. l. c. municipium Aricinum dicit « vetustate antiquissimum, jure fœderatum, propinquitate pæne finitimum, splendore municipum honestissimum. » Notum *Aricinæ* Dianæ nemus : sacra describit Ovid. Fast. III, 263 seq. — *Imaginibus*, ceris, quas per atria nobiles disponebant.

5. *Inter Vigintiviros*. Conf. Cæs. cap. 20.

6. *Idem Antonius*, etc. Vid. Cic. l. c.; Servium ad Virgil. l. c. Vocab. *idem* male omisit Burmann. Est idem Antonius, qui paternum Augusti genus contemsisse dictus fuerat cap. 2.

exercuisse, objicit. Cassius[7] quidem Parmensis quadam epistola, non tantum ut pistoris, sed etiam ut nummularii nepotem, sic taxat Augustum : « Materna[8] tibi farina ex crudissimo Ariciæ pistrino : hanc finxit manibus collybo decoloratis Nerulonensis mensarius. »

V. Natus[1] est Augustus, M. Tullio Cicerone et Antonio Consulibus, IX Kalendas Octobres, paulo ante solis exortum, regione Palatii, ad Capita[2] bubula, ubi nunc

7. *Cassius.... Parmensis;* qui fuit ex percussoribus Cæsaris, commemoratus ab Appian. Bell. Civ. V, 2. Idem, c. 139, cum aliis cum a Sexto Pompeio ad Antonium transiisse refert. Vide Glandorp. Onomast. p. 208; Ruhnken. ad Vell. II, 88. — *Non tantum ut pistoris, sed... nummularii nepotem;* pistoris a matre, nummularii i. e. argentarii, a patre.

8. *Materna tibi farina*, etc. Ineptum *siquidem* post *farina*, quod deest in multis, omisi cum aliis. Oudend. edidit *si*. Magis mihi placet, quod conjicit, *scilicet*. Postea « *crudissimum* pistrinum » non intelligo *recentissimum* cum Grævio, quo sensu fere hoc vocab. apud Tacitum occurrit; sed *rude*, nullis moribus excultum. Exprobrat enim Augusto genus servile, ab ingenuorum elegantia alienum, (Avus ille tuus, qui argentarius fuit, pistoris Aricini filiam duxit uxorem, et ex ea farina natus tibi pater). Ita apud Persium, Sat. I, 92, *numeris crudis* opponitur *decor* et *junctura*. Pro *finxit*, reddidissem e nonnullis Codicibus *pinsit* vel *pinsuit*, quod præplacuit etiam Torrent. nisi ab illo staret antiquissimorum MSS. auctoritas. Pro *Nerulonensis*, libentissime admitterem lectionem antiquissimæ Lugduno. edit. a Casaubono allatam, *Nemorensis* i. e. Aricinus (cf. ad Cæs. c. 46), nisi sermo esset de avo paterno, ad quod miror non attendisse doctissimos viros, Perizonium, Ernestium, Wolfium. Contra quum *Nerulum* seu *Neruli* oppidum esset Lucaniæ prope Thurios (de quo Cellar. p. 908), cui, quod apud nos etiam nonnullis oppidulis accidere solet, contemtus aliquis atque ludibrium adhæsisse videtur, acquiesco in ea lectione, et salse *Nerulonensem* dictum pro *Thurino* puto. Aliorum conjecturas, maximam partem ineptas, vide apud Burmann. et Oudend. — *Collybo decoloratis:* Gallice, *noircies par l'habitude de toucher de l'argent.* En.

V. 1. *Natus est Augustus*, etc. A. U. 691. Vell. II, 36 : « Consulatui Ciceronis non mediocre adjecit decus natus eo anno Divus Augustus, abhinc annos LXXXII, omnibus omnium gentium viris magnitudine sua inducturus caliginem. » De die ejus natali controverso vide quæ disputat et quos laudat Burmannus.

2. *Ad Capita bubula;* qui locus erat in regione X orbis Romæ. Cf. Panvin. Descript. Urb. Rom. (Thes. Græv. tom. III, p. 304).

sacrarium habet, aliquanto post, quam excessit, constitutum. Nam ut Senatus actis continetur, quum C. Lætorius, adolescens patricii generis, in deprecanda graviore adulterii[3] pœna, præter ætatem atque natales, hoc quoque Patribus conscriptis allegaret, se esse possessorem ac velut[4] æedituum soli, quod primum D. Augustus nascens attigisset, peteretque donari[5] quasi proprio suo ac peculiari Deo, decretum est, ut ea pars domus consecraretur.

VI. Nutrimentorum ejus ostenditur adhuc locus in avito suburbano juxta Velitras permodicus, et cellæ[1] penuariæ instar; tenetque[2] vicinitatem opinio, tanquam et natus ibi sit. Huc introire, nisi necessario et caste, religio est; concepta opinione veteri, quasi temere adeuntibus horror quidam et metus objiciatur; sed et mox confirmata est: nam quum possessor villæ novus, seu forte, seu tentandi causa, cubitum se eo contulisset, evenit, ut post pau-

3. *Graviore adulterii pœna;* quæ qualis fuerit, incertum : vide cap. 34, ubi de lege Julia de adulteriis sermo iujieitur. Apte ad loeum uostrum eomparat Walther. Observ. pag. 13, similem Taeiti, Annal. II, 50, « *adulterii graviorem pœnam* deprecatus, ete. »

4. *Æedituum.* Æditui locorum sacrorum erant custodes, de quibus vide Rosin. Ant. Rom. III, 31, pag. 219. De vocabulo ipso Gell. XII, 10. — *Nascens attigisset.* Apud veteres, iufans reeens uatus nuda in terra sistebatur, invocata Ope, ut eum placidæ terræ sinu excipiens adjuvaret : uude et *Levana* Deæ uomen, quæ *levandis* de terra pueris præerat. Pulchre de nascente homiue Pliuius, Hist. Nat. VII, Procem. 1 « Natura hominem nudum et iu uuda humo natali die abjieit, ad vagitus statim et ploratum. » Quod imitandum sibi proposuisse videtur lyrieus ille noster (Rousseau, *Poésies diverses, Stances*), quum aeeiueret :

Que l'homme est bien, durant sa vie,
Un parfait miroir de douleurs!
Dès qu'il respire, il pleure, il crie,
Et semble prévoir ses malheurs, etc.

5. *Donari.... Deo;* i. e. ignosci sibi in gratiam Dei. Flor. III, 5, 10: « ingratissimos.... hominum in honorem tamen mortuorum, saeris suis famæque *donavit,* » ubi plurimis exemplis locutiouem illustrat Dukerus. Cf. Freiushem. Ind. Flor. in *donare.*

VI. 1. *Cella penuaria,* proprie locus in quo deponitur omna quod ad victum pertinet. Hic domus exiguitatem notat.

2. *Vicinitatem.* Laudat Reitzius Sallust. Catil. 36, « *vicinitatem* ar-

RIS, et deinde AUGUSTI[6] cognomen assumsit : alterum testamento[7] majoris avunculi ; alterum Munatii[8] Planci sententia : quum, quibusdam censentibus, Romulum appellari[9] oportere, quasi et ipsum conditorem Urbis, prævaluisset, ut Augustus potius vocaretur, non tantum novo, sed etiam ampliore cognomine [quod[10] loca quoque religiosa, et in quibus augurato quid consecratur, augusta dicantur, ab auctu, vel ab avium gestu gustuve, sicut etiam Ennius docet, scribens :

Augusto augurio postquam inclita condita Roma est].

VIII. Quadrimus[1], patrem amisit : duodecimum annum

stus, assumto hoc nomine, Caium prænomen usurpare perrexerit, quod et ipsum negat nummorum auctoritate Oudend.

6. *Augusti cognomen*. De eo cf. Dio, LIII, 16. De die, quo hoc nomen sibi imposuit Octavianus, variant scriptores. Ovid. Fast. I, 587, Idus Januarias (A. U. 727), Censorin. c. 22, XVI Kalend. Februar. Oros. VI, 20, VIII Id. Januar. et tabula votiva a Narbonensibus Augusto A. U. 764 posita, quam dat Gruterus, p. 229, VII Id. Januar. exhibet. Vide, quomodo conciliet ea Fabric. ad Dion. l. c. Annum fuisse U. C. 727, Cæsare ipso VII et M. Agrippa III Coss., e Dione et Censorino l. c. constat.

7. *Alterum testamento*, etc. Cf. ad Cæs. c. 83.

8. *Munatii Planci sententia*. Vell. II, 91 : « quod cognomen illi (viro) Planci sententia consensus universi Senatus populique Romani indidit. » Censorin. l. c.

9. *Romulum*, etc. Flor. IV, 12, 66 : « Tractatum etiam in Senatu, an, quia condidisset imperium, Romulus vocaretur ; sed sanctius et reverentius visum est nomen Augusti, ut scilicet jam tum, dum colit terras, ipso nomine et titulo consecraretur ; » ubi vide Duker. Cf. Dio, l. c.

10. *Quod loca.... Roma est*. Verum sine dubio viderunt, qui ex Festo hæc verba assuta censent. Uncis igitur inclusi cum Oudend. quem vide, et Wolfio.

VIII. 1. *Quadrimus*, etc. Secutus sum in digerendo per annos rerum ordine Oudendorpium, quo accuratius nihil esse potest. Idem, qui de annis Augusti disputarunt, ad h. l. enumeravit. Conf. interpr. ad Flor. IV, 4, 2 ; Vell. II, 61, 1 ; et ad Monum. Ancyr. — *Quadrimus ;* A. U. 695. Natus enim erat A. U. 691. Pater ne totum quidem annum in provincia Macedonia transegisse videtur (vide c. 3), maturius inde profectus ad comitia consularia, nisi mors ejus referenda ad annum 696 ; quod fecit Kraus. ad Vell. II, 59, 2. Ita aliquot menses ad quatuor Augusti annos accederent.

agens, aviam[2] Juliam defunctam pro concione laudavit. Quadriennio[3] post virili toga sumta, militaribus[4] donis triumpho Cæsaris Africano donatus est, quamquam expers belli propter ætatem. Profectum mox[5] avunculum in Hispanias adversus Cn. Pompeii liberos, vixdum firmus a gravi valetudine, per infestas hostibus vias, paucissimis comitibus, naufragio etiam facto, subsecutus, magno

2. *Aviam Juliam*. Vide c. 4. De more defunctos pro concione laudandi, cf. ad Cæs. 6. Orationem hanc habuit Augustus A. U. 702. *Agebat* enim annum duodecimum. Quintil. XII, 6, pleno numero: « Cæsar Augustus *duodecim natus annos* aviam pro Rostris laudavit. » Vide Baumgart.

3. *Quadriennio post*; A. U. 706, quum annum vitæ quintum decimum absolvisset. Quod Gronov. ad Tacit. Annal. XII, 41, quintum *decimum* solennem ac legitimum tirocinii annum fuisse contendit, id haud scio, an minus sit exploratum, quum plurima diversi usus apud scriptores exempla inveniantur. Videtur potius pro varia juvenum maturitate, omnique ingeniorum reliquæque conditionis diversitate et ob alias causas vel maturius, vel serius solennis ille ad virilem ætatem et vitam transitus institutus fuisse, eamdemque sententiam video fuisse Reitzii ad h. l., qui pluribus hac de re egisse se dicit ad *Nieuport*. Ant. Rom. pag. 513. Qui plura cupit de re admodum incerta, adeat scriptores de re vestiaria Rom., qui Thes. Græv. tom. VI continentur. Cf. Rosin. Ant. Rom. p. 401.

4. *Militaribus donis.... donatus est*. Triumphus Cæsaris Africanus incidit in annum 708. Conjungit igitur Sueton. plurium annorum res uno commate, et confirmat hic locus rationem Wesselingii, de qua diximus ad Cæs. 1. De *donis militaribus* vide c. 25, et Tiber. cap. 32. Ceterum, idem narrat de Augusto Nicol. Damasc. cap. 8, ubi conf. Vales. qui tamen temere de anno Suetonio litem impingit, moris hujus scriptoris modo notati immemor.

5. *Avunculum* majorem, ut dixerat præcedente cap. Ita Eutrop. VII, 1, Octavianum dicit Cæsaris *nepotem*. — *In Hispanias*; A. U. 708, quum annos natus esset 17, quem numerum reposuerunt Velleio, II, 59, Oudend. ad h. l. at Kraus. ad ipsum Vell. — Octavium Cæsaris in expeditione Hispanica comitem fuisse, narrat etiam Dio, XLIII, 41. De morbo ejus atque itinere vide Nicol. Dam. c. 10 seq. Idem tamen tacet de naufragio. Vell. l. c. « Quem C. Cæsar, major ejus avunculus, educatum apud Philippum vitricum, dilexit ut suum, natumque annos XVII Hispaniensis militiæ, assecutum se, postea comitem habuit, nunquam aut alio usum hospitio, quam suo, aut alio vectum vehiculo; pontificatusque sacerdotio puerum honoravit. »

opere demeruit, approbata cito etiam morum indole super itineris industriam. Cæsare post receptas Hispanias expeditionem in[6] Dacos, et inde in Parthos, destinante, præmissus Apolloniam, studiis vacavit. Utque primum occisum eum, heredemque se comperit, diu[7] cunctatus, an proximas legiones imploraret, id quidem consilium ut præceps immaturumque omisit: ceterum, Urbe repetita, hereditatem[8] adiit, dubitante matre, vitrico vero Marcio Philippo consulari multum dissuadente. Atque ab eo tempore exercitibus comparatis, primum cum M. Antonio Marcoque Lepido, dein tantum cum Antonio, per[9] duodecim fere annos, novissime per[10] quatuor et quadraginta solus Rempublicam tenuit.

IX. Proposita vitæ ejus velut summa, partes sigillatim, neque per tempora, sed per[1] species, exsequar, quo di-

6. *In Dacos, et inde in Parthos.* Cf. ad Cæs. 44. Vell. l. c. « et patratis bellis civilibus, ad erudiendum liberalibus disciplinis singularis indolis juvenem, Apolloniam eum in studia miserat, mox belli Getici » (Getæ enim, ut ejusdem stirpis natio, sæpissime cum Dacis confunduntur, ut Appian. III, 25) « ac deinde Parthici habiturus commilitonem. » Conf. Dio, XLV, 3; Appian. Bell. Civ. III, 9; Liv. Ep. CXVII. — *Apolloniam;* quæ in Macedonia erat, ad Ionium mare.

7. *Diu cunctatus, an proximas legiones imploraret.* Vell. l. c. « Cui ut est nunciatum de cæde avunculi, quum protinus ex vicinis legionibus centuriones suam suorumque militum operam ei pollicerentur, neque eam spernendam Salvidienus et Agrippa dicerent; ille festinans pervenire in urbem omnem ordinationem et necis et testamenti Brundusii comperit. » Cf. Appian. III, 10.

8. *Hereditatem adiit.* Cf. Dio, l. c. — *Dubitante matre*, etc. Vell. c. 60: « Non placebat Atiæ matri Philippoque vitrico, adiri nomen invidiosæ fortunæ Cæsaris. » Idem Appian. l. c. *L. Marcius Philippus*, vitricus Augusti, apud quem educatus fuerat post patris mortem (Dio, XLV, 1), Consul fuerat cum Cn. Cornelio Lentulo A. U. 698. Conf. Ern. Clav. Cic.

9. *Per duodecim fere annos;* ab A. U. 711, quo iniit societatem cum Antonio et Lepido, de qua cap. 13, usque ad prælium apud Actium, A. U. 723.

10. *Per quatuor et quadraginta;* usque ad A. U. 767. Exscripsit Nostrum Eutrop. VII, 4.

IX. 1. *Per species;* ut in unum res conferantur, pro genere et natura distributæ.

stinctius demonstrari cognoscique possint. Bella civilia quinque gessit; Mutinense, Philippense, Perusinum, Siculum, Actiacum. Ex quibus primum ac novissimum adversus M. Antonium: secundum adversus Brutum et Cassium: tertium adversus Luc. Antonium, Triumviri fratrem: quartum adversus Sex. Pompeium, Cn. filium.

X. Omnium bellorum initium et causam hinc sumsit. Nihil[1] convenientius ducens, quam necem avunculi vindicare, tuerique acta, confestim ut Apollonia rediit, Brutum Cassiumque, et[2] vi nec opinantes, et, quia prævisum periculum subterfugerant, legibus aggredi, reosque cædis absentes deferre statuit. Ludos[3] autem victoriæ Cæsaris non audentibus facere, quibus obtigerat id munus, ipse edidit. Et quo constantius cetera quoque exsequere-

X. 1. *Nihil convenientius ducens*, etc. Ovid. Fast. III, 709:

Hoc opus, hæc pietas, hæc prima elementa fuerunt
Cæsaris, ulcisci justa per arma patrem.

Verius apud VOLTAIRE, *le Triumvirat*, act. III, sc. 6, ubi se Octavianus J. Cæsaris filium nominat, Julia, Lucii Cæsaris filia,

Vous, son fils!... O héros! ô généreux vainqueur!
Quel fils as-tu choisi? quel est ton successeur?
César vous a laissé son pouvoir en partage;
Sa magnanimité n'est pas votre héritage:
S'il versa quelquefois le sang du citoyen,
Ce fut dans les combats en répandant le sien;
C'est par d'autres exploits que vous briguez l'empire.
Il savait pardonner, et vous savez proscrire;
Prodigue de bienfaits, et vous d'assassinats,
Vous n'êtes point son fils, je ne vous connais pas.

— *Tuerique acta;* quæ Senatus servaturum se juraverat. Appian. Bell. Civ. III, 5; Cic. Philipp. II, 39.

2. *Et vi nec opinantes*, etc. Opponuntur *vi* et *legibus*, atque *nec opinantes* et *quia prævisum periculum subterfugerant*. *Prævisum* autem magis mihi placuit, quam *provisum*. *Providisse* i. e. cavisse eos periculum, quo nec opinantes opprimere speraverat, est jam in verbo *subterfugerant;* id autem fecerant, quod *prævisum* i. e. ante visum iis erat periculum. *Leges* ne intelligas cum Bernecc. et Burm. legem Pediam, latam demum in primo Augusti consulatu a collega Pedio, sed cum Casaub. et Ernest. Corneliam de sicariis, Juliam de vi publica, aut Juliam majestatis, et id genus alias. Ceterum, quod subterfugisse dicit Brutum et Cassium, id de eo intelligendum, quod, quamvis Prætores, ante finitum magistratus tempus in provincias a Senatu sibi decretas discesserant. Vide Flor. IV, 7, 4; Dion. XLVII, cap. 20.

3. *Ludos autem*, etc. Vid. supra Cæs. cap. 88, ubi locos huc pertinentes allegavimus.

tur, in[4] locum Tribuni plebis forte demortui candidatum [petitorem][5] se ostendit, quamquam[6] patricius, necdum Senator. Sed adversante[7] conatibus suis M. Antonio Consule, quem vel præcipuum adjutorem speraverat, ac ne publicum[8] quidem et translaticium jus ulla in re sibi sine pactione gravissimæ mercedis impertiente, ad optimates se contulit; quibus eum invisum sentiebat, maxime quod Decimum[9] Brutum obsessum Mutinæ, provincia a Cæsare

4. *In locum Tribuni plebis forte demortui.* Dio, XLV, 6, diserte Helvii Cionæ interfecti in funere Cæsaris (vid. Cæs. 85) locum petiisse dicit.

5. *Candidatum [petitorem].* Vocab. *petitorem*, quod in plurimis Codd. abest, teste Oudendorp. ut manifestum glossema uncis inclusi cum Wolfio. Oudend. prorsus ejecit. Gronovium, illud defendentem, Observ. II, 24, ita, ut *candidatum* pro adjectivo additum sit, jure Burmann. refutat, « vocem *candidatus* ex illo genere adjectivorum esse docens, quæ ita substantivorum naturam assumserint, ut consuetudine et usu semper pro iis habeantur. » Contra pugnat Walther. Observ. pag. 14, sed nil quicquam probat.

6. *Quamquam patricius, necdum Senator.* De discrimine patriciorum et Senatorum vide Cæs. 41. Patriciis tribunatum pleb. non patuisse, ideoque v. c. Clodium adoptione ad plebem transiisse, ut particeps potestatis illius fieret, nota res est. Ut autem Senatores tantum, iique plebeii, ad eam admitterentur, Sullæ fuerat institutum, quamquam dubitat Appian. Bell. Civ. I, 100. Conf. Lips. Elect. II, 13, et Fabric. ad Dion. LIV, 30.

7. *Adversante conatibus suis M. Antonio.* Conf. Dio et Appian. locis supra cit.

8. *Ne publicum quidem et translaticium jus*, etc. Jus *publicum* est, quod ad omnes cives pertinet, ut interpretatur Ernest. in Clav. Cic. sub voc. *jus*, N° 9. *Translaticium* proprie est desumtum, translatum ex aliorum edictis et formulis, inde *usitatum*, *ordinarium*. Vocab. *jus* ante Glareanum et Ursinum desiderabatur. Injurias Antonii ita paucis complectitur Florus, IV, 4: « prælatum sibi Octavium furens, inexpiabile contra adoptionem acerrimi juvenis susceperat bellum. Quippe quum intra decem et octo annos tenerum, obnoxium, et opportunum injuriæ juvenem videret, se plene ex commilitio Cæsaris dignitatis, lacerare furtis hereditatem, ipsum insectari probris, et cunctis artibus quum adoptionem Juliæ gentis inhibere non desineret; denique ad opprimendum juvenem palam arma moliri, etc. » Cf. Cic. Philipp. II, 42, et III, 12.

9. *Decimum Brutum.* Consul fuerat designatus a Cæsare in annum 711, et provinciam acceperat Galliam citeriorem: Dio, XLIV, 14. Eam ereptum illi ibat Antonius, ut Cæsaris exemplo cum exercitu fini-

data, et per Senatum confirmata, expellere armis niteretur. Hortantibus itaque nonnullis, percussores [10] ei subornavit, ac fraude deprehensa, periculum invicem metuens, veteranos [11] simul in suum ac Reipublicæ auxilium, quanta potuit largitione, contraxit. Jussusque comparato exercitui Pro prætore præesse [12], et cum Hirtio ac Pansa, qui consulatum acceperant, Decimo Bruto opem ferre, demandatum bellum tertio mense confecit duobus [13] præliis. Priore Antonius eum fugisse scribit, ac

timæ Italiæ immineret: Appian. III, 27; Dio, XLV, 9. Vell. II, 60: « idem provinciam D. Bruto designato Consuli decretam, Galliam occupare statuit. » Flor. l. c. « et jam parato exercitu in Cisalpina Gallia resistentem motibus suis Dec. Brutum obsidebat. » Cf. Cic. Philipp. III.

10. *Percussores ei surbornavit:* quod alii verum, alii fictum ab Antonio credebant, ut invidiam Octavio faceret, et in pecuniam adolescentis impetum faceret. Vid. Cic. ad Div. XII, 23; Senec. de Clement. I, 9; Plutarch. Ant. 16; Appian. III, 39; Dion. XLV, 8: quorum diversas sententias de hac re jam comparaverunt Casaub. ad h. l. et Kraus. ad Vell. II, 60, mendacii Antonium diserte arguentem verbis: « mox etiam, velut insidiis ejus petitus, sceleste insimulare cœpit; in quo turpiter deprehensa ejus vanitas est. » Idem, fin. cap. « C. Cæsarem juvenem quotidianis Antonii petitum insidiis » contra affirmat, quod regessisse Antonii criminibus Octavium, auctor etiam est Appian. l. c. Inde Noster: *periculum invicem metuens*, etc. — *Ac fraude*. Ita recepi cum Wolfio pro, « subornavit. *Hac* fraude... »

11. *Veteranos.... contraxit*. Vell. cap. 61: « primumque a Calatia, mox a Casilino, veteranos excivit paternos; quorum exemplum secuti alii, brevi in formam justi coiere exercitus. Mox quum Antonius occurrisset exercitui, quem ex transmarinis provinciis Brundisium venire jusserat, legio Martia et Quarta, cognita et Senatus voluntate et tanti juvenis indole, sublatis signis ad Cæsarem se contulerunt. » Conf. Cic. Philipp. III, 2 seq.; ad Attic. XVI, 8; et quos laudat Baumgart.

12. *Jussusque.... præesse*. Vell. ibid. « eum Senatus, honoratum equestri statua... *pro Prætore* una cum consulibus designatis, Hirtio et Pansa, bellum cum Antonio gerere jussit. » Conf. Cic. Philipp. V, 16 seq. et Baumgart. ad nostrum hunc locum.

13. *Duobus præliis;* quorum descriptionem lege apud Appian. Bell. Civ. III, 67—71, et Dion. XLVI, 37, qui vicisse quidem in priore Antonium narrant; sed tacent de fuga Octavii. Conf. Cic. ad Div. X, 11, 14, maxime 30; XI, 13; Vell. l. c. « Id (bellum) ab eo annum

sine paludamento equoque post biduum demum apparuisse: sequenti, satis constat, non modo ducis, sed etiam militis functum munere, atque in media dimicatione, aquilifero legionis[14] suæ graviter saucio, aquilam humeris subisse, diuque portasse.

XI. Hoc bello quum[1] Hirtius in acie, Pansa paulo post ex vulnere perissent, rumor increbruit, ambos opera ejus occisos, ut, Antonio fugato, Republica Consulibus orbata, solus[2] victor tres exercitus occuparet. Pansæ quidem adeo suspecta mors fuit, ut[3] Glyco medicus custoditus sit,

agente vicesimum fortissime circa Mutinam administratum est, et D. Brutus obsidione liberatus; Antonius turpi ac nuda fuga coactus deserere Italiam. »

14. *Legionis suæ*. Casaub. nomen legionis, ut quartæ, vel tale quid, excidisse putat. Melius Ernest. interpretatur *suæ* per « unius de legionibus, quas mercede conduxerat, quibusque præerat. » Fortasse etiam intelligitur, quæ Appian. III, 66, commemoratur Καίσαρος στρατηγὶς τάξις, vel τὸ Ἀρειον τέλος. Omnino, quæcunque ea fuerit, de ea est capiendum, apud quam forte erat Octavius. — *Aquilam.... diuque portasse*. Sic Florus, IV, 4, 5: « Tum quidem etiam manu pulcher apparuit; nam cruentus et saucius aquilam, a moriente signifero traditam, suis humeris in castra referebat. »

XI. 1. *Quum Hirtius*, etc. Vell. l. c. « Consulum autem alter in acie, alter post paucos dies ex vulnere mortem obiit. » Plura conf. apud Baumgart. — Rumorem de Cæsare mortis eorum auctore refert Tacit. Annal. I, 10: « mox ubi decreto Patrum fasces et jus Prætoris invaserit, cæsis Hirtio et Pansa (sive hostis illos, seu Pansam venenum vulneri affusum, sui milites Hirtium, et machinator doli Cæsar abstulerat), utriusque copias occupavisse. »

2. *Solus victor tres exercitus occuparet*. Ita edidi cum Oudend. ex uno Codice. Eutropius, qui solet reddere Suetonium, VII, 1: « quare tres exercitus uni Cæsari paruerunt. » Vulgo, *solus victores exercitus occuparet*, pro quo *victor* esse legendum, omnes fere interpretes consentiunt, quum Pansæ legiones fusas esse constet.

3. *Ut Glyco medicus*, etc. Defendit eum Brutus in epist. ad Ciceronem (ad Brut. 6) ita: « Tibi Glyconа, medicum Pansæ, qui sororem Achilleos nostri in matrimonio habet, diligentissime commendo. Audimus, eum venisse in suspicionem Torquato de morte Pansæ, custodirique ut parricidam: nihil minus credendum est: quis enim majorem calamitatem morte Pansæ accepit? præterea est modestus homo et frugi, quem ne utilitas quidem videatur impulsura fuisse ad facinus, etc. »

quasi venenum vulneri indidisset. Adjicit his Aquilius Niger[4], alterum e Consulibus Hirtium in pugnæ tumultu ab ipso interemtum.

XII. Sed ut cognovit, Antonium post fugam a M. Lepido[1] receptum, ceterosque[2] duces et exercitus consentire pro partibus, causam optimatium sine cunctatione deseruit, ad prætextum mutatæ voluntatis dicta factaque quorumdam calumniatus : quasi alii[3] se « puerum, » alii

4. *Aquilius Niger.* Conf. Voss. de Histor. Lat. III, 11.

XII. 1. *A M. Lepido receptum;* vel potius ab ejus exercitu, cui dux accedere coactus est. Vell. c. 63 : « Interim Antonius, fuga transgressus Alpes, primo per colloquia repulsus a M. Lepido, qui pontifex maximus in C. Cæsaris locum furto creatus, decreta sibi Hispania, adhuc in Gallia morabatur; mox sæpius in conspectum veniens militum, quum et Lepido omnes imperatores forent meliores, et multis Antonius, dum erat sobrius, per aversa castrorum proruto vallo militibus receptus est. » Conf. Appian. Bell. Civ. III, 83 seq.; Plutarch. Anton. 18.

2. *Ceterosque duces;* Asinium Pollionem dicit et Plancum, de quibus Appian. c. 97. Ceterum, ad societatem cum Antonio ineundam movisse Cæsarem ipsum Pansam moribundum, auctor idem Appian. cap. 75. — *Pro partibus.* Inepta prorsus altera lectio est, *patribus*, et contra omnem historiam. *Partes* intellige adversariorum, qui plebis Cæsarisque plebis amici nomen prætexentes percussores ejus persequebantur. *Partes* pro *parte adversa* sæpissime apud Tacitum, ut Histor. II, 87, « a Vespasiano ducibusque *partium;* » et c. 93, « sane adventu ejus *partes* convaluerant; » et iterum III, 60, « duces *partium.* » Ita Flor. IV, 7, 10 : « quum... staret tamen *pro partibus* invicta fortuna, etc. » Et ipsa de re nostra Cic. Philipp. XIII, 18 : « istas tu *partes* potius, quam a populo Romano defectionem vocas? » Vide Freinshem. ind. Flor.

3. *Alii se puerum.* Conf. Dio, XLVI, 41. Epitheton *puer*, quum omnino adolescentem significaret, non magis contumeliosum Cæsari poterat videri, in ea ætate versanti, quam similia, *παῖς*, *μειράκιον*, *νεανίσκος*, a Fabric. ad Dion. l. c. congesta, atque ita nominat eum Cicero sæpius inter maximas laudes, ut Philipp. III, 2, « C. Cæsar adolescens, pæne potius *puer*, etc. » et IV, 2, « laudo vos, Quirites, quum gratissimis animis prosequimini nomen clarissimi adolescentis, vel *pueri* potius, etc. » Sed a nonnullis contemtim usurpatum fuerat, quod patet e Philipp. XIII, 11 : « *puerum* appellat, quem non modo virum, sed etiam fortissimum virum sentit et sentiet. » Ita Brutus semper, v. c. ep. Brut. 16: « commendandus *puero illi* fuerim? » Decretum autem a Senatu,

« ornandum[4] tollendumque » jactassent, nec[5] aut sibi, aut veteranis par gratia referretur. Et[6] quo magis pœnitentiam prioris sectæ approbaret, Nursinos grandi pecunia, et quam pendere nequirent, multatos, extorres egit oppido, quod Mutinensi acie interemtorum civium tumulo publice exstructo ascripserant, « Pro libertate eos occubuisse. »

XIII. Inita[1] cum Antonio et Lepido societate, Philip-

ne quis postea Octavium puerum diceret, tradit Servius ad Virgil. Ecl. I, 44.

4. *Ornandum tollendumque*. Vell. c. 62 : « Hoc est illud tempus, quo Cicero, insito amore Pompeianarum partium, Cæsarem laudandum et tollendum censebat, quum aliud diceret, aliud intelligi vellet. » Duplex enim in *tollendum* significatio est : *evehendum* et *auferendum*. Inde jocus. Conf. Ciceronem ad Div. XI, 20.

5. *Nec... par gratia referretur*. *Nec* legendum pro *ne*, contextus clarissime docet, et ita ediderunt jam Oudend. et Wolf. Hoc ad *facta*, quæ calumniabatur Octavius, superiora ad *dicta* pertinere, monuit jam Ernest. Nimirum Suetonius more suo summam sententiæ præponit, exempla singula subnectit. De re conf. Velleium, II, 62. Liv. Epitom. CXIX : « Adversus C. Cæsarem, qui solus e tribus ducibus supererat, parum gratus Senatus fuit. »

6. *Et quo magis pœnitentiam* testaretur, quod prius optimatum causam esset amplexus, etc. — *Nursinos*, etc. De *Nursia*, oppido Sabinorum ad radices Apennini, vide Cellar. Geogr. Ant. II, 9, p. 780. Ceterum rem in bello Perusino accidisse, narrat Dio, XLVIII, 13, cujus ad rationem et proniorem se confitetur Casaubonus; « et ut ipse, inquit Baumgart. contra Suetonii auctoritatem accedam, præter reliquam verisimilitudinem facit maxime locorum situs. Quid enim ad Sabinorum oppidum prælio Mutinensi interemtorum sepultura? » Sed ea forte ratio non prævalet; nempe si *tumulum* accipimus, non ipsam defunctorum sepulturam, at in oppido consecratum Manibus monumentum. — *Quod Mutinensi acie*, etc. Hinc *priorem sectam* odisse se Octavius satis indicabat, siquidem ipse nuper *a Senatu jussus* (vide cap. 10) et *pro libertate*, quam defendere se Patres dictitabant, arma in eumdem Antonium sumserat, quo in acie Mutinensi devicto, nunc propter collatos victoribus interemtis honores atrocissimas pœnas a Nursinis exposcit.

XIII. 1. *Inita cum Antonio et Lepido societate*. Conf. Vell. cap. 65. De loco, ubi conventu habito Triumviratum constituerunt, vide Græv. et Duker. ad Florum, IV, 6, 3, et Cellar. Geogr. Ant. tom. I, pag. 671. Conf. Fabric. ad Dion. XLVI, 55, et Schweigh. ad Appian. Bell. Civ. IV, 2.

pense[2] quoque bellum, quamquam[3] invalidus atque æger, duplici prælio transegit: quorum priore castris[4] exutus, vix ad Antonii cornu fuga evaserat. Nec[5] successum victoriæ moderatus est; sed capite Bruti Romam misso, ut statuæ Cæsaris[6] subjiceretur, in splendidissimum quemque captivum non sine verborum contumelia[7] sæviit; ut quidem uni suppliciter sepulturam precanti respondisse dicatur, « Jam istam volucrum fore potestatem: » alios,

2. *Philippense quoque bellum*, contra Cassium et Brutum, cujus descriptionem lege apud Vell. II, 70; Flor. IV, 7; Liv. Epit. CXXIV; Plutarch. Anton. 22; Brut. 36 seq.; Appian. Bell. Civ. IV, 105 seq.; Dion. XLVII, 37 seq.

3. *Quamquam invalidus atque æger*. Vell. l. c. « Nam ipse Cæsar, etiamsi *infirmissimus valetudine* erat, obibat munia ducis, etc. » ubi vide Kraus. Plin. Hist. Nat. VII, 45: « Philippensi prælio morbus, fuga, et triduo in palude latebræ ægroti, et, ut fatentur Agrippa et Mæcenas, aqua subter cutem fusa turgida latera. »

4. *Castris exutus*. Florus, l. c. « capta sunt hinc Cæsaris castra, inde Cassii. » Atque ipsi Octavio saluti fuit ea die datum ab Artorio medico consilium. Vide infra, cap. 91.

5. *Successum*. Addere solet Noster accusativum verbo *moderari*. Ita Liv. XLII, 62: « *moderari animos* in secundis. » Codd. alii, *successu*, quod esset *in successu*, rebus bene succedentibus, quod probabat Græv. ob usum ablativi absoluti Suetonio frequentem (cf. ad Cæs. 2): Ernest. dativum censebat contractum pro *successui*, qui casus et ipso huic verbo convenit. Sed scriptoris consuetudo observanda.

6. *Subjiceretur*. Recepi hoc cum Casaub. et Oudendorp. probante etiam Wolfio. Alii, *submitteretur*. Recte monent Burm. et Oudend., *submitti* esse supplicis et venerantis; *subjici* victi et quasi calcati. Ceterum, Bruti caput Romam non est perlatum; sed oborta tempestate dum navis trajiceret, in mare periit objectum.

7. *Sæviit*. Al. *secuit*, omisso antea *in*, quod occasionem dat Casaubono crudelissimum supplicii genus multis illustrandi. Sed de tanta atrocitate reliqui historici non tacuissent, et, quomodo *sævierit* Cæsar, proximis exemplis auctor docet. — *Jam istam volucrum*, etc. Hæc Cod. Memmiani lectio probata est Casaub. recepta a Græv. Gronov. Ern. Wolf. Sed Oudendorp. servavit, « Jam istam *in* volucrum fore potestatem, » antiquiore dicendi modo sæpius obvio, ubi *esse in* cum accusativo respondet Græco, γενέσθαι εἰς. Vide Cort. ad Sallust. Catil. 19, ubi nostrum locum excitat, et ad Jug. 112, ubi optimi libri: « quum talem virum in *potestatem* haberet. » Al. « in volucrum fore *potestate*. »

patrem[8] et filium, pro vita rogantes, sortiri vel micare jussisse, ut alterutri concederetur: ac spectasse utrumque morientem, quum patre, qui[9] se obtulerat, occiso, filius quoque voluntariam occubuisset necem. Quare ceteri, in his M. [10] Favonius, ille Catonis æmulus, quum catenati producerentur, Imperatore Antonio honorifice salutato, hunc fœdissimo convicio coram prosciderunt. Partitis[11] post victoriam officiis, quum Antonius Orien-

8. *Patrem et filium*, etc. Hoc de Aquiliis Floris post prælium Actiacum narrat Dio, LI, 2. — *Sortiri vel micare.* Codd. alii, *dimicare.* De voc. *micare* vide Heusing. et Gernhard. ad Cic. de Offic. III, 19. Eadem lectionis varietas est ibid. cap. 23, ubi pro, « quasi sorte aut *micando* victus, » al. *dimicando.* — Non mihi sunt ad manum quas Heusing. et Gernhard. notas indicat Baumgart.; sed quod apud veteres sortitionis genus illud *micare* fuit, idem forte ludum hodiernis Italis usitatissimum significat, ita constitutum, ut, expansis simul et ad voluntatem manus digitis, nunc tribus, nunc uno tantum, etc. ludentes, qui sunt duo, numerum alius alium una clamitent. Vicit autem, qui, numeratis utriusque manus digitis, quot ipse, quot adversarius expanderit, forte pronuntiat. Quomodo dictus hic ludus sit, jam non bene memini: sed facinus hoc atrocissimum.

9. *Qui se obtulerat.* Optimi Codd., *quia*, receptum a Burm. Oudend. Wolf. Sed non ideo occisus est, *quia* se obtulerat, morti et antea destinatus. Alia res esset, si auctor dedisset: *patre, quia se obtulerat, prius occiso.* Alii postea, *voluntaria nece.* Utrumque rectum. Vide Schæferi Glossar. Liv. in *occubare* et *occumbere.* Noster constanti usu accusativum ponit. Jam supra dictum ad c. 4, ubi « *mortem* obiit. »

10. *M. Favonius, ille Catonis æmulus;* « le fameux Favonius, ce « singe et cet imitateur souvent ri- « dicule de Caton, » ut eum vocat Saint-Réal, *Fragmens sur Auguste.* Alios viros clarissimos recenset Velleius, II, 71. — *Imperatore Antonio honorifice salutato, hunc.... coram prosciderunt.* Rollin, *Hist. Rom.* XLIX: « Si l'on cherche la « raison de cette différence de con- « duite entre Octavien et Antoine, « elle n'est pas, je crois, difficile « à démêler. Octavien était cruel « par principes; et voulant parve- « nir à la souveraine puissance, il « s'y frayait le chemin en abattant « les têtes de tous ceux qui auraient « pu conserver la fierté républi- « caine.... Antoine, qui donnait « plus aux sentimens, et moins à « la politique, suivait le penchant « d'un cœur naturellement assez « enclin à la générosité, et que « l'emportement seul en écartait « quelquefois. »

11. *Partitis post victoriam officiis*, etc. Cf. Dio, XLVIII, 1; Eu-

tem[12] ordinandum, ipse veteranos in Italiam reducendos et municipalibus[13] agris collocandos recepisset; neque veteranorum neque possessorum gratiam tenuit; alteris, pelli se, alteris, non pro spe meritorum tractari, querentibus.

XIV. Quo tempore L.[1] Antonium, fiducia consulatus, quem gerebat[2], ac fraternæ potentiæ, res novas molientem, confugere Perusiam coegit, et[3] ad deditionem fame compulit; non tamen sine magnis suis et ante bellum

trop. VII, 2. Antonius apud VOLTAIRE, *le Triumvirat*, act. I, sc. 3:

Il est tems de fixer le sort des nations:
Réglons surtout le nôtre; et, quand tout nous seconde,
Cessons de différer le partage du monde.

OCTAVE.

Mes desseins dès longtems ont prévenu vos vœux:
J'ai voulu que l'empire appartînt à tous deux.
Songez que je prétends la Gaule et l'Illyrie,
Les Espagnes, l'Afrique, et surtout l'Italie:
L'Orient est à vous.

ANTOINE.

Telle est ma volonté;
Tel est le sort du monde entre nous arrêté...

12. *Orientem.* Vell. c. 74, *transmarinas provincias* dicit; Appian. V, 3, τὰ πέραν ἔθνη.

13. *Municipalibus agris;* qui destinati veteranis a Triumviris fuerant: τῶν Ἰταλικῶν πόλεων ὀκτωκαίδεκα, Appian. IV, 3. De coloniis ab Augusto deductis vide Panvin. Imper. Rom. (Thes. Græv. tom. I, pag. 383 seq.)

XIV. 1. *L. Antonium.* De hoc vide Cic. Philipp. V, 7; VI, 5; VII, 6; XII, 8; XIV, 3, ubi « gladiator, mirmillo Asiaticus, latro Italiæ, insigne odium omnium hominum, vel, si etiam Dii oderint quos oportet, omnium Deorum » dicitur. Vell. c. 74: « Cæsar in Italiam se recepit, eamque longe quam speraverat tumultuosiorem reperit. Quippe L. Antonius Consul, vitiorum fratris sui consors, sed virtutum, quæ interdum in illo erant, expers, modo apud veteranos criminatus Cæsarem, modo eos, qui jussa divisione prædiorum, nominatisque coloniis agros amiserant, ad arma conciens, magnum exercitum conflaverat. Ex altera parte uxor Antonii (Marci) Fulvia, nihil muliebre præter corpus gerens, omnia armis tumultuque miscebat. » Ipsa ea Fulvia apud VOLTAIRE, d. l. act. I, sc. 2:

Les tumultes des camps ont été mes asiles:
Mon génie était né pour les guerres civiles,
Pour ce siècle effroyable où j'ai reçu le jour.

— De bello Perusino conf. adhuc Flor. IV, 5, qui insigni errore ante triumviratus bellique Philippensis historiam illud posuit. Liv. Epit. CXXV, CXXVI; Eutrop. VII, 2; Appian. V, 14—49; Dio, XLVIII, 4—16.

2. *Consulatus, quem gerebat;* A. U. 713, cum P. Servilio Isaurico.

3. *Et ad deditionem fame compulit;* A. U. 714, Cn. Domitio Calvino II, et Asinio Pollione Coss. ut diserte monet Dio, c. 15. Florus, l. c. « intra Perusiæ muros re-

et in bello discriminibus. Nam[4] quum spectaculo ludorum gregarium militem, in quatuordecim ordinibus sedentem, excitari per apparitorem jussisset, rumore ab obtrectatoribus dilato, quasi eundem mox et discruciatum necasset; minimum abfuit, quin periret concursu et indignatione turbæ militaris. Saluti fuit, quod, qui desiderabatur, repente comparuit incolumis ac sine injuria. Circa Perusinum autem murum sacrificans pæne interceptus est a manu gladiatorum, quæ oppido eruperat.

XV. Perusia capta, in plurimos animadvertit; orare veniam, vel excusare se conantibus una[1] voce occurrens, « Moriendum esse. » Scribunt quidam, trecentos ex dediticiis electos, utriusque ordinis, ad aram[2] Divo Julio exstructam Idibus Martiis hostiarum more mactatos. Exstiterunt, qui [3]traderent, consulto eum ad arma isse, ut

degit, compulitque ad extrema deditionis turpi et nihil non experta fame. » *Perusina fames* in proverbium cessit : cf. Lucan. I, 41.

4. *Nam quum spectaculo*, etc. Id discrimen *ante bellum* fuit; verbis, *Circa Perusinum autem murum*, etc. aliud, quod *in bello* accidit, narrat. De re cf. Appian. V, 15. — *In quatuordecim ordinibus sedentem;* qui assignatus Equitibus locus erat. Sueton. Cæs. 39, *in quatuordecim* simpliciter habet, unde vocab. *ordinibus* deleri h. l. nonnulli voluere. Sed arbitrarium fuit scriptori, addere vel omittere. — *Excitari*, expelli.

XV. 1. *Una voce occurrens;* respondens, ut recte interpretatur Reitzius, comparans Virgil. Æn. XII, 625, *Talibus occurrit dictis;* Tacit. Annal. XIV, 55, « quod meditatæ orationi tuæ statim occurram; » et Cic. de Fato, 18, « illi rationi... sic *occurrit;* » id est, respondit, refutavit.

2. *Ad aram Divo Julio exstructam;* ut his quasi inferiis Manes Cæsaris placarentur, quem barbarorum morem plurimis exemplis illustrat Casaub. *Ara* sine dubio est, de qua diximus ad Cæs. 85. Eamdem Octavii sævitiam narrat Dio, XLVIII, 14. « On sait si je me venge, » inquit ipse apud Voltaire, *le Triumvirat*, act. III, sc. 6. Diversus est Appian. Bell. Civ. V, 48, ut et Vellei. c. 74, « in Perusinos magis ira militum, quam voluntate sævitum ducis. » Scilicet, ex Augusti Commentariis historiam suam Appianus et Velleius hauserunt, non ex rerum fide, ut ademta libertate fieri solet.

3. *Consulto.* In maxima varietate memorandæ maxime lectiones : *conspecto*, *e conspectu*, *conspicato*, *ex consulto*, *ex proposito*; quæ or-

occulti adversarii, et quos metus magis quam voluntas contineret, facultate L. Antonii ducis præbita, detegerentur; devictisque his et confiscatis, promissa veteranis præmia persolverentur.

XVI. Bellum[1] Siculum inchoavit in primis, sed[2] diu traxit, intermissum sæpius; modo reparandarum classium causa, quas[3] tempestatibus duplici naufragio, et quidem per æstatem, amiserat; modo pace[4] facta, flagitante populo, ob interclusos commeatus, famemque ingravescentem: donec navibus ex integro fabricatis, ac viginti ser-

tæ fere ex erroribus et glossis. Lipsius, Elect. I, 12, emendavit *compacto* seu *compecto*, quod probarunt Gronov. ad Liv. V, 11, Oudend., qui in textum recepit, et Wolf. ut convenerit de bello sumendo inter Antonium et Cæsarem, ob causam mox memoratam. Equidem, ut hoc crederem, non magis a me impetrare potui, quam ut emendationem optimorum librorum lectioni præferrem, quæ commodum sensum exhibet. *Consulto* ostendit, non coactum ad hoc bellum *eum* (i. e. Augustum; cur enim hæreant, quis intelligendus sit, interpretes, ut Ernest. conjiciens « *itum* ad arma *esse*, » et, qui adstipulatur ei, Bremius, non video) isse, quum facile potuisset, pactione facta cum inimico, eo supersedere; sed consilium ei fuisse, occultas per armorum furores perspiciendi hominum sententias. Consentientem fere in hac interpretatione postea inveni Walther. Observ. pag. 14.

XVI. 1. *Bellum Siculum*; quod gessit cum Sexto Pompeio, digno Magni filio. Descriptionem hujus belli subjiciunt Flor. IV, 8; Liv. Epitom. CXXVII seq.; Vellei. cap. 72 seq.; Appian. IV, 84 seq.; Dio, XLVIII, 15 seq.

2. *Sed diu traxit*; per septem annos. Nam A. U. 711 Pompeius Siciliam occupavit (Appian. l. c.; Dio, XLVII, 12), et 718 prorsus devictus est; quem male et ignave Lucanus *piratam Siculum* vocat.

3. *Quas tempestatibus... amiserat.* Cf. Dio, XLVIII, 45—49; Appian. V, 80 seq. Accidit ea calamitas Octaviano A. U. 716, isque hunc annum et sequentis initium reparandis classibus insumsit. Vell. c. 79: « Ædificandis navibus, contrahendoque militi ac remigi, navalibusque assuescendo certaminibus atque exercitationibus, præfectus est M. Agrippa, etc. »

4. *Pace facta.* Mutat hic auctor rerum ordinem. Pacis enim fœdus initum inter Antonium, Cæsarem et Pompeium, A. U. 715, colloquio habito apud Misenum, de quo, ut de pacis conditionibus, vide Vell. 77; Appian. V, 71 seq.; Dion. XLVIII, 36. — *Flagitante populo*, etc. Vell. l. c. « expostulante consensu populi, quem gravis urebat, infesto mari, annona. » Appian. 67.

vorum millibus manumissis, et ad remum datis, portum Julium[5] apud Baias, immisso in Lucrinum et Avernum lacum mari, effecit. In quo quum hieme tota copias exercuisset, Pompeium[6] inter Mylas et Naulochum superavit; sub horam pugnæ tam[7] arto repente somno devinctus, ut ad dandum signum ab amicis excitaretur. Unde præbitam Antonio materiam putem exprobrandi, « Ne rectis quidem oculis eum aspicere potuisse instructam aciem : verum supinum[8], cælum intuentem, stupidum cubuisse; nec prius surrexisse, ac militibus in[9] conspectum fuisse,

5. *Portum Julium;* cujus descriptionem lege apud Dion. cap. 50, ubi vide Fabric. Conf. Cluver. Ital. Ant. IV, 2, et quos alios laudat Fabricius.

6. *Pompeium.... superavit;* non ipse, sed Agrippa; Cæsar enim magna clade a Pompeio apud Tauromenium affectus est, et Cornificium etiam cum legionibus hostibus fere prædam reliquit; cf. Appian. V, 106 seq.; Dio, XLIX, 3, 4; Vell. 79; alterum prælium, quo res Pompeii afflictæ, accidit prope Artemisium; Dio, l. c. 9; Appian. 119: utrumque A. U. 718.

7. *Tam arto repente somno devinctus*, etc. quod etiam prius Alexandro Magno, postea Galliarum regi Francisco I ad Marignanum evenisse constat. Necnon de eximio duce (*le prince de Condé*) eximius orator Bossuet, in ejus funebri laudatione : « A la veille d'un « si grand jour, et dès la première « bataille, il est tranquille, tant il « se trouve dans son naturel! et on « sait que le lendemain, à l'heure « marquée, il fallut réveiller d'un « profond sommeil cet autre Alexandre. » — Hoc loco Codices alii, *devictus*, solenni utriusque vocabuli confusione. *Devinctus* magis convenit *arto somno*, quo quasi vinculo alligatus jacebat.

8. *Supinum*. Intelligit Casaub. de δεισιδαιμονίᾳ Octavii, quod supinus cælum intuens vota solum Diis fuderit, collato Horat. Carm. III, 23, 1,

Cælo supinas si tuleris manus, etc.

Verum h. l. ubi de somno sermo, quo sopitus torpebat, potius conferendus Horat. Sat. I, 8, 19, *stertitque supinus*, et Noster ipse, infra, Claud. 33, *supino ac per somnum hianti*.

9. *In conspectum fuisse;* γενέσθαι. Ita enim sæpissime γίγνεσθαι cum εἰς et πρὸς aliisque præpositionibus vel adverbiis conjunctum notat *venire*. Conf. Sturzii Lex. Xenoph. in γίγνεσθαι, N° 12—22, et dicta ad cap. 13; item quæ Burmann. ad Ovid. Heroidd. XVI, 138, et ad h. l. Ex exemplis citatis reddam Cic. ad Attic. XV, 4, « quo die *in Tusculanum eram futurus*. » Alii tamen hoc nostro loco *venisse*, quod præferrem, quoniam Noster, Cæs. 35, in *conspectum venit*, nisi Antonii verba commemorarentur, quæ ser-

quam a M. Agrippa fugatæ sint hostium naves.» Alii dictum factumque ejus criminantur, quasi classibus tempestate perditis exclamaverit, «etiam invito Neptuno victoriam se adepturum,» ac die Circensium proximo sollemni pompæ simulacrum Dei detraxerit. Nec temere plura ac majora pericula ullo alio bello adiit. Trajecto in Siciliam exercitu, quum[10] partem reliquam copiarum continenti repeteret, oppressus ex improviso a [11]Demochare et Apollophane, præfectis Pompeii, uno demum navigio ægerrime effugit. Iterum, quum præter Locros Rhegium pedibus iret, et prospectis biremibus Pompeia-

vasse auctor videtur. Ceterum, ignaviam Augusti frustra dissimulat Suetonius, rem compertam et universe receptam. SAINT-RÉAL, *Fragmens sur Auguste*: «La valeur, «qui est la plus essentielle qualité «des grands princes, n'a jamais «paru dans Auguste; non pas «même dans un degré médiocre. «Toutes les victoires qui l'élevè«rent à l'empire du monde, furent «l'ouvrage d'autrui : celle de Phi«lippes est due au seul Antoine: «celle d'Actium est l'ouvrage d'A«grippa, aussi bien que la défaite «de Sextus Pompeïus, où il fut si «honteux à Auguste d'avoir tou«jours resté à fond de cale, et de «n'avoir paru que longtems après «l'action.» Unde MONTESQUIEU, *Grandeur et Décadence*, etc. cap. XIII: «Je crois qu'Octave est le «seul de tous les capitaines ro«mains, qui ait gagné l'affection «des soldats en leur donnant sans «cesse des marques d'une lâcheté «naturelle. Dans ces tems-là, les «soldats fesaient plus de cas de la «libéralité de leur général, que de «son courage. Peut-être même que «ce fut un bonheur pour lui de «n'avoir point eu cette valeur qui «peut donner l'empire, et que cela «même l'y porta : on le craignit «moins. Il n'est pas impossible que «les choses qui le déshonorèrent «le plus, aient été celles qui le ser«virent le mieux. S'il avait d'abord «montré une grande âme, tout le «monde se serait méfié de lui; et «s'il eût eu de la hardiesse, il n'au«rait pas donné à Antoine le tems «de faire toutes les extravagances «qui le perdirent.»

10. *Quum partem reliquam copiarum continenti repeteret.* Alii, «quum *ad* partem reliquam copiarum (scil. *trajiciendam*) continentem repeteret.» Ceterum, adiit hoc periculum Cæsar post cladem apud Tauromenium. Tangit rem Vellei. cap. 79: «neque ab ipso periculum abfuit.» Fugientis ex adverso prælio ærumnas narrat Appian. cap. 112.

11. *A Demochare et Apollophane*; quorum ille in prælio mox insecuto ad Artemisium se ipsum interemit, hic Cæsari se dedidit. Dio, XLIX, 10.

nis terram legentibus, suas ratus, descendisset ad litus, pæne[12] exceptus est. Tunc etiam per devios tramites refugientem servus Æmilii Pauli, comitis ejus, dolens proscriptum olim ab eo patrem[13] Paulum, et quasi occasione ultionis oblata, interficere conatus est. Post Pompeii fugam, collegarum alterum M.[14] Lepidum, quem ex Africa in auxilium evocarat, superbientem viginti legionum fiducia, summasque sibi partes terrore ac minis vindicantem, spoliavit[15] exercitu: supplicemque, concessa[16] vita, Circeios in perpetuum relegavit.

12. *Exceptus*, captus. *Caprum excipere insidiis*, apud Virg. Eclog. III, 18.

13. *Patrem Paulum*. Hunc esse L. Paulum, Consulem A. U. 703, proscriptum a fratre Lepido Triumviro, eorumque patrem fuisse M. Lepidum Q. filium, Consulem cum Q. Catulo, notat Oudend. ex Perizon. Animadv. Hist. pag. 121 seq. Vide Flor. IV, 6, 4; Dion. XLVII, 6, ibique Fabric.

14. *M. Lepidum*, etc. Vell. 80: « Acciverat, gerens contra Pompeium bellum, ex Africa Cæsar Lepidum cum xii semiplenis legionibus. » Postea: « *inflatus* (Lepidus) *amplius XX legionum numero*, in id furoris processerat, ut inutilis alienæ victoriæ comes, quamdiu moratus erat, dissidendo in consiliis Cæsari, et semper diversa his, quæ aliis placebant, dicendo, totam victoriam ut suam interpretaretur; audebatque denunciare Cæsari, excederet Sicilia. » Cf. Appian. cap. 123.

15. *Spoliavit exercitu : supplicemque*. Ingressus castra Lepidi Cæsar legiones sibi adjunxit. Vell., « decimoque anno, quam ad dissimillimam vitæ suæ potentiam pervenerat, Lepidus et a militibus et a fortuna desertus, *pulloque velatus amiculo*, inter ultimam fluentium ad Cæsarem turbam latens, *genibus ejus advolutus est.* » Conf. Dio, XLIX, 12.

16. *Concessa vita, Circeios... relegavit*. Liv. CXXIX: « M. Lepidus... relictus ab exercitu, abrogato triumviratus honore, vitam impetravit. » Vell. l. c. « vita rerumque suarum dominium concessa ei sunt; spoliata, quam tueri non poterat, dignitas. » Dio in Italia fuisse habitum scribit, non sine custodia. Appianus aperte Suetonio repugnat: vult missum ab Octaviano non in exsilium, sed Romam, ut privatus degeret, pontificatu maximo, quem gerebat, contentus. Inde Antonius apud VOLTAIRE, *le Triumvirat*, act. I, sc. 3:

Un compagnon de plus, ou qui du moins croit l'être,
Sur le trône avec nous affectant de paraître,
Lépide, est un fantôme aisément écarté,
Qui rentre de lui-même en son obscurité.
Qu'il demeure pontife, et qu'il préside aux fêtes
Que Rome en gémissant consacre à nos conquêtes.

Appianum sequitur etiam MONTES-

XVII. M. Antonii societatem semper dubiam et incertam, reconciliationibusque[1] variis male focillatam, abrupit tandem. Et quo magis, degenerasse eum a civili more, approbaret, testamentum[2], quod is Romæ, etiam de

QUIEU, *Grandeur* et *Décadence*, etc. cap. XIII : « Octave gagna les soldats de Lépide, et le dépouilla de la puissance du triumvirat : il lui envia même la consolation de mener une vie obscure, et le força de se trouver, comme homme privé, dans les assemblées du peuple. » *Qui et addit :* « On est bien aise de voir l'humiliation de ce Lépide. C'était le plus méchant citoyen qui fût dans la république; toujours le premier à commencer les troubles, formant sans cesse des projets funestes où il était obligé d'associer de plus habiles gens que lui. Un auteur moderne s'est plu à en faire l'éloge (SAINT-RÉAL, *Fragmens sur Lépide*), et cite Antoine, qui, dans une de ses lettres, lui donne la qualité d'honnête homme : mais un honnête homme pour Antoine ne devait guère l'être pour les autres. »

XVII. 1. *Reconciliationibusque*, etc. Disjunctos componere solebat Octavia, soror Cæsaris Octaviani, nupta Antonio. Fulvia apud VOLTAIRE, d. l. act. I, sc. 1, de futuris illorum dissensionibus :

Mais si dans mes chagrins quelques douceurs me restent,
C'est que mes deux tyrans en secret se détestent.
Cet hymen d'Octavie et ses faibles appas
Éloignent la rupture, et ne l'empêchent pas.
Ils se connaissent trop; ils se rendent justice.
Un jour je les verrai, préparant leur supplice,
Allumer la discorde avec plus de fureur
Que leur fausse amitié n'étale ici d'horreur.

— *Male focillatam.* Hoc vocab. derivat Casaub. a *faucibus*, ut sit, « ægras fauces lana apposita fovere; » Gniet. a *fovere*, laudans Onomast. *focillo*, or, ἀναλαμβάνω, et *foculo*, τιθηνέω· Bernecc. a *focus*, *foculus*, ut *focillare* sit diminutivum ex *foculare* h. e. fovere, blando calore permulcere ac reficere. Hanc probabiliorem etymologiam censuit etiam Reitzius, excitans Senec. Epist. XIII, « pudet me... *tam levibus remediis te focillare;* » addiditque : « hinc et *focale* vestis valetudinariorum, de qua Fromond. ad Senec. Quæst. Nat. IV, pag. ult. » Sed hoc cum optimis lexicographis derivandum à voc. *faux*.

2. *Testamentum, quod is Romæ .... reliquerat;* depositum nempe apud virgines Vestales, more solito, de quo dictum ad Cæs. 83. Illud Dio, L, 3, proditum narrat Cæsari a Titio et Planco, qui obsignaverant illud, postea ab Antonio transfugis. Cf. Plutarch. Anton. 58. Capita autem hæc testamenti erant tria, quæ maxime exagitavit Octavius : Primum, quod Cæsarioni redderet testimonium, quasi filio Cæsaris naturali et legitimo, quum is matrimonio ortus non legitimo, jure civis esse non posset, sed peregrinus tantum, proinde capere quicquam de bonis civis Romani non poterat. Alterum, quod reliquos Cleopatræ liberos summis affecisset elogiis et honoribus, iisque plurima contra

Cleopatra liberis inter heredes nuncupatis, reliquerat, aperiendum recitandumque pro concione curavit. Remisit tamen hosti judicato necessitudines amicosque omnes, atque inter alios C.[3] Sosium et Cn. Domitium, tunc adhuc Consules. Bononiensibus[4] quoque publice, quod in Antoniorum clientela antiquitus erant, gratiam fecit conjurandi cum tota Italia pro partibus suis. Nec multo post navali prælio apud[5] Actium vicit, in serum dimicatione protracta, ut in navi victor pernoctaverit. Ab Actio quum Sa-

leges reliquisset. Postremo, quod jussisset corpus suum, ubicunque mori contigisset, Alexandriam deferri, et cum Cleopatra, quandoque fato functa, sepeliri. Ceterum, quod ad nostrum locum attinet, recepi emendationem Gronovii, Codice Salmasii comprobatam, ubi *de Cleopatra liberi* sunt liberi ex Cleopatra ab Antonio procreati. Vulgo, *de Cleopatræ liberis*. Freinshem. emendavit, *de Cleopatra et liberis*; Casaub. *quod is Romæ etiam de Cleopatra et de Cleopatræ liberis.... reliquerat*. Mitto alia. Id mihi certum videtur, ex duabus particulis *et* atque *etiam* alteram alterius fuisse interpretationem, unde in verbis etiam a me editis pro *etiam* mallem *et*, sed illius sensu; porro fraudem fecisse librariis *de* dictum pro *ex* sine participio.

3. *C. Sosium et Cn. Domitium*. Domitio h. l. libri *Titum* dant prænomen; sed quum constet de *Cneio* prænomine, cum Wolfio id restitui, atque ita tacite jam correxit Fabric. excitans nostrum locum ad Dion. XLVIII, 7, ubi diserte Γναῖος Δομίτιος Ἀηνόβαρβος dicitur. Fuit filius L. Domitii, acerrimi Cæsaris hostis (cf. Cæs. 23 et 34), qui post pugnam Pharsalicam periit (Ner. 2), addictos Antonii partibus, nunc Consul cum C. Sosio, A. U. 722. Vide Baumgart. — *Remisit* h. l. Ernest. interpretatur *concessit, condonavit*; malim intelligere pro ἀφίει, i. e. ἀπιέναι ἐπέτρεπε.

4. *Bononiensibus... gratiam fecit conjurandi*, etc. concessit: illis, ne conjurarent. Ovid. Trist. I, 5, 39:

Sæpe fidem adversis etiam laudavit in armis,
Inque suis amat hanc Cæsar, in hoste probat.

Et 9, 23:

Sed tamen in duris remanentem rebus amicum,
Quamlibet inviso, Cæsar, in hoste, probat;
Nec solet irasci, neque enim moderatior alter,
Quum quis in adversis, si quis amavit, amat.

Dio tamen, L, 6, Cæsarem Bononienses adjunxisse suis partibus affirmat, neque dixerim, uter veriora dederit. Alium errorem, cujus accusavit Dionem Casaubonus, eum verba in *clientela Antoniorum antiquitus esse*, non satis intellexisse existimans, recte, puto, ab eo removit Bernecer. ad h. l., assentiente etiam Reimaro ad Dion. l. c.

5. *Apud Actium vicit*; a. d. IV Non. Sept. A. U. 723. Descriptionem pugnæ dant Vell. 84 seq.; Flor. IV, 11; Plutarch. Anton. 64 seq.; Dio, L, 12, ad fin. lib.

mum in hiberna se recepisset, turbatus nuntiis de seditione militum, præmia et missionem poscentium, quos ex omni numero, confecta victoria, Brundisium[6] præmiserat, repetit Italiam, tempestate in trajectu bis conflictatus: primo inter[7] promontoria Peloponnesi atque Ætoliæ, rursus circa montes Ceraunios, utrobique parte [8]Liburnicarum demersa, simulque ejus, in qua vehebatur, fusis armamentis, et gubernaculo diffracto. Nec[9] amplius quam septem et viginti dies, donec desideria militum ordinarentur, Brundisii commoratus, Asiæ Syriæque circuitu Ægyptum petit: obsessaque [10] Alexandria, quo Antonius cum Cleopatra confugerat, brevi potitus est. Et Antonium quidem, seras conditiones pacis tentantem, ad [11]mortem adegit, viditque mortuum. Cleopatræ, quam servatam

6. Quos.... *Brundisium præmiserat;* et suos et Antonianos, qui ad suas partes accesserant, unde addit auctor, *ex omni numero.* Rem narrat Dio, LI, 3.

7. *Inter promontoria Peloponnesi atque Ætoliæ;* inter Rhium et Antirrhium opinatur Casaub., qui erat brevissimus ex Ætolia in Peloponnesum trajectus.

8. *Liburnicarum;* quibus minoribus navigiis utebantur ad iter celerrime conficiendum. *Liburnæ* dicuntur Horat. Epodd. I, 1. Nomen habent a *Liburno* populo, qui in Illyrico incolebat. — *Gubernaculo diffracto.* Codd. alii, *defracto.* Cf. ad Cæs. 37.

9. *Nec amplius quam septem et viginti dies.* Dio, c. 5, numero rotundo triginta dicit. Substiterat Brundisii, ibique Senatum, Equites, magnamque partem populi obviam prodeuntes exceperat.

10. *Obsessaque Alexandria;* ubi prælio equestri ab Antonio fusus est. Cf. Plutarch. Anton. 74. Sed victus postea Antonius a pedite, factaque classis reliquarumque copiarum proditione, de morte cogitavit. Plut. 76. Velleius, cap. 87: « Proximo deinde anno, persecutus reginam Antoniumque Alexandriam, ultimam bellis civilibus imposuit manum. » Ceterum, cepisse Cæsarem Alexandriam mense Sextili, annotavit jam Ernest. e Senatusconsulto, quod exstat apud Macrob. Saturn. I, 12.

11. *Ad mortem adegit.* Vell. l. c. « Antonius se ipse non segniter interemit, adeo ut multa desidiæ crimina morte redimeret. » — *Viditque mortuum.* Sive miserationis causa, sive crudelitatis vidisse dicatur, amovere rem ex h. l. non audeo, quamquam Plutarchus, ut sæpe, a Nostro diversus, c. 78 nil nisi, cruentum Antonii muneronem non sine lacrymis accepisse Cæsa-

triumpho magno opere cupiebat, etiam Psyllos[12] admovit, qui venenum ac virus exsugerent; quod[13] perisse

rem, narrat. Alii præferunt lectionem plurimm Codd., « viditque *mortuam Cleopatram*, quam, etc. » quæ convenit sane verbis Dionis, c. 14, sed in qua tamen sequentia, *etiam Psyllos admovit*, nexu destituuntur, et perit manifesta oppositio membrorum : *Et Antonium quidem* (μὲν).... *Cleopatræ* (δὲ). Oudend. conjecit, » ad mortem adegit: *ultroque morienti* » vel « *mortuæ Cleopatræ*, etc. » ita ut spontanea mors Cleopatræ opponeretur coactæ Aotonii, mutatione arbitraria neque nimis facili. Nihili prorsus est Gronovii, *unxitque mortuum*. — Antonium depingit Rollin, *Hist. Rom.* LII : » Antoine, « lorsqu'il mourut, avait, selon « quelques-uns, cinquante-trois, » selon d'autres cinquante-six ans. « Il fournit une carrière plus brillante que ne comportait le mérite « d'un homme en qui les vices surpassèrent beaucoup les talens. « Capable d'acquérir de la puissance, incapable de la conserver, « jamais personne n'eut plus besoin de l'adversité pour paraître « estimable. Tous les vices qui naissent de la bonne fortune le dominèrent à la fois, et lui rendirent « inutiles la bravoure et la science « de la guerre, dans lesquelles il « excella entre tous les généraux « de son tems. Il fut bon, humain, » libéral, par le fond de son caractère : mais ces principes de vertus n'étant point soutenus par « une raison droite, ferme et éclairée, tantôt s'éclipsèrent au point « de faire place à la cruauté la plus « odieuse, tantôt dégénérèrent en « imbécillité. Né pour être gouverné par les femmes, il est l'exemple le plus mémorable de l'aveuglement, de la servitude et « des désastres qu'entraînent après « soi les folles passions. En un mot, » il a mérité que le genre humain « applaudit à sa défaite, et l'on a « eu raison de dire qu'il était de « l'intérêt de l'univers qu'Antoine « fût vaincu par Octavien. »

12. *Psyllos admovit.* De morte Cleopatræ vida Plutarch. Anton. 86; Dion. LI, 14. — *Psylli*, gens Africæ, vim serpentium veneno contrariam habere credebantur, unde in poemate Cinnæ apud Gell. IX, 12, « Somniculosam ut *Pœnus* aspidem *Psyllus.* » Plin. Hist. Nat. VII, 2 : « Similis et in Africa gens Psyllorum fuit, ut Agatharchides scribit, a Psyllo rege dicta, cujus sepulcrum in parte Syrtium majorum est. Horum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus, ut cujus odore sopirent eas. » Conf. Celsus, V, 28; Lucan. IX, 925.

13. *Quod perisse morsu aspidis putabatur.* Nemo quidem pro certo aspidis morsum affirmare potuit, quum adfuerit nullus arbiter præter duas ancillas itidem illico mortuas, neque aspis aliave serpens in calatho reperta sit; unde alii eam acu venenata aut instrumento quovis brachium sibi altius pupugisse conjecerunt. Valuit tamen de aspidis morsu fama, quam præter alios tradit Vell. 87 : » .... Cleopatra, frustratis custodibus, illata aspide, morsu ejus, sane expers muliebris metus, spiritum reddidit, » quomodo correxit Acidalius.

morsu aspidis putabatur. Ambobus communem sepulturæ honorem tribuit, ac tumulum ab ipsis inchoatum perfici jussit. Antonium[14] juvenem, majorem de duobus Fulvia genitis, simulacro[15] D. Julii, ad quod post multas et irritas preces confugerat, abreptum interemit. Item[16] Cæsarionem, quem ex Cæsare patre Cleopatra concepisse prædicabat, retractum e fuga supplicio affecit. Reliquos Antonii reginæque communes[17] liberos, non secus ac necessitudine junctos sibi, et conservavit, et mox pro conditione cujusque sustinuit ac fovit.

Adde Horat. Carm. I, 37, 25, ubi,

Ausa et jacentem visere regiam
Vultu sereno fortis, et asperas
Tractare serpentes, ut atrum
Corpore combiberet venenum;
Deliberata morte ferocior.

Vulgatam opinionem recepit etiam Marmontel, *Cléopâtre*, act. IV, sc. 1, ubi sunt ipsius verba:

...Enfin, je suis tranquille.
Je ne sais d'où me vient ce courage immobile;
Mais cette urne, où la mort repose dans mes mains,
Me fait voir en pitié tout l'orgueil des Romains.
Voila qui me répond que jamais en esclave
Je n'irai mendier la clémence d'Octave;
Voila qui me protége au milieu des revers;
Et me sauve du joug qu'a subi l'univers.
Seule, au moment peut-être où mon appui succombe,
Sur un trône ébranlé, qui chancelle et qui tombe,
Un reptile est le dieu qui me vient secourir!
Quel heureux don du ciel, que de savoir mourir!

14. *Antonium juvenem*; quem Græci *Antyllum* vocant (cf. ad h. l. Baumgart.): illi prius Octavii filiam desponsatam esse Antonius aiebat: infra, cap. 63.

15. *Simulacro D. Julii*. Nescio, quomodo doctissimus Fabric. ad Dion. LI, 15, in eum errorem inciderit, ut cogitaret h. l. de ἡρῴῳ Julii Cæsaris, *Romæ* in ejus honorem exstructo, de quo Dio, XLVII, 18, quod omnibus etiam reis et fugitivis loco asyli esse Romani decreverant (XLVII, 19), ornato postea et dedicato ab Augusto (LI, 19 et 22). Immo sermo est de monumento, Alexandriæ Julio a Cleopatra condito, ac diserte Dio l. c. ἡρῷον, ὃ ἡ Κλεοπάτρα ἐπεποιήκει, cui tamen et ipsi asyli inerat religio ob divinos honores Cæsari decretos. Constat enim, non Romam fugisse Antoninm juvenem, sed Alexandriæ, cujus regnum speraverat, interemtum. Ceterum morem, ad statuas et aras Deorum heroumque confugiendi, illustravit Lips. Exc. ad Tacit. Annal. III, 36, ubi nostri loci non est oblitus. Vide vol. IV, pag. 406, nost. Edit. et infra in Tiberio, cap. 53.

16. *Cæsarionem*. De eo dictum ad Cæs. 52. Postea cum Oud. et Wolf. addidi voc. *patre*, a plerisque editoribus male omissum. Non est pleonasticum, sed *Cæsar pater* opponitur juveni Cæsari, Octaviano.

17. *Reliquos.... liberos*. Susceperat Antonius e Cleopatra tres liberos, auctore Dione, XLIX, 32; Cleopatram filiam, et filios, quos tantum duos nominat Liv. Epit. CXXXII, Philadelphum et Alexan-

XVIII. Per idem tempus, conditorium[1] et corpus Magni Alexandri, quum prolatum e penetrali subjecisset oculis, corona aurea imposita ac floribus[2] aspersis veneratus est; consultusque, num et[3] Ptolemæûm inspicere vellet, « Regem se voluisse » ait « videre, non mortuos. » Ægyptum[4] in provinciæ formam redactam ut feraciorem habilioremque annonæ urbicæ redderet, fossas omnes, in quas Nilus exæstuat, oblimatas longa vetustate militari opere[5] detersit. Quoque Actiacæ victoriæ memoria celebratior in posterum esset, urbem[6] Nicopolin apud Actium

drum. Conf. omnino ad nostrum hunc locum Baumgart.

XVIII. 1. *Conditorium et corpus;* i. e. λάρνακα, θήκην, simul cum corpore e penetrali prolatam. Funus Alexandri maxima pompa deductum fuerat Babylone Ægyptum (de qua re copiosissime exponit Diod. XVIII, 26 seq.), ubi potitus eo est Ptolemæus. Conf. Strabo, XVII, 1, 8 (tom. VI, p. 504, edit. Tzschuck. et Quintum Curtium, tom. II, pag. 450, nost. Editionis.).

2. *Aspersis.* Id cum Oudendorpio et Wolfio præferendum duximus. Alii, *aspersum*. Sed veneratus est corpus et corona imposita, et floribus aspersis. Sic modo oratio bene procedit, singulis nominibus suis participiis adjunctis. — Pro *aurea*, Bernecc. sine causa conjicit *laurea*.

3. *Ptolemæûm;* i. e. Ptolemæorum corpora et conditoria. Oudend. conjectura *Ptolemæium* vel *Ptolemæeum* scil. conditorium (Πτολεμαιεῖον) nimis a Græcis discedit. Occupatam tamen eam a Bernecc. probavit Freinshem. ind. Flor. sub voc. *Mausoleum*. — *Regem se*, etc. Scilicet Alexandrum unum *regem*, ceteros, vel splendidissimis sepulcris donatos, communi mortuorum vulgo accensendos existimabat. Et ne longius exempla quæramus, quot ætate nostra reges, quibus pro tota laude post mortem tumuli pompa contigerit!

4. *Ægyptum in provinciæ formam redactam;* cui scilicet præposuit tantum *præfectum Augustalem*, omnique modo, ne in valentioris hominis potestatem perveniret ea regio, Italiæ imminens, cavit. Tacit. Annal. II, 59, cujus verba jam supra citavimus, hujus Tomi pag. 56, not. 9. Adde etiam alium Taciti locum, Histor. I, 11, ubi Lipsius notat post Arrianum de Ægypti provincia sic statuisse Alexandrum magnum, cujus exemplum imitatus est Augustus. Tome III pag. 23, nost. Edit. Eadem Cæsari prudentia, Cæsar. cap. 35. De gubernatione Ægypti conf. Strabo XVII, 1, 12 (pag. 517 ed. cit.).

5. *Militari opere;* jussis militibus, qui limum extraherent.

6. *Urbem Nicopolin apud Actium condidit.* Conf. Strabo, VII, 7, 6; Cellar. Geogr. Ant. II, 13, pag. 1089 seq.

condidit: ludosque[7] illic Quinquennales constituit; et ampliato vetere [8]Apollinis templo, locum castrorum, quibus fuerat usus, exornatum navalibus spoliis, Neptuno ac Marti consecravit.

XIX. Tumultus post hæc, et[1] rerum novarum initia conjurationesque complures, priusquam invalescerent, indicio detectas compressit, alias [2]alio tempore: Lepidi juvenis[3], deinde Varronis[4] Murenæ et Fannii Cæpionis,

7. *Ludosque illic Quinquennales constituit.* Frequens ludorum Actiacorum apud scriptores mentio. Varia loca collegit Fabricius ad Dion. LI, 1.

8. *Vetere Apollinis templo.* Memorat illud Thuc. I, 29, et Polyb. IV, 63. — *Locum castrorum... consecravit.* Dio in castrorum loco urbem Nicopolin ædificatam esse tradit; templum autem, de quo Suetonius, in loco ubi fuerat Augusti tabernaculum; neque Neptuno et Marti consecratum, sed, consentiente in hoc Strabone, Apollini. — Epigramma Philippi (Anthol. Jacobs. vol. II, pag. 203), hunc locum spectans, laudavit jam Casaubonus.

XIX. 1. *Et rerum.* Alii, *et etiam rerum;* vel vitiose, *ac etiam.* Delevi *etiam* cum Oudend., item postea *et* ante *alias.*

2. *Alias alio tempore.* Recenset eas Livia apud Senec. de Clement. I, 9: « Salvidienum Lepidus secutus est, Lepidum Murena, Murenam Cæpio, Cæpionem Egnatius, ut alios taceam, quos tantum ausos pudet. » Ibidem, « quum annum quadragesimum transisset, et in Gallia moraretur, delatum est ad eum indicium, L. Cinnam, stolidi ingenii virum, insidias ei struere. » Fuit hic Cinna Cn. Pompeii nepos.

3. *Lepidi juvenis;* A. U. 725. Vell. II, 88: « Dum ultimam bello Actiaco Alexandrinoque Cæsar imponit manum, M. Lepidus juvenis forma quam mente melior, Lepidi ejus, qui Triumvir fuerat Reipubl. constituendæ, filius, Junia Bruti sorore natus, interficiendi, simul in Urbem revertisset, Cæsaris consilia inierat. Tunc Urbis custodiis præpositus C. Mæcenas.... Hic speculatus est per summam quietem ac dissimulationem præcipitis consilia juvenis, et mira celeritate, nullaque cum perturbatione aut rerum aut hominum oppresso Lepido, immane novi ac resurrecturi belli civilis restinxit initium. » Cf. Senec. l. c. et de Brev. Vit. 5; Appian. IV, 50; Dio, LIV, 15.

4. *Varronis Murenæ;* A. U. 732. Vell. cap. 91: « L. Murena (adoptatus a L. Terentio Varrone) et Fannius Cæpio, diversis moribus (nam Murena sine hoc facinore potuit videri bonus, Cæpio et hoc ante pessimus), quum inissent occidendi Cæsaris consilia, oppressi auctoritate publica, quod vi facere voluerant, jure passi sunt. » Conf. Dio, LIV, 3; oster, N Aug. 56, et Tib. 8; Macrob. Sat. I, 11.

mox M.[5] Egnatii, exin Plautii[6] Rufi, Luciique[7] Pauli progeneri sui: ac præter has L. Audasii, falsarum tabularum rei, ac neque ætate, neque corpore integri: item Asinii Epicadi, ex[8] gente Parthina, hybridæ: ad extremum Telephi, mulieris[9] servi nomenculatoris. Nam ne ultimæ quidem sortis hominum conspiratione et periculo caruit. Audasius atque Epicadus Juliam filiam et Agrippam nepotem ex insulis, quibus[10] continebantur, rapere ad exer-

5. *M. Egnatii.* Rufi Ædilis A. U. 728. Consulatum profiteri vetuit cum C. Sentius Saturninus, auctore Vell. cap. 92. Egnatianum scelus erupisse triennio post Murenæ Cæpionisque conjurationem, patet ex eodem Vell. c. 93, qui, cap. 91, de eo ita: « Neque multo post Rufus Egnatius, per omnia gladiatori, quam Senatori, propior, collecto in ædilitate favore populi, quem exstinguendis privata familia incendiis in dies auxerat, in tantum quidem, ut ei præturam continuaret, mox etiam consulatum petere ausus, quum esset omni flagitiorum scelerumque conscientia mersus, nec melior illi res familiaris, quam mens, foret, aggregatis simillimis sibi, interimere Cæsarem statuit.... Neque hic prioribus in occultando felicior fuit; abditusque carceri cum consciis facinoris, mortem dignissimam vita sua obiit. »

6. *Plautii Rufi.* Apud Dion. LV, 27, *Publius* quidam *Rufus* populum ad res novas concitasse dicitur. Eum Fabric. ad h. l. eumdem putat cum homine hic memorato. Res, forsan etiam lectio, incerta.

7. *Luciique Pauli.* Paulus duxerat Juliam, neptem Augusti ex Agrippa et Julia. Consul fuit A. U. 754. De eo vide Glandorp. pag. 31.

8. *Ex gente Parthina. Parthini* seu *Partheni* gens erant Illyriæ, de quibus vide Cellar. Geogr. Ant. II, 13, p. 1027. Devicerat Parthinos Asinius Pollio A. U. 715, auctore Dion. XLVIII, 41, et inter reliquos captivos Romam secum duxerat Epicadum, libertum postea suum, ideoque nomine suo appellatum, ex quo matreque Itala natus videtur hic *Asinius Epicadus*, ob parentes diversæ gentis *hybrida* appellatus.

9. *Mulieris servi nomenculatoris. Nomenculatorum* non ad prensationes tantum candidatorum pertinuisse ministerium, sed ad salutationes matutinas, dispositionem convivarum, aliaque talia, monet ad h. l. Casaubonus. *Servus nomenculator* autem eodem modo dicitur φιλεταστικός, quo Cæs. 74, *a manu servus.* Ut enim *ultimæ sortis* hominem ostendat, *servum* dicit, et *mulieris* servum, quamquam hanc ipsam vocem *mulieris* multi suspectam habuerunt. Oudendorp. etiam conjecit *muliebris*, quod nemini facile placebit.

10. *Quibus continebantur,* relegati ab Augusto. Vide cap. 65. — *Rapere ad exercitus*, ut seditionem moverent.

citus; Telephus, quasi debita sibi fato dominatione, et ipsum et Senatum aggredi destinarant. Quin etiam quondam juxta cubiculum ejus lixa quidam ex Illyrico exercitu, janitoribus deceptis, noctu deprehensus est, cultro venatorio cinctus; imposne[11] mentis, an simulata dementia, incertum; nihil enim exprimi quæstione potuit.

XX. Externa bella duo omnino per se gessit: Dalmaticum[1], adolescens adhuc; et Antonio devicto, [2]Cantabricum. Dalmatico[3] etiam vulnera excepit; una acie, dextrum genu lapide ictus; altera, et crus et utrumque brachium ruina pontis consauciatus. Reliqua per legatos administravit; ut tamen quibusdam Pannonicis[4] atque

11. *Imposne.* Alii Codd., *inopsne*, quod recepit Burm. Illud recte, opinor, servavit Oudendorp., dictum docens pro *mente capto*, quum mens ex hominis potestate abiit, uti Festus.

XX. 1. *Dalmaticum;* A. U. 719, adolescens xxviii annorum. De hoc bello vide Flor. IV, 12; Liv. cxxxii; Appian. Illyr. 16 seq.

2. *Cantabricum.* Vide Flor. IV, 12, 46 seq.; Vell. II, 90; Oros. VI, 21; Dion. LIII, 25. Gestum id bellum A. U. 729. Huc pertinent Horatii Carm. III, 14, et IV, 5. Conf. ad cap. 81.

3. *Dalmatico etiam*, etc. Conf. Dio, XLIX, 38, qui c. 35, ubi de bello cum Japydibus, alterum vulnus memorat, in ponte obsidionali acceptum. Consentit Appian. Illyr. 20, ubi cum tribus comitibus, in quibus Agrippa, sociisque satellitibus, pontem obsidionalem in oppugnatione Metuli ascendisse dicitur. Contra Flor. IV, 12, 7, in trajectu fluminis (error in varia significatione voc. *pons* fuit) factum id narrat hisce verbis: « in hos (Illyrios) expeditionem ipse sumsit, fierique pontes imperavit. Hic se et aquis et hoste turbantibus, cunctanti ad ascensum militi scutum de manu rapuit; et in via primus, tunc agmine secuto, quum Illyricus multitudine pontem succidisset, saucius manibus ac cruribus, speciosior sanguine et ipso periculo augustior, terga hostium percecidit. » Ceterum, quod *bello Dalmatico* Augustum hoc vulnus accepisse Suetonius dicit, quod in pugna cum Japydibus, Illyriæ populo, tulit (quo nomine etiam reprehensus est a P. Candido, ad marg. Appian. l. c. ed. Schweigh.), fecit id more veterum, qui gentes regionesque vicinas haud nimis accurate ominibus distinguere solent, et gentem sæpissime pro singulis nationibus ejusdem originis dicunt. Latiori etiam nomine Plin. Hist. Nat. VII, 45, ad res Augusti adversas « *Pannonici belli* ruinam e turri » refert.

4. *Pannonicis;* A. U. 719, quo

Germanicis aut interveniret, aut non longe abesset, Ravennam, vel Mediolanum, vel Aquileiam usque ab Urbe progrediens.

XXI. Domuit autem partim[1] ductu, partim auspiciis suis, [2] Cantabriam, [3] Aquitaniam, [4] Pannoniam, Dalmatiam[5] cum Illyrico omni: item Rætiam[6], et Vindelicos,

Illyricum bellum gessit. Dio, XLIX, 36. — *Atque Germanicis.... interveniret.* Fessa ætate sæpius in Germanias commeasse dicitur. Tacit. Annal. I, 46; Dio, LIV, 20.

XXI. 1. *Partim ductu, partim auspiciis suis:* Plin. Hist. Nat. III, 20, exhibet inscriptionem e tropæo Alpium, ubi: « *quod ejus ductu auspiciisque* gentes Alpinæ omnes... sub imperium P. R. sunt redactæ. »

2. *Cantabriam.* Devicit Cantabros A. U. 725 missus ab eo Statilius Taurus, auctore Dione, LI, 20. Ipse, A. U. 729, expeditionem contra eos suscepit, de qua superior. cap. Rebelles post ejus abitum compescuit anno sequenti (730) L. Æmilius (Dio, LIII, 29). Denuo bellum inferentes perdomiti sunt a T. Carisio et C. Furnio legatis, A. U. 732 (Dio, LIV, 5). Denique finem fecit huic bello Agrippa, A. U. 735, narrante eodem Dione, LIV, 11.

3. *Aquitaniam.* Celebrat M. Valerii Messalæ triumphum Aquitanicum, actum A. U. 727, Tibull. El. I, 8, 3, et II, 1, 33, ubi,

Gentis Aquitanæ celeber Messala triumphis.

Eumdem vide IV, 1.

4. *Pannoniam.* Pannonios bello ipse petiit A. U. 719; vide cap. sup. Rebelles vicit Geminus A. U. 720 (Dio, XLIX, 38). Sed ab anno 735 (cf. interpr. ad Vell. II, 96), perpetua fere bella gesta sunt cum hac gente (Dio, LIV, 20, 24), quibus post mortem Agrippæ præfuit Tiberius (Dio, LIV, 31, 34; Suet. Tiber. 9), a quo tandem post variam belli fortunam perdomita est A. U. 759 usque ad 761. Vell. II, 110 et 114; Dio, LV, 29 et 34.

5. *Dalmatiam cum Illyrico omni.* Vide cap. sup. Bellum Dalmaticum et ipsum confecit Tiberius. Flor. IV, 12, 8 seq., ubi *Tiberium* pro *Vibio* reponendum, viri docti censuerunt; Vell. II, 90; Liv. CXXXIX; Dio, LIV, 34, 36. Provinciam eam factam, narrat Vell. II, 39: « At Tiberius Cæsar, quam certam Hispanis parendi confessionem extorserat parens, *Illyriis Dalmatisque* extorsit. »

6. *Rætiam, et Vindelicos.* Vell. loco proxime citato: « *Rætiam* autem et *Vindelicos ac Noricos*, Pannoniamque et Scordiscos, novas imperio nostro subjunxit provincias (Tiberius). » Dio, LIV, 22, victores nominat Drusum et Tiberium (A. U. 739). Cf. Horat. Carm. IV, 4, 17, qui IV, 14, 14:

Major Neronum mox grave prælium
Commisit, immanesque Rætos
Auspiciis pepulit secundis.

Vide et infra, Tib. 9. — Scribendum autem *Rætiam* sine *h*, e lapidibus vetustissimisque MSS., do-

ac[7] Salassos, gentes Inalpinas. Coercuit et Dacorum[8] incursiones, tribus eorum ducibus cum magna copia cæsis, Germanosque[9] ultra Albim fluvium summovit: ex[10] quibus Ubios et Sygambros dedentes se traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit. Alias item nationes male quietas ad obsequium redegit. Nec[11] ulli genti sine justis et necessariis causis bellum intulit, tantumque[12] abfuit a cupiditate quoquo modo imperium vel belli-

euerunt Drakenb. et Duker. ad Liv. CXXXVI, et Oudendorp. ad h. l.

7. *Salassos*. Dio, LIII, 25, devictos eos dicit a Terentio Varrone, A. U. 729, post Valerium Messalam, qui domuerat eos A. U. 720 (Dio, XLIX, 38). Liv. CXXXV: « Salassi, gens Alpina, perdomiti. » Cf. Strabo, IV, 6, 7 (tom. II, p. 83, ed. Tzschuck.).

8. *Dacorum incursiones*. Flor. IV, 12, 18: « Daci montibus inhærent. Cotisonis regis imperio, quoties concretus gelu Danubius junxerat ripas, decurrere solebant, et vicina populari. Visum est Cæsari Augusto, gentem aditu difficillimam summovere. Misso igitur Lentulo, ultra ulteriorem repulit ripam; citra præsidia constituit. Sic tunc Dacia non victa, sed summota atque dilata est. » Cf. Dio, LI, 22, 23, qui de alia expeditione sub M. Crasso contra Dacos exponit. Eutrop. VII, 5: « vicit autem præliis Dacos. » In provinciæ formam postea Dacia redacta est a Trajano.

9. *Germanosque.... summovit*. E Nostro Eutrop. l. c. « Germanorum ingentes copias cecidit; ipsos quoque trans Albim fluvium summovit, qui in barbarico longe ultra Rhenum est. Hoc tamen bellum per Drusum privignum suum administravit, sicut per Tiberium, privignum alterum, Pannonicum. Quo bello CCCC millia captivorum ex Germania transtulit, et supra ripam Rheni in Gallia collocavit. » Vide not. seq. De Drusi expeditione in Germaniam; Flor. IV, 12, 23; Dio, LV, 1; Nost. Claud. 1.

10. *Ex quibus.... collocavit*. Duplicem Eutropii errorem, et quod ad *numerum*, et quod ad *captivos* Germanos attinet, corrige e Nostro, Tiber. 9: « Germanico (bello) *quadraginta millia dediticiorum* trajecit in Galliam, juxtaque ripam Rheni sedibus assignatis collocavit. » *Ubios* ex Codd. Ursini post Casaubonum ediderunt omnes pro *Suevos*. Illam enim gentem traduxit Agrippa A. U. 717 (cf. Tacit. Annal. XII, 27, ibique Lips.): *Sygambros* autem Tiberius, A. U. 746 (vide Tiber. l. c. Tacit. Annal. II, 26, ibique Lips.; Dion. LV, 6). De orthographia nominis *Sygambrorum* vide Duker. ad Flor. IV, 12, 24, et quos ille laudat, et Oudend. ad h. l.

11. *Nec ulli genti*, etc. Non ea sententia Dionis, qui Pannonios ab Augusto, nulla ne minima quidem re læso, bello petitos ait.

12. *Tantumque abfuit*, etc. Tac. Annal. I, 11: « addideratque consilium (Augustus) coercendi intra

cam gloriam augendi, ut quorundam barbarorum principes in [13] æde Martis Ultoris jurare coegerit, mansuros se in fide ac pace, quam peterent; a quibusdam vero novum genus [14] obsidum, feminas, exigere tentaverit, quod negligere marium pignora sentiebat. Et tamen potestatem semper omnibus fecit, quoties vellent, obsides [15] recipiendi. Neque aut crebrius, aut perfidiosius rebellantes graviore unquam ultus [16] est pœna, quam ut captivos sub lege venundaret, ne [17] in vicina regione servirent, neve intra tricesimum annum liberarentur. Qua virtutis moderationisque fama Indos [18] etiam ac Scythas, auditu modo

terminos imperii, incertum metu, an per invidiam. » Vide Fabric. ad Dion. LIV, 9, et LVI, 33.

13. *In æde Martis Ultoris*; quam ab ipso Augusto conditam narrat Dio, LIV, 8, ubi vide Fabric. Cf. ad cap. 29.

14. *Novum genus obsidum*; h. e. quod Romani huc usque non exegerant. Apud alias enim gentes jamdudum hic mos obtinuerat; cf. interpr. ad h. l. et Lips. ad Tacit. Germ. 8, ubi: « captivitatem longe impatientius feminarum suarum nomine timent; adeo, ut efficacius obligentur animi civitatum, quibus inter obsides puellæ quoque nobiles imperantur; » ex quo loco, *Germanos* ita ab Augusto coercitos maxime fuisse, apparet. — Pro *marium*, Codd. alii *marum*, non improbante Oudend. ut distinguatur a *marium* a *mare*: pro *pignora*, al. etiam *pignera*, ut in voc. *pigneror*.

15. *Obsides recipiendi*; repetendi, et liberatos in patriam revocandi.

16. *Ultus est.* Ita teste Casaub. optimi libri, et hoc prætulerunt Græv. Gronov. Oudendorp. Wolf. Reitz. Alii *multatus est*, quod analogia potest defendi, sed exemplis destituitur. Probarunt tamen Burmann. et Ernest. quos vide.

17. *Ne in vicina*, etc. cautus, ne in vicina patriæ suæ regione servirent. — *Neve intra tricesimum annum liberarentur.* Factum in Salassis a Terentio Varrone: Dio, LIII, 25, ex cujus loco legendum esse apud Sueton. *vicesimum*, non *tricesimum* suspicatur Casaub.

18. *Indos etiam ac Scythas*, etc. Eutrop. VII, 5: « Scythæ et Indi, quibus antea Romanorum nomen incognitum fuerat, munera et legatos ad eum miserunt. » Flor. IV, 12, 61: « illi quoque reliqui, qui immunes imperii erant, sentiebant tamen magnitudinem, et victorem gentium populum Romanum reverebantur. Nam et *Scythæ* misere legatos, et *Sarmatæ*, amicitiam petentes. *Seres* etiam habitantesque sub ipso sole *Indi*, cum gemmis et margaritis, elephantes quoque inter munera trahentes, nihil magis quam longinquitatem viæ imputa-

cognitos, pellexit ad amicitiam suam populique Romani ultro per legatos petendam. Parthi[19] quoque et Armeniam vindicanti facile cesserunt, et signa militaria, quæ M. Crasso et M. Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt, obsidesque[20] insuper obtulerunt; denique, pluribus

bant, quam quadriennio impleverant; et tamen ipse hominum color ab alio venire cælo fatebatur.» Oros. VI, 21: «apud Tarraconem citerioris Hispaniæ urbem legatos Indorum et Scytharum, toto orbe transmisso, taudem iovenisse Cæsarem,» narrat, quocum consentit Eusebins in Chronico. Contra Dio, LIV, 9, Sami A. U. 734 convenisse eum Indos scribit, unde recte, ut puto, Casaubo ous duplicem eorum legationem statuit. Celebrat rem Horat. Carm. IV, 14, 41:

Te Cantaber non ante domabilis,
Medusque, et Indus, te profugus Scythes
Miratur, etc.

Vide et IV, 15, 23.

19. *Parthi quoque*, etc. Eutrop. l. c. «Armeniam a Parthis recepit; obsides, quod nulli antea, Persæ ei dedernnt; reddiderunt etiam signa Romana, quæ Crasso victo ademerant.» Flor. IV, 12, 63; Liv. CXXXIX. Mon. Ancyr.: «Parthos trium exercituum Romanorum spolia et signa restituere mihi, supplicesque amicitiam Populi Romani petere coegi; ea autem signa in penetrali, quod est in templo Martis Ultoris, reposui.» Vell. II, 91: «dum pacatur Occidens, ab Oriente ac rege Parthorum signa Romana, quæ Crasso oppresso Orodes, quæ Antonio pulso filius ejus Phraates ceperant, Augusto remissa sunt.» Cf. Just. XLII, 5; Oros. VI, 21; Dio, LIII, 33; LIV, 8. Multi sunt poetæ Romani istius ævi de hac Augusti lande. Ceterum, vide Lindneri Dissert. de signorum militarium, Augusto reposcente, facta a Parthis restitutione, Arnstad. 1765. — De *Armenia*, quam *vindicasse* dicitur Augustus, vide quos ad h. l. citavit Baumgart. Justo brevior hic more suo Suetonius. Intelligitur enim expeditio Tiberii, qua Tigranem in Armeniæ regnum deduxit A. U. 734, Romanisque pristinum jus, reges hujus terræ constituendi, vindicavit: cf. Tiber. 9. Alia Caii Cæsaris in Armeniam fuit expeditio, A. U. 755, quum mortuo Tigrane Phraates Armeniam occupasset, quam h. l. per ὕστερον πρότερον a Suetonio commemorari, falso credidit Casaubonus, ad cujus sententiam accessit Fabric. ad Dion. LV, 11, quamquam prius loco nostro ad LIV, 9, excitato, ubi de Tiberii expeditione sermo.

20. *Obsidesque insuper obtulerunt.* Vell. 94: «quin rex quoque Parthorum tanti nominis fama territus, *liberos suos* ad Cæsarem misit obsides.» Tacit. Annal. II, 1: «Nam Phraates, quamquam depulisset exercitus ducesque Romanos, cuncta venerantium officia ad Augustum verterat, *partemque prolis* firmandæ amicitiæ miserat, haud perinde nostri metu, quam fidei popularium diffisus.» Justin. l. c. «sed *et filii nepotesque Phraatis* obsides Augusto dati.»

quondam de regno[21] concertantibus, nonnisi ab ipso electum comprobaverunt.

XXII. Janum[1] Quirinum, semel atque iterum a condita Urbe memoriam ante suam clausum, in multo breviore temporis spatio, terra marique pace parta, ter clusit.

21. *Pluribus quondam de regno concertantibus.* Contentiones dicit inter Phraatem et Teridatem, quarum arbitrium Augusto est delatum: Dion. LIII, 33. Ceterum, hac Augusti potentia majus quid ipsi vidimus, quum de regno quovis ne contentiones quidem ullas dominator *Napoléon* ferebat, sed manu sua, quem vellet, populis reverentibus imponebat. — Servavi *comprobaverunt*, quamquam Oudend. et Wolf. prætulerunt simplex *probaverunt* ex nonnullis Codd. quoniam amat omnino Noster uti hoc compositorum genere, et hoc ipso verbo, ubi de plurium consensu sermo est. Ita Aug. 53, «et universi quasi de ipso dictum *comprobassent;*» Galb. 16, «eligerent ipsi, quem cuncti exercitus *comprobarent*.

XXII. 1. *Janum Quirinum*, etc. De eo vide Liv. I, 19; Plutarch. Num. 20. Flor. IV, 12, 64: «Ausus que tandem Cæsar Augustus, septingentesimo ab Urbe condita anno, Janum Geminum cludere, *bis* ante se clusum, sub Numa rege, et victa primum Carthagine.» Liv. l. c. «*bis* deinde post Numæ regnum clausus fuit; semel T. Manlio Consule, post Punicum primum perfectum bellum; iterum, quod nostræ ætati Dii dederunt ut videremus, post bellum Actiacum, ab Imperatore Cæsare Augusto, pace terra marique parta.» Vell. II, 38: «immane bellicæ civitatis argumentum, quod semel sub regibus, iterum hoc T. Manlio Consule, tertium Augusto Principe, Janus Geminus clausus dedit.» Ceterum, *ter* ab uno Augusto clausum esse Janum, auctores etiam sunt Oros. VI, 22, et Dio, LI, 20, A. U. 725, post devictum Antonium; idem, LIII, 26, A. U. 729, post superatos Cantabros; et LIV, 36, ubi, ad A. U. 744, decretum fuisse ait, ut Janus clauderetur; quod vere factum esse A. U. 752, affirmat Oros. l. c., et probare studuit Masson. de Templo Jani reserato. Nunc plerisque viris doctis est persuasum, decretum quidem fuisse a Senatu, sed propter continua cum Dacis, Pannoniis, Germanis bella non factum. In monumento saltem Ancyrano, uti nunc restitutum legitur, nil nisi: «Quumque a condita Urbe Janum Quirinum bis omnino clausum fuisse prodatur, *eum Senatus per me Principem ter claudendum esse jussit*,» ubi cf. interp. De serioribus temporibus egit Casaub. — *Memoriam ante suam;* ante se, ante sua tempora. Quod autem nonnulli vel rejiciendum *ter* existimarunt ex h. l. vel mutandum in *tertio* vel *tertium*, id refellitur ipsis verbis a scriptore additis, *in multo breviore temporis spatio*, quibus rem sub uno Augusti imperio ter repetitam toti historiæ Romanæ intervallo, quo bis tantum idem acciderat, opponere eum, patet.

Bis[2] ovans ingressus est Urbem, post Philippense, et rursus post Siculum bellum. Curules[3] triumphos tres egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum, continuo triduo omnes.

XXIII. Graves ignominias cladesque duas omnino, nec alibi quam in Germania, accepit; [1] Lollianam et [2] Varianam : sed Lollianam majoris infamiæ, quam detrimenti; Varianam[2] pæne exitiabilem, tribus legionibus cum duce

2. *Bis ovans*, etc. Dio *ter* factum id narrat; *primum* (XLVIII, 31) post bellum Philippense simul cum Antonio; *alterum* (XLIX, 15) post bellum Siculum, de quibus ovationibus h. l. Suetonius; et *tertium* (LIV, 8) post pactionem cum Phraate factam et signa recepta. Dissensus scriptorum tolli nequit; ac jure, puto, Wesselingii rationem, quam protulit Observat. II, 4, hunc scilicet honorem Augusto a Senatu quidem fuisse decretum, sed ab eo non usurpatum, repudiavit Fabricius ad Dionem, LIV, 8, quum diserte hic scriptor, *ἱππάσατο*. Ceterum, duplicem ovationem confirmant Fasti Capitolini. Vide Casaubon.

3. *Curules triumphos tres egit*. Cf. Dio, LI, 21. Egit hos triumphos A. U. 725.

XXIII. 1. *Lollianam*; A. U. 738. Vell. II, 97: « Sed dum in hac parte imperii (Pannonia) omnia geruntur prosperrime, accepta in Germania clades sub legato M. Lollio, homine in omnia pecuniæ quam recte faciendi cupidiore, et inter summam vitiorum dissimulationem vitiosissimo; amissaque legionis quintæ aquila, vocavit ab Urbe in Gallias Cæsarem. » Cf. Dio, LIV, 20. Memorat et Tacit. Annal. I, 10, « Lollianas Varianasque clades. » De dissensu Eusebii, Chron. pag. 155, et Jul. Obsequentis, de Prodig. cap. 131, qui prius a Lollio Germanos devictos produnt, vide Lips. ad Tacit. l. c.; Ruhnken. et Kraus. ad Vell. l. c.; Oudendorp. ad hunc locum.

2. *Varianam*. De hac vide Flor. IV, 12, 30 seq.; Vell. II, 117 seq.; Dion. LVI, 18 seq. Cf. Tacit. Annal. I, 55 seq. Accidit A. U. 763. Vell. l. c. trucidatas dicit cum Varo *tres legiones totidemque alas, et sex cohortes*. Tacit. Germ. 37, « Varum *tresque cum eo legiones*, etiam Cæsari abstulerunt (Germani). » Florus, l. c., « undique invadunt, castra rapiunt; *tres legiones* opprimuntur. » — Ad eam cladem allusit poeta noster jam tanto nomine illustris C. Delavigne, *première Messénienne*, cujus eximios versus proferre liceat:

Et vous, peuples si fiers du trépas de nos braves,
Vous, les témoins de notre deuil,
Ne croyez pas, dans votre orgueil,
Que, pour être vaincus, les Français soient esclaves.
Gardez-vous d'irriter nos vengeurs à venir;
Peut-être que le Ciel, lassé de nous punir,
Seconderait notre courage;
Et qu'un autre Germanicus
Irait demander compte aux Germains d'un autre âge
De la défaite de Varus.

legatisque et auxiliis omnibus cæsis. Hac[3] nunciata, excubias per Urbem indixit, ne quis tumultus existeret: et præsidibus provinciarum[4] propagavit imperium, ut et a peritis et assuetis socii continerentur. Vovit et magnos ludos[5] Jovi Optimo Maximo, SI[6] RESPUBLICA IN MELIOREM STATUM VERTISSET: quod factum Cimbrico Marsicoque bello erat. Adeo[7] denique consternatum ferunt, ut per continuos menses, barba capilloque summisso, caput interdum foribus illideret, vociferans, « Quin-

3. *Hac nunciata.* Describit Augusti dolorem Dio, LVI, 23, quem deinde, collecta maxima veteranorum, libertorum et recens conscriptorum multitudine, Tiberium in Germaniam misisse narrat.

4. *Propagavit.* Alii, *prorogavit.* Illud sat multis exemplis defendit Oudendorp. hoc loco, et Calig. 29, ubi, *propagari sibi commeatum.* Assentiuntur Reitzius et Wolfius. Contra, Cæsar. 24, iidem ob Codicum auctoritatem ediderunt, « ut in quinquennium sibi imperium *prorogaretur,* » quos et ipse secutus sum.

5. *Magnos ludos.* Ita Camillus apud Liv. V, 19, « ludos magnos ex Senatusconsulto vovit Veiis captis se facturum. » Ibid. IV, 27: « Dictator, præeunte A. Cornelio pontifice maximo, ludos magnos tumultus causa vovit. » Et XXII, 9: « Decemviri, inspectis fatalibus libris (cf. ad Cæs. 79), retulerunt Patribus.... *Jovi ludos magnos..... vovendos esse.* » Ex quibus locis, ob diras clades vel tetra prodigia, omnino ad avertendam Deorum iram, voveri eos solitos fuisse, patet. Formulam nuncupati a Consule voti exhibet idem Liv. XXXVI, 2. Institutos autem eos, *Romanos* quoque appellatos, a Tarquinio Prisco, tradit I, 35. Copiose de his ludis egerunt Bulenger. de Circo Rom. Ludisque Circens. cap. 7 (Thes. Græv. tom. IX, p. 607 seq.) et Rosin. Ant. Rom. V, 19, pag. 341. Celebrari solent prid. Non. Sept. in honorem trium Deorum, Jovis, Junonis et Minervæ. Ceterum, Dio, LV, 31, alio tempore, A. U. 760, et per aliam occasionem, ob dira mulieris vaticinia, Augustum hos ludos vovisse prodit. Id tamen non impedit, quo minus post cladem Varianam idem fecerit.

6. *Si respublica ... vertisset.* Libri alii, *Rempublicam*, ex ignorantia usus verbi *vertere* intransitivi. Vide quos laudat Duker. ad Florum, III, 3, 8.

7. *Adeo denique consternatum ferunt*, etc. Aurel. Vict. Epit. c. 1: « quod in tantum perdoluit, ut cerebri valido incussu parietem pulsaret, veste capilloque ac reliquis lugentium indiciis deformis. » Oros. VI, 21: « quam Reipubl. cladem Cæsar Augustus adeo graviter tulit, ut sæpe per vim doloris caput parieti collidens clamaret, *Quinctili Vare, redde legiones!* »

ctili Vare, legiones redde;» diemque[8] cladis quotannis mœstum habuerit ac lugubrem.

XXIV. In re militari et commutavit multa, et instituit; atque etiam ad antiquum morem nonnulla revocavit. Disciplinam severissime rexit: ne legatorum quidem cuiquam, nisi gravate, hibernisque demum mensibus, permisit uxorem intervisere. Equitem[1] Romanum, quod duobus filiis adolescentibus, causa detrectandi sacramenti, pollices amputasset, ipsum bonaque subjecit hastæ: quem tamen, quod[2] imminere emtioni publicanos videbat, liberto suo addixit, ut relegatum in agros pro libero esse sineret. Decimam legionem, contumacius parentem, cum[3] ignominia totam dimisit: item alias, immodeste missionem postulantes, citra[4] commoda emeritorum [præ-

8. *Diemque cladis.* Male Beroaldum e Floro, IV, 12, 35, «Varus perditas res eodem, quo Cannensem diem Paulus, et fato est et animo sequutus,» Varianam eodem die, quo Cannensem, nempe a. d. IV Non. Sextil. accidisse cladem, conjecisse, docuit Casaub. ad h. l. Vide Monum. Paderborn. pag. 35.

XXIV. 1. *Equitem Romanum*, etc. Sine dubio factum est post cladem Varianam, quo tempore Augustus maxima severitate cives ad stipendia coegit. Cf. Dio, LVI, 23. Simile exemplum dedit Valer. Maxim. VI, 3, 3, ubi C. Vettienum, qui sinistræ manus digitos, ne bello Italico militaret, absciderat, Senatus decreto, *publicatis bonis, æternis vinculis punitum* narrat. Seriore tempore exsilium vel deportationem contra militiæ detrectationem constituerunt. Cf. Torrent.

2. *Quod imminere... videbat;* studio ordinis sui, ut Equitem emtum sub hasta statim dimitterent. Addixit igitur in auctione liberto, qui pro libero quidem eum haberet, i. e. non servilibus operibus vexaret, ut recte Burmann. in agro tamen relegatum teneret.

3. *Cum ignominia totam dimisit;* exemplo Cæsaris: vide Cæs. 69 et 70. Ceterum, plures militum Augusti seditiones a scriptoribus commemorantur. Hoc autem loco intelligenda videtur, quæ accidit post bellum Siculum, de qua Appian. V, 128 seq. atque Dio, XLIX, 13 seq.

4. *Citra commoda emeritorum [præmiorum].* Infra, Aug. 49, est: «quiquid ubique militum esset, ad certam *stipendiorum præmiorumque* formulam adstrinxit, definitis pro gradu cujusque et temporibus militiæ, et *commodis missionum;*» et Caligul. 44, dicuntur *commoda emeritæ militiæ*. Ita

miorum] exauctoravit. Cohortes, si quæ cessissent loco, decimatas[5] hordeo pavit. Centuriones, statione deserta, itidem ut manipulares, capitali animadversione puniit; pro cetero delictorum genere variis ignominiis affecit; ut stare per totum diem[6] juberet ante Prætorium, interdum tunicatos[7] discinctosque, nonnunquam cum decempedis, vel etiam cespitem portantes.

XXV. Neque post bella civilia aut in concione, aut per edictum, ullos militum *commilitones* appellabat, sed *milites:* ac ne a filiis quidem aut privignis suis, imperio præditis, aliter appellari passus est; ambitiosius[1] id exi-

sunt *emerita stipendia* Liv. XXXIX, 19, et sæpius (cf. Schæferi Gloss. Liv.). *Emeritum* etiam et *emerita* simpliciter i. q. præmia emeritæ militiæ. Sed *commoda emeritorum præmiorum* tautologia dicerentur non ferenda. Itaque vel inserendum *et* ante *præmiorum*, quo tamen parum consulitur loco, vel cum Wolf. aliisque ejiciendum *præmiorum*, ita ut *emeritorum* sit masculinum, et commoda sive præmia intelligantur eorum, qui emeriti sunt stipendia.

5. *Decimatas hordeo pavit.* Veget. de Re Mil. I, 13: « Ita severe apud majores exercitii disciplina servata est, ut et doctores armorum duplicibus remunerarentur annonis, et qui parum in illa prælusione profecerant, *pro frumento hordeum cogerentur accipere.* » Id autem bello Dalmatico fecisse Augustum tradit Dio. Sic antea Marcellus, bello Punico secundo, pari contumelia cohortes affecit, quæ signa sua amiserant. — Cf. Polyb. VI, 38, ubi agit de *decimatione* manipulorum, qui hosti cesserunt.

6. *Ut stare per totum diem*, etc. Hoc pœnæ genus multis illustravit Casaub. ad h. l. Vide omnino Sichtermann. de Pœnis Militaribus Romanorum, cap. 14, et Robortell. de Pœnis Militum et Ignominiis (Thes. Græv. tom. X, p. 1482).

7. *Interdum tunicatos discinctosque;* id est, positis sagis omnique habitu militari. Sic apud Valer. Max. II, 7, 9, Calpornius Piso Consul, quum C. Titius, equitum præfectus, arma hostibus tradidisset, « jussit eum *toga laciniis abscissis amictum, discinctaque tunica indutum*, nudis pedibus, a mane in noctem usque ad principia per omne tempus militiæ adesse. » — *Nonnunquam cum decempedis*, etc. Decempedas, cespitem, et ejusmodi cetera portare, quorum in conficiendis tabernaculis aliisque obeundis militiæ muneribus frequens usus erat, infimi gradus militum nota conditio, quibus ita centuriones ipsos Augustus accenset.

XXV. 1. *Ambitiosius;* i. e. ad conciliandum multitudinis favorem nimis comparatum, *humilius, indecentius;* quamobrem opponitur *sua domusque suæ majestas.* Vide

stimans, quam aut ratio militaris, aut temporum quies, aut sua domusque suæ majestas postularet. Libertino milite[2], præterquam Romæ incendiorum causa, et si tumultus in graviore annona metueretur, bis usus est: semel[3] ad præsidium coloniarum, Illyricum contingentium; iterum[4] ad tutelam ripæ Rheni fluminis: eosque[5] servos adhuc viris feminisque pecuniosioribus indictos, ac sine mora manumissos, sub priore vexillo habuit, neque aut commixtos cum ingenuis, aut eodem modo armatos.

Græv. et Cort. ad Cic. de Div. III, 7; Ernest. ad Tacit. Hist. I, 83, ubi: « vulgus et plures, seditionibus et *ambitioso imperio* læti. »

2. *Libertino milite;* servis in militiam manumissis. — *Incendiorum causa*. Vide c. 30, et Dion. LV, 26.

3. *Semel ad præsidium coloniarum*, etc. A. U. 760. Cf. Dio, LV, 31. Vell. II, 111: « habiti itaque delectus, revocati undique et omnes veterani; viri feminæque ex censu libertinum coactæ dare militem. »

4. *Iterum ad tutelam ripæ*, etc. post cladem Varianam, A. U. 763. Cf. Dio, LVI, 23.

5. *Eosque servos adhuc*, etc. Nisi *servos adhuc* additamentum sunt glossatoris, qui, quum præcessisset *libertino milite*, monere voluit, eos, quum servi adhuc nequedum manumissi essent, *indictos*, i. e. imperatos edicto *pecuniosioribus* (al. *peculiosioribus*, al. etiam vitiose *periculosioribus*), i. e. *ex censu*, ut Vell. fuisse; eadem perspicuitatis ratio auctorem ad adjicienda ea, non necessaria, commovit. Sed præferenda tamen ea emendationi Oudend. *eosque, ad hoc servos*, i. e. præterea, ἐπὶ τούτῳ, quo sensu sane *ad hoc* sæpissime occurrit. Postea *sub priore vexillo* cum Torrentio puto esse, sub eo vexillo, quod prima acie collocaret, sive, quod in prioribus esset vexillis, adeoque hostibus maxime expositum, nisi mavis intelligere id, sub quo Romæ jam fuerant in priore ministerio. Sed ipse auctor modo manumissos eos dixit. Auget autem momenta, quibus, abhorruisse a libertinorum militum usu Augustum, ostendat, dum *bis* tantum usum, et in summa Reipubl. necessitate, et hostibus concidendos exposuisse propter periculum pacis tempore ab iis metuendum, et loco armisque ab ingenuis secrevisse, addit. Ceterum, alii conjecerunt *privo* vel *proprio*, pro *priore*. Sed hoc idem esset, quod *neque commixtos*, etc. De *vexillariis* doctus est Excursus Ernest. ad Tacit. quo varias virorum eruditorum de iis sententias in disquisitionem vocavit. Hoc loco milites levis armaturæ intelligendi videntur, ut apud Tacit. Hist. II, 66, quo loco etiam ad eamdem de hoc genere militum sententiam usus est Salm. de Re Milit. Rom. cap. 19 (Thes. Græv. tom. X, pag. 1427).

Dona[6] militaria, aliquanto facilius phaleras et torques, et quicquid auro argentoque constaret, quam vallares ac murales coronas, quæ honore præcellerent, dabat : has quam parcissime[7], et sine ambitione, ac sæpe etiam caligatis, tribuit. M. Agrippam[8] in Sicilia post navalem victoriam cæruleo vexillo donavit. Solos triumphales, quamquam et socios expeditionum, et participes victoriarum suarum, nunquam donis impertiendos putavit; quod ipsi quoque jus habuissent[9] tribuendi ea quibus vellent. Nihil autem minus in[10] perfecto duce, quam festinatio-

6. *Dona militaria*. Genus, absolute præpositum more Græcorum; *phaleræ* et *torques*, etc. sunt species, generi subjunctæ. Cf. Perizon. ad Sanctii Minerv. p. 708.

7. *Has quam parcissime*, etc. Recte et apposite MONTAIGNE, *Essais*, II, 7 : « par des richesses, on satisfaict le service d'un valet, la « diligence d'un courrier, le dancer, le voltiger, le parler, et les « plus vils offices qu'on receoive ; « voire et le vice s'en paye, la flaterie, le maquerelage, la trahi« son : ce n'est pas merveille si la « vertu receoit et desire moins vo« lontiers cette sorte de monnoye « commune, que celle qui luy est « propre et particuliere, toute no« ble et genereuse. Auguste avoit « raison d'estre beaucoup plus mes« nagier et plus espargnant de cette « cy que de l'aultre ; d'autant que « l'honneur est un privilege qui tire « sa principale essence de la rareté, « et la vertu mesme. » — *Et sine ambitione*. Gall., « sans abaisser sa « dignité en cherchant à plaire. » Vide supra, ubi *ambitiosius*. — *Caligati* sunt gregarii, manipulares. Conf. Calig. 9.

8. *M. Agrippam*, etc. Secundum Dion. LI, 21, post pugnam Actiacam. Post bellum Siculum, eidem *coronam navalem* dederat præmii loco, testibus Dion. XLIX, 14; Vell. II, 81, « insigne *coronæ classicæ*, quo nemo unquam Romanorum donatus erat, hoc bello Agrippa singulari virtute meruit; » Liv. Epit. CXXIX; Senec. de Benef. III, 32; Plin. Hist. Nat. XVI, 4, et Serv. ad Virg. Æneid. VIII, 682, qui coronam *rostratam* eam dicunt. Videtur igitur utramque rem confudisse Suetonius, quod fortasse originem dedit h. l. lectioni *in Cilicia*, substitutæ ab eo, qui post pugnam Actiacam Asiam Augustum petiisse sciebat.

9. *Quod ipsi quoque jus habuissent*, etc. Affectabant enim civile ingenium Imperatores, ducibus hoc dona militaria tribuendi jure relicto. Conf. Tiber. 32; Tacit. Annal. III, 21.

10. *In perfecto duce. Convenire* absolute positum, ut vere Wolfius, neque mutanda dictio in *perfecto duci*, vel *in perfectum ducem*, ut nonnullis temere placuit. Est autem *utile*, *idoneum esse*.

nem temeritatemque, convenire arbitrabatur. Crebro itaque illa jactabat: Σπεῦδε [11] βραδέως· et:

Ἀσφαλὴς [12] γάρ ἐστ' ἀμείνων, ἢ θρασὺς στρατηλάτης·

et, « Sat celeriter fieri, quicquid fiat satis bene. » Prælium quidem aut bellum suscipiendum omnino negabat, nisi quum major emolumenti spes, quam damni metus, ostenderetur. Nam [13] « minima commoda non minimo sectantes discrimine, similes » aiebat « esse aureo hamo piscantibus, cujus abrupti damnum nulla captura pensari posset. »

XXVI. Magistratus atque honores et [1] ante tempus, et quosdam novi generis perpetuosque cepit. Consulatum vicesimo [2] ætatis anno invasit, admotis hostiliter ad Ur-

11. Σπεῦδε βραδέως. Cf. Polyæn. VIII, 24, 4. Gell. X, 11: « Illud vero Nigidianom (Nigidii interpretationem voc. *mature* dicit) rei atqoe verbi temperameotum Divos Augustus duobos Græcis verbis elegaotissime exprimebat; oam et dicere in sermonibus et scribere io epistolis solitum esse aiunt, Σπεῦδε βραδέως, per quod monebat, ot ad rem agendam simul adhiberetor et *industriæ celeritas et diligentiæ tarditas;* ex qoibus duobos cootrariis fit *maturitas.* »

12. Ἀσφαλὴς, etc. Verba sunt Polynicis apud Euripid. Phœniss. 612. Sententiam dat etiam Appian. Bell. Civ. V, 84, obi suadentibus, ot Pompeiom classe aggrederetur, amicis respondisse dicitur Augustos, οὐκ εὔβουλον εἶναι τὸ ῥιψοκίνδυνον, ἔνθα συμμαχίαν ἄλλην προσδοκῶν. Diversum Julii Cæsaris fuerat ingeoium (vid. Cæs. c. 58), *qui nonnisi tempore extremo ad dimicandum cunctantior factus est* (conf. Cæs. 60). Sed ille imperium expugnabat; Augustus vero, iogenio animique vi looge inferior, partum tuebatur.

13. *Nam minima commoda*, etc. Cf. Polyæn. VIII, 24, 6.

XXVI. 1. *Et ante tempus.* Vide supra, c. 10. Cic. Philipp. V, 16 seq., ubi ceoset, legum annalium io Cæsare rationem oon habendam, atque ita de eo decernendum: « C. Cæsarem, Caii filium, Pontificem, Proprætorem, Seoatorem esse, sententiamque loco prætorio dicere; ejusque rationem, quemcunque magistratom appeteret, ita haberi, prout haberi lege liceret, si anno superiore Prætor fuisset. » Cf. Fabric. ad Dion. XLVI, 46.

2. *Vicesimo ætatis anno.* Eotrop. VII, 1, ut semper, Nostrom secutos: « Romam com exercitu profectus est, extorsitque, ut sibi *vicesimo anno* coosulatus daretur. » Vell. II, 65: « Consulatumque iniit Cæsar pridie, quam vigioti anoos impleret, X Kal. Octobres, cum collega Q. Pedio, post Urbem conditam annis DCCXI, » (ubi cf. maxime de mense initi consolatus Kraos.) Liv. Epit. CXIX: « quum

bem legionibus, missisque[3], qui sibi nomine exercitus deposcerent: quum quidem, cunctante Senatu, Cornelius Centurio[4], princeps legationis, rejecto sagulo, ostendens gladii capulum, non dubitasset in Curia dicere, « Hic faciet, si vos non feceritis. » Secundum[5] consulatum post novem annos, tertium[6] anno interjecto gessit: sequentes usque ad undecimum continuavit: multisque mox, quum deferrentur, recusatis, [7] duodecimum magno, id est, septemdecim annorum intervallo, et rursus[8] tertiumdecimum biennio post ultro petiit, ut Caium[9] et Lucium filios, amplissimo præditus magistratu, suo quemque tirocinio deduceret in Forum. Quinque medios consulatus a [10] sexto

annos *novemdecim* haberet, Consul creatus est, » ubi Sigonius integros novemdecim annos intelligendos docet, viginti imperfectos. Conf. Oudendorp. ad August. 8, et quos ille laudat; Fabric. ad Dion. XLVI, 46.

3. *Admotis... missisque, qui sibi... deposcerent.* Vide Appian. III, 86—94; Dion. XLVI, 42 seq.

4. *Cornelius Centurio*, etc. Dio, XLVI, 42, quadringentos legatos e militibus suis Cæsarem misisse dicit; quem vide c. 43, et Appian. III, 88. Conf. omnino Baumgart.

5. *Secundum consulatum*; A. U. 721, cum L. Volcatio Tullo. Dio, XLIX, 43. *Novem* autem Suetonii *anni* a finito primo consulatu computandi sunt.

6. *Tertium*; A. U. 723, cum M. Valerio Messala Corvino. Dio, L, 10. Continuavit postea consulatus usque ad A. U. 731.

7. *Duodecimum*; A. U. 749, cum L. Sulla.

8. *Tertiumdecimum*; A. U. 752. Hic ultimus Augusti fuit consulatus. Consentiunt Tacit. Annal. I, 9, « Numerus etiam consulatuum celebrabatur, quo Valerium Corvum et C. Marium simul æquaverat » (Valerius sex, Marius septem consulatus gesserant), et Statius, Silv. IV, 1, 31:

Ter Latios *deciesque* tulit, labentibus annis, Augustus fasces.

Quod enim qoartum decimum Augusto etiam tribuunt, ann. 754, id ortum ex vitiosa lectione elenchi ante Dionis librum LV, ubi leg. Γ. Καῖσαρ τοῦ Αὐγ. υἱ., intelligendumque C. Cæsarem, Augusti e Julia et Agrippa nepotem, jamdudum viderunt viri docti ad ipsum Dionem, monuitque Oudendorp. ad hunc locum.

9. *Caium et Lucium*; nepotes ex Agrippa, de quibus vide c. 64 et 65. — *Suo quemque tirocinio deduceret in Forum*; ut togam virilem iis daret. *Tirones* enim erant qui hanc togam sumebant. Cf. Ernest. Clav. Cic. sub voc. *toga*.

10. *A sexto ad undecimum*; ab A. U. 726 usque ad 731.

ad undecimum annuos gessit : ceteros[11] aut novem, aut sex, aut quatuor, aut tribus mensibus; secundum vero, paucissimis horis. Nam die Kalendarum Januarii, quum mane pro[12] æde Capitolini Jovis paululum curuli sella præsedisset, honore abiit, suffecto[13] alio in locum suum Nec omnes Romæ, sed[14] quartum consulatum in Asia, quintum[15] in insula Samo, octavum[16] et nonum Tarracone iniit.

XXVII. Triumviratum[1] Reipublicæ constituendæ per decem annos administravit : in quo restitit[2] quidem ali-

11. *Ceteros aut novem, aut sex.* Vitiose in libris aliis, *ceteros autem sex aut novem*, etc. Ita primo statim consulatu se abdicavit post initum cum Antonio et Lepido fœdus, suffecto P. Ventidio. Dio, XLVII, 15. De summa autem ex eo tempore in sufficiendis Consulibus licentia idem Dio, XLVIII, 35. Initium autem hujus moris fecerat Julius Cæsar : cf. Cæs. 76.

12. *Pro æde Capitolini Jovis.* Nam Consules Kal. Jan. magistratum auspicati solenni pompa in Capitolium procedebant, votisque nuncupatis sacra Jovi Capitolino faciebant.

13. *Suffecto alio*, etc. Eum fuisse P. Autonium, docet Fabric. ad Dion. XLIX, 43. Sententiam eorum, qui P. *Autronium Pætum* successisse contendunt, secutus est etiam Schweigh. in edit. Appian. Illyr. 28, ubi pro Αὐτρωνίῳ Παίτῳ, alii Ἀττωνίῳ, sine dubio rectius, quamvis contra pugnante Pighio, Ann. tom. III, p. 497.

14. *Sed quartum consulatum in Asia;* post devictum Antonium A. U. 724 : conf. Dio, LI, 4. Collega erat M. Licinius Crassus.

15. *Quintum*, etc. A. U. 725, cum Sexto Apuleio.

16. *Octavum et nonum*, etc. A U. 728 cum T. Statilio Tauro, et 729 cum M. Junio Silano. Dio autem, LIII, 25, anno 729 demum in Hispaniam eum ad bellum Cantabricum profectum et Tarracone ægrotum decubuisse, narrat.

XXVII. 1. *Triumviratum Reipublicæ. Tresviros Reipubl. constituendæ* eos appellat etiam Epitomator Liv. CXX, et Appian. Bell. Civ. IV, 7, comparat eos cum Harmostis Lacedæmoniorum. — *Per decem annos.* Susceperant A. U. 711 in quinquennium; illud toto jam biennio transgressi, in alterum quinquennium prorogarunt.

2. *In quo restitit*, etc. Defendunt Octavianum etiam Flor. IV, 6, 6 (« hæc scelera in Antonii Lepidique tabulis. Cæsar percussoribus patris contentus fuit. Hæc quoque, nisi multa fuisset, etiam justa cædes haberetur »), et Dio, XLVII, 7. Proscriptionis crudelitatem describunt Appian. Bell. Civ. IV, 1—51; Dio, l. c.; Vell. II, 66, 67, qui et ipse : « *repugnante Cæsare*, sed frustra adversus duos, instauratum

quamdiu collegis, ne qua fieret proscriptio, sed inceptam utroque acerbius exercuit. Namque illis in[3] multorum sæpe personam per gratiam et preces exorabilibus, solus magno opere contendit, ne cui parceretur; proscripsitque etiam C. Toranium tutorem suum, eundemque collegam patris sui Octavii in ædilitate. Junius[4] Saturninus hoc amplius tradit: Quum peracta proscriptione M. Lepidus in Senatu excusasset præterita, et spem clementiæ in posterum fecisset, quoniam satis pœnarum exactum esset; hunc e diverso professum, ita modum se proscribendi statuisse, ut omnia sibi reliquerit libera. In cujus tamen pertinaciæ pœnitentiam postea T. Vinium[5] Philopœmenem, quod patronum suum proscriptum celasse olim diceretur, equestri dignitate honoravit. In eadem hac po-

Sullani exempli malum, proscriptio. » Adde VOLTAIRE, *le Triumvirat*, act. I, sc. 3, ubi Antonii et Octaviani colloquium:

OCTAVE.

... ne craignez-vous pas
De révolter la terre à force d'attentats?
Nous voulons enchaîner la liberté romaine,
Nous voulons gouverner; n'excitons plus la haine.

Et paulo post, de J. Cæsare:

Dans Rome en ce jour même on venge encor sa mort;
Mais sachez qu'à mon cœur il en coûte un effort.
Trop d'horreur à la fin peut souiller sa vengeance.
Je serais plus son fils, si j'avais sa clémence.

ANTOINE.

La clémence aujourd'hui peut nous perdre tous deux.

OCTAVE.

L'excès des cruautés serait plus dangereux, etc.

3. *In multorum... personam*; in multorum dignitatem atque ordinem. — Augustus ipse apud CORNEILLE, *Cinna*, act. IV, sc. 3, civium a se factam stragem ita cum gemitu respicit:

Rentre en toi-même, Octave, et cesse de te plaindre.
Quoi! tu veux qu'on t'épargne, et n'as rien épargné!
Songe aux fleuves de sang où ton bras s'est baigné,
De combien ont rougi les champs de Macédoine,
Combien en a versé la défaite d'Antoine,
Combien celle de Sexte; et revois tout d'un tems
Pérouse au sien noyée, et tous ses habitans.
Remets dans ton esprit, après tant de carnages,
De tes proscriptions les sanglantes images,
Où toi-même, des tiens devenu le bourreau,
Au sein de ton tuteur enfonças le couteau:
Et puis ose accuser le destin d'injustice, etc.

4. *Junius Saturninus*; qui scriptor Hadriani tempore vixit, æqualis Suetonii. Cf. Burmann.

5. *T. Vinium Philopœmenem*, etc. Cf. Dio, XLVII, 7, cujus auctoritas rationem confirmat eorum, qui nostro loco T. *Vinium* rescribendum censuerunt, pro T. *Junium*. — *Honoravit*; al. *decoravit*, quod edidit Burm. Sed constans apud Sueton. usus voc. *honorare*.

testate multiplici flagravit invidia. Nam et[6] Pinarium, Equitem Romanum, quum, concionante se, admissa turba paganorum, apud milites, subscribere quædam animadvertisset, curiosum ac speculatorem ratus, coram confodi imperavit: et Tedium Afrum, Consulem designatum, quia factum quoddam suum maligno sermone carpsisset, tantis conterruit minis, ut is se præcipitaverit. Et Q. Gallium, Prætorem, in[7] officio salutationis tabellas duplices veste tectas tenentem, suspicatus gladium occulere, nec quicquam statim, ne aliud inveniretur, ausus inquirere, paulo post per Centuriones et milites raptum e tribunali, servilem in modum torsit; ac fatentem nihil jussit occidi, prius[8] oculis ejus sua manu effossis: quem

6. *Pinarium*. L. Pinarius heres fuit Cæsaris cum Octavio; Cæs. 83. Eum h. l. intelligit Bernecc. Sed ad augendam facinoris Augusti invidiam, coheredem ejus diserte, puto, auctor dixisset, ut antea « C. Toranium tutorem suum. » Quum nonnisi *Equitem Romanum* appellet, nullo alio nomine insignis fuisse videtur. Ceterum, junge *concionante se apud milites*. Sensus: Quum in concione militari etiam pagani admissi essent, et Pinarium inter eos quædam subscribentem animadvertisset, etc. — *Pagani*, togati, opponuntur *militibus*, atque inde Christiani paganos appellarunt, qui militiæ Christi non essent adscripti. Ita præter alios hoc gentilium nomen ex ipso Latinitatis gremio explicuit J. A. Wolfius, in Disp. de Latinitate ecclesiast. in Codice Theodosiano; Lips. 1774. Alias recensuit de eodem voc. sententias Schroeckh. Hist. Ecclesiast. tom. VII, p. 223. — *Subscribere;* clam notare, quam vim *sub* habet in compositis, ut Græv. *ὑπό*. Vide Burm. ad h. l. et Ernest. ad Tacit. Agric. 45, ubi: *quum suspiria nostra subscriberentur.*

7. *In officio salutationis;* quum ad salutandum eum venisset. — *Tabellas duplices;* ita dictas a foliorum numero. Conf. ad Ovid. Amor. I, 12, 27, tom. II, p. 58 Edit. hujus nostræ. — *Ne aliud inveniretur.* Miror Reitzium sensu obscœno hoc intellexisse, collato Justin. XXXVIII, 1. Immo sævitia Augusti notatur, qui, quem sublatum cuperet, ne facta inquisitione innocens reperiretur, timebat.

8. *Prius oculis ejus sua manu effossis.* Atrocissimæ feritatis exemplum Sulla prius dederat, qui apud Valer. Max. IX, 2, 1, M. Marium « non prius vita privavit, quam oculos infelicis erueret. » — Heinsius h. l. emendavit *effusis*, quod probavit Oudend. Ita Vell. II, 52, « *effossumque* alterum Romani imperii lumen, » ubi Junt. *effusum.*

tamen[9] scribit colloquio petito insidiatum sibi, conjectumque a se in custodiam, deinde Urbe interdicta dimissum, naufragio vel latronum insidiis perisse. Tribuniciam potestatem[10] perpetuam recepit: in[11] qua semel atque iterum per singula lustra collegam sibi cooptavit. Recepit et morum[12] legumque regimen æque perpetuum: quo jure, quamquam[13] sine censuræ honore, censum tamen populi

Præstat apud utrumque scriptorem quod ipsi dedimus, *effossum*.

9. *Quem tamen scribit;* haud dubie in Commentariis, ex quibus hausit Appianus, qui, Bell. Civ. III, 95, ad primum Octaviani consulatum, A. U. 711, rem narrat.

10. *Tribuniciam potestatem*, etc. Quam post devictum Antonium, A. U. 724, a Senatu decretam (Dio, LI, 19) A. U. 731, a. d. V Kal. Jul., Augustus demum recepit, quod patet e Dion. LIII, 32, et Tac. Ann. I, 9, ubi, « continuata *per septem et triginta annos* tribunicia potestas, » numero rotundo pro XXXVI annis et aliquot mensibus, nempe ab ann. 731, usque ad mortem, ann. 767. Ceterum, de vi tribuniciæ potestatis ab Imperatoribus assumtæ agunt Tacit. Annal. III, 56, « id summi fastigii vocabulum Augustus reperit, ne *Regis* aut *Dictatoris* nomen assumeret, ac tamen appellatione aliqua cetera imperia præmineret, » et Dio, LIII, 17.

11. *In qua semel atque iterum... collegam sibi cooptavit;* A. U. 736 M. Agrippam, auctore Dion. LIV, 12, cui postea prorogavit hanc dignitatem, A. U. 741, in alterum quinquennium, ut Dio, LIV, 28, id quod Suetonius silentio transiisse videtur, quoniam Agrippa proximo anno obiit; et A. U. 748 Tiberium, quod Dio, LV, 9, et Noster, Tib. 9, « tribuniciam potestatem in quinquennium accepit. » Eidem Dio, LV, 13, eam potestatem in decennium datam dicit A. U. 757, eoque fere exacto, in novum quinquennium A. U. 766 (LVI, 28).

12. *Morum legumque regimen;* A. U. 735 in quinquennium (Dio, LIV, 10), et ann. 742, in alterum quinquennium (ibid. cap. 30). *Perpetuum* tamen habuisse illud dicit Suetonius, quoniam post singula quinquennia vel per alias occasiones prorogandum sibi a Senatu æque curavit, ac imperium ipsum post decennia. De præfectura morum Cæsaris cf. Cæs. 76.

13. *Quamquam sine censuræ honore.* Cf. ad h. l. Baumgart. plura e Dione afferentem. — *Censum tamen populi ter egit.* Ipse de se idem prodit Augustus in Monum. Ancyr. « In consulatu sexto (A. U. 726), censum populi *conlega M. Agrippa* egi, lustrum post annom alterum et quadragesimum feci, quo lustro civium Romanorum censa sunt capita quadragiens centum millia et sexaginta tria millia. Alterum consulari cum imperio lustrum censumque *solus feci*, Censorino et Asinio Cos. (A. U. 746), quo lustro censa sunt civium Romanorum capita quadragiens cen-

ter egit : primum ac tertium cum collega, medium solus.

XXVIII. De reddenda Republica bis cogitavit : primo post oppressum[1] statim Antonium, memor, objectum ab eo sibi sæpius, quasi per ipsum staret, ne redderetur : ac rursus tædio[2] diuturnæ valetudinis ; quum etiam, magistratibus ac Senatu domum accitis, Rationarium imperii

tum millia et ducenta triginta tria millia. Tertium consulari cum imperio lustrum *collega Tib. Cæsare* feci, Sex. Pompeio et Sex. Appuleio Cos. (A. U. 767), quo lustro etiam censa sunt Romanorum capitum quadragiens centum millia triginta et septem millia. » Tres census commemorat etiam Dio, sed diversis annis. De primo, habito cum collega Agrippa ann. 726, consentit LIII, 1. Sed alterum (LIV, 35) ad ann. 743, tertium (LV, 13) ad ann. 757 refert.

XXVIII. 1. *Primo post oppressum statim Antonium* ; A. U. 725 ; instituta cum Agrippa et Mæcenate deliberatione, ad retinendum imperium ab hoc fuisse commotum, dissuadente Agrippa, tradit Dio, LII, 1. « Agrippa, » inquit Saint-Réal, *Fragmens sur Auguste*, « était fort « sûr de devenir le premier homme « de la République après tant de « victoires, de triomphes et d'ac« tions éclatantes....., si Auguste « quittait l'empire : au lieu qu'il « resterait toujours son sujet, tant « qu'il en serait le prince.... Mé« cène, au contraire, dont tout le « mérite consistait dans beaucoup « de politesse, beaucoup d'esprit « et de douceur.... qui enfin, avec « toutes les vertus d'un homme « droit et intègre, n'était pourtant « d'une haute considération, que « parcequ'il était un excellent et un « très-agréable courtisan, ne vou« lut point consentir à cette abdi« cation qui allait détruire absolu« ment sa fortune. » Et statim subjicit : « Si les deux confidens les « plus zélés, les plus modérés et « les plus fidèles, qui aient jamais « été, ne peuvent s'empêcher de « consulter leurs intérêts dans un « avis de la dernière importance « qu'ils donnent à leur maitre, les « princes doivent être bien persua« dés qu'ils n'en trouveront jamais « de parfaitement désintéressés. » Orationem, qua Senatum de consilio reddendæ Reipubl. certiorem fecit ipse Augustus, exhibet Dio, LIII, 1—10. Prius etiam, devicto Pompeio, idem consilium eum præ se tulisse affirmat Appian. Bell. Civ. V, 132.

2. *Ac rursus tædio diuturnæ valetudinis*, etc. Conf. ad h. l. Baumgart. Ex Dionis loco, LIII, 30, Burmann. et Oudend. præferunt lectionem Codicis Torrentiani e *Senatu* pro *ac Senatu*. Sed quamvis Dio, non omnes Senatores, sed primores tantum, domum Augusti accitos esse ostendat, hi tamen ipsi, ut pars potior, Senatus nomine possunt designari. De *Rationario imperii* vide c. 101. Ceterum, « non desiisse eum quietem sibi precari, vacationem a Republ. petere, » te-

tradidit. Sed reputans, et se privatum non sine periculo fore, et illam[3] plurium arbitrio temere committi, in retinenda perseveravit; dubium, eventu meliore, an voluntate. Quam voluntatem quum præ se identidem ferret, quodam etiam edicto his verbis testatus est: « Ita mihi salvam ac sospitem Rempublicam sistere in sua sede liceat, atque ejus rei fructum percipere, quem peto, ut optimi status auctor dicar; et moriens ut feram mecum spem, mansura in vestigio suo fundamenta Reipublicæ,

statur etiam Senec. de Brevit. Vitæ, cap. 5. Et in colloquio cum Cinna Maximoque apud CORNEILLE, *Cinna*, act. II, sc. 1, ipsius verba sunt:

Cet empire absolu sur la terre et sur l'onde,
Ce pouvoir souverain que j'ai sur tout le monde,
Cette grandeur sans borne et cet illustre rang
Qui m'a jadis coûté tant de peine et de sang,
Enfin tout ce qu'adore en ma haute fortune
D'un courtisan flatteur la présence importune,
N'est que de ces beautés dont l'éclat éblouit,
Et qu'on cesse d'aimer sitôt qu'on en jouit.
. . . .
J'ai souhaité l'empire, et j'y suis parvenu;
Mais, en le souhaitant, je ne l'ai pas connu.
Dans sa possession j'ai trouvé, pour tous charmes,
D'effroyables soucis, d'éternelles alarmes,
Mille ennemis secrets, la mort à tous propos,
Point de plaisir sans trouble, et jamais de repos, etc.

Ceterum, vere umquam de Republica reddenda cogitavisse Augustum negat MONTESQUIEU, *Grandeur et Décadence*, etc. cap. 13: « On a « mis en question, si Auguste avait « eu véritablement le dessein de se « démettre de l'empire. Mais qui ne « voit que s'il l'eût voulu, il était « impossible qu'il n'y eût réussi? « Ce qui fait voir que c'était un jeu, « c'est qu'il demanda tous les dix « ans qu'on le soulageât de ce poids, « et qu'il le porta toujours. C'étaient « de petites finesses pour se faire « encore donner ce qu'il ne croyait « pas avoir assez acquis. Je me dé« termine par toute la vie d'Au« guste; et, quoique les hommes « soient fort bizarres, cependant il « arrive très-rarement qu'ils renon« cent dans un moment à ce à quoi « ils ont réfléchi pendant toute leur « vie. Toutes les actions d'Auguste, « tous ses réglemens, tendaient vi« siblement à l'établissement de la « monarchie. Sylla se défait de la « dictature: mais, dans toute la vie « de Sylla, au milieu de ses violen« ces, on voit un esprit républi« cain; tous ses réglemens, quoi« que tyranniquement exécutés, « tendent toujours à une certaine « forme de république. Sylla, hom« me emporté, mène violemment « les Romains à la liberté: Auguste, « rusé tyran, les conduit doucement « à la servitude. Pendant que sous « Sylla la république reprenait des « forces, tout le monde criait à la « tyrannie; et pendant que sous « Auguste la tyrannie se fortifiait, « on ne parlait que de liberté. »

3. *Illam.... temere committi.* Vide quæ de se ipso Cæsar sentierit, Cæsar. 86. Conf. Senec. de Benef. II, 20.

quæ jecero.» Fecitque ipse se compotem voti, nisus omni modo, ne quem novi status pœniteret.

XXIX. Urbem[1], neque pro majestate imperii ornatam, et inundationibus incendiisque obnoxiam, excoluit adeo, ut[2] jure sit gloriatus, marmoream se relinquere, quam latericiam accepisset. Tutam vero, quantum provideri humana ratione potuit, etiam in posterum præstitit. Publica opera plurima exstruxit: ex quibus vel præcipua, Forum[3] cum æde Martis Ultoris, templum Apollinis in Palatio, ædem Tonantis Jovis in Capitolio. Fori exstruendi causa fuit hominum et judiciorum multitudo, quæ videbatur, non[4] sufficientibus duobus, etiam tertio indigere. Itaque festinantius, necdum perfecta Martis æde, publicatum est, cautumque, ut separatim in eo publica judicia et sortitiones judicum fierent. Ædem[5] Martis, bello Phi-

XXIX. 1. *Urbem, neque*, etc. His verbis nuvom caput incipiendum esse, quod vulgo a verbis *Publica opera* exordiuntur, docet argumentum a superiori prorsus diversum, et cum sequentibus cohærens. Ineptum *namque* pro *neque*, quod in MSS. quibusdam et editt. vett. legitur, plerique interpretes jam repudiarunt. Exornatio Urbis sola efficere non poterat, ne quem novi status pœniteret.

2. *Ut jure sit gloriatus*, etc. Cf. ad h. l. Casaub.

3. *Forum*. De *Foro Augusti* vide Marlian. Urbis Romæ Topogr. III, 9; Fabricii Descr. Urb. Rom. c. 7; et Donat. de Urbe Roma, II, 22 (Thes. Græv. tom. III). Inter *Urbis miracula* refert Plin. Hist. Nat. XXXVI, 15.

4. *Non sufficientibus duobus;* Romano et Julii Cæsaris (de quo vide ad Cæs. 26). — Scriptores Romanos, quum de tribus Foris loquuntur, Romanum, Cæsaris, et Augusti intelligere, docet Fabricius, loco citato.

5. *Ædem Martis.* Genitivum *Martis* prætuli cum Oudend. et Wolf. vulg. *Marti*. Non pendet a verbo *voverat*, sed est, ut Wolfius jam notavit, *ædem Martis modo memoratam*. Supra enim publica opera ejus uno commate nominaverat; nunc de singulis exponit. De hoc autem templo conf. Ovid. Fast. V, 545 seq. — *Bello Philippensi..... suscepto*. Ovidius, hoc ipso loco, vs. 569:

Voverat hoc juvenis tunc, quum pia sustulit arma.

Postea, vs. 577:

Templa feres, et, me victore, vocaberis ultor.
Voverat; et fuso lætus ab hoste redit.

Perfecit, redditis a Parthis Romanorum signis (Ovid. 579 seq.) A. U. 734.

lippensi pro ultione paterna suscepto, voverat. Sanxit ergo[6], ut de bellis triumphisque hic consuleretur Senatus: provincias cum imperio petituri hinc deducerentur: quique victores redissent, huc insignia triumphorum inferrent. Templum[7] Apollinis in ea parte Palatinæ domus excitavit, quam fulmine ictam desiderari a Deo haruspices pronunciarant. Addidit porticus cum bibliotheca Latina Græcaque: quo[8] loco jam senior sæpe etiam Senatum habuit, decuriasque judicum recognovit. Tonanti[9] Jovi ædem consecravit, liberatus periculo, quum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam ejus fulgur præstrinxisset, servumque prælucentem exanimasset. Quædam etiam opera sub nomine alieno, nepotum scilicet et uxoris sororisque, fecit: ut porticum[10] basilicamque Caii

6. *Sanxit ergo, ut de bellis triumphisque.... quique victores redissent*, etc. Ovid. l. c. 555:

Digna Giganteis hæc sunt delubra tropæis:
Hinc fera Gradivum bella movere decet.

—*Hinc deducerentur*; a prosequentibus paludatos. Vide Cæs. 71.

7. *Templum Apollinis*, etc. Vell. II, 81: « templum Apollini, et circa porticus, facturum promisit (devicto Pompeio), quod ab eo singulari exstructum magnificentia est. » Dedicationem hujus templi dicunt Propert. Eleg. II, 31, pag. 293 Ed. nostræ, et Horat. Carm. I, 31, init. qui de bibliotheca Epist. I, 3, 16:

...et tangere vitet
Scripta, *Palatinus* quæcunque recepit *Apollo*.

8. *Quo loco.... Senatum habuit.* Ita etiam Tiberius. Dio, LVIII, 9. —*Decurias judicum*, quæ tres quum fuissent, quartam addidit ipse Augustus: cf. c. 32. Sigon. de Judic. II, 18, p. 407: « Judices vero in decurias distributi feruntur fuisse, quas Prætores urbani non sorte, sed judicio jurati confecerunt; quoniam autem ex ordinibus iis, apud quos judicia essent, seligebantur, selecti judices appellati sunt. » *Recognovit.* Quod olim Prætoris fuit, hoc etiam ad se traxisse Augustum notat Ernesti, a sequentibus Imperatoribus imitatum, quoniam potentiæ magna pars, judicia regere et in potestate habere.

9. *Tonanti Jovi*, etc. Cf. Dio, LIV, 4, qui dedicationem refert ad ann. 732. De templo vide Donat. de Urbe Roma, II, 11. — *Præstrinxisset*. Al. *perstrinxisset*. Illam veram lectionem esse docent sequentia, ex quibus patet, ictum fulminis juxta lecticam decidisse. *Transcursum fulguris* dicit c. 90.—Pro *prælucentem*, al. *perducentem* et *præducentem*. Cf. Oudend.

10. *Ut porticum basilicamque Caii et Lucii*, filiorum Agrippæ e Julia, de quibus cap. 64. Alia fuit

et Lucii; item[11] porticus Liviæ et Octaviæ, theatrumque Marcelli[12]. Sed et ceteros principes viros[13] sæpe hortatus est, ut pro facultate quisque monumentis vel novis, vel refectis et excultis, Urbem adornarent. Multaque a multis exstructa sunt: sicut a Marcio Philippo[14] ædes Herculis Musarum; a L. Cornificio[15] ædes Dianæ; ab Asinio Pollione atrium[16] Libertatis; a Munatio Planco[17] ædes Sa-

porticus, in honorem Caii et Lucii defunctorum exstructa, de qua Dio, LVI, 27, ad ann. 765.

11. *Item porticus Liviæ;* ubi domus antea fuerat Pollionis, qui heredem Augustum scripserat. Conf. Dio, LIV, 23; Ovid. Fast. VI, 639 seq.; Plin. Hist. Nat. XIV, 1. Exstructa hæc A. U. 739. Alia porticus Livia in honorem Caii et Lucii exstructa est, de qua not. sup. Cf. Panciroll. Descript. Urb. Rom. reg. 3 (Thes. tom. III, p. 334), et Donat. l. c. II, 21 (pag. 631). — *Et Octaviæ;* A. U. 721. Conf. Dio, XLIX, 43. Commemorantur a Vell. I, 11; Plin. Hist. Nat. XXXVI, 5. Conflagrarunt cum bibliotheca, imperatore Tito, A. U. 833, auctore Dione, LXVI, 24.

12. *Theatrumque Marcelli;* filii Octaviæ, a poetis illius ævi multis laudibus celebrati. Exstruxit illud Augustus in honorem mortui. Cf. Dio, LIII, 30, ad ann. 731, qui dedicationem hujus theatri narrat LIV, 26, ad ann. 741. Vide Marlian. III, 11, et Donat. de Urb. Rom. III, 7.

13. *Sed et ceteros principes viros,* etc. Tac. Ann. III, 72: « nec Augustus arcuerat Taurum, Philippum, Balbum, hostiles exuvias aut exundantes opes ornatum ad urbis et posterum gloriam conferre. »

14. *A Marcio Philippo.* Vitricum Augusti cum aliis intelligit Donat. l. c. III, 14, ubi de hoc templo agit; alium, qui materteram Augusti duxerat, Masson. Vit. Ovid. ad ann. 767. — De *Hercule Musarum*, i. e. Μουσηγέτῃ vide quæ Torrent. ad h. l., et Marlian. V, 9. Has ædes dicit Ovid. Fast. VI, 779 seq.

15. *A L. Cornificio;* sine dubio eodem, qui interclusas in Sicilia copias Augusti pedestres servaverat, Consule A. U. 719. Templum Dianæ Bernecer. intelligit, quod fuit in monte Aventino, memoratum a Martial. Epigr. VI, 64, de quo Panciroll. in Descript. Urb. Rom. ad reg. 13 (Thes. tom. III, pag. 371).

16. *Atrium Libertatis.* Fuerat jam antea in monte Aventino templum Libertatis cum atrio, cujus frequens mentio apud Livium. Incendio absumtum splendidius restituisse Asinius videtur, et adjunxisse bibliothecam, de qua Plin. Hist. Nat. VII, 30, et XXXV, 2; Ovid. Trist. III, 1, 71. Ita sentiunt, qui copiose hac de re egerunt, Nardin. Rom. Vet. VII, 9 (Thes. Græv. tom. IV, p. 1395), et Borrichius in libro, Antiqua Urbis Rom. Facies, c. 15 (ibid. p. 1604).

17. *A Munatio Planco;* cujus magnæ partes in bello Mutinensi

turni; a Cornelio Balbo[18] theatrum; a Statilio Tauro[19] amphitheatrum; a M. vero Agrippa[20] complura et egregia.

XXX. Spatium Urbis in[1] regiones vicosque divisit: instituitque[2], ut illas annui magistratus sortito tuerentur, hos magistri e plebe cujusque viciniæ lecti. Adversus incendia[3] excubias nocturnas vigilesque commentus est. Ad [4]coercendas inundationes alveum Tiberis laxavit ac

(vide Clav. Cic. et Glandorp. Onomast. p. 613), Consule A. U. 712 cum Lepido. De templo Saturni, ab eo exstructo, cf. Donat. l. c. II, 14 (Thes. tom. III, p. 609).

18. *A Cornelio Balbo*. Fuit is Gaditanus, immensis divitiis nobilis, qui primus ex exteris consulatum adeptus est; Plin. Hist. Nat. VII, 43; Dio, XLVIII, 32; qui dedicationem theatri ejus in reditum Augusti e Gallia, A. U. 741, incidisse narrat LIV, 25. Cf. Donat. l. c. III, 8 (Thes. tom. III, p. 694); Bellor. in Fragm. Vestig. Veter. Rom. (tom. IV, p. 17).

19. *A Statilio Tauro;* qui ex clarissimis Augusti fuit ducibus; vide Fabric. ad Dion. XLIX, 14. De hoc amphitheatro Dio, LI, 23. Plura vide apud Marliau. IV, 9 (tom. III, p. 139), et Donat. III, 7 (ibid. p. 690).

20. *A. M. Agrippa complura* et *egregia*. Huc refer, quæ de restitutis ductibus *aquæ Marciæ* Plin. Hist. Nat. XXXVI, 15; Dio, XLIX, 42, quem vide cap. 43; ad ann. 721. Ab eodem Agrippa dedicata *Septa* in Campo Martio narrat LIII, 23; et c. 27, *porticum Neptuni*, *balneum*que *Laconicum* exstructa, et, quod temporis injuriam vicit, *Pantheon*, de quo præter alios cf. Nardin. VI, 4 (tom. IV, p. 1267).

XXX. 1. *In regiones vicosque;* regiones 14. Vide quæ de Urbis regionibus Panvin. Descript. Urb. Rom. (Thes. tom. III, p. 280 seq.). *Vicorum* numerus est incertus propter dubiam apud Victorem et Rufum lectionem. Conf. quæ Panvin. Panciroll. et Nardin. libris citatis.

2. *Instituitque, ut illas*, etc. *Annuos magistratus* intellige ordinarios, Ædiles, Tribunos et Prætores; *magistri e plebe*, *vicorum magistri* vel *vicomagistri* appellati, quatuor præerant singulis vicis, ut recte docet Panvin. l. c. De toto hoc Augusti instituto exponit Dio, LV, 8.

3. *Adversus incendia excubias*, etc. *Excubias* non ipsos excubitores, sed certas stationes per Urbem dispositas, in quibus major pars excubitorum nocte maneret, recte sine dubio interpretatur Burmann. (Ita sunt omnino apud nos utilissima ea militum urbanorum cohors, quibus a re nomen inditum *les pompiers*). Præfectus his vigilibus *νυκτοφύλαξ* dicitur Dion. LII, 24, quem de ipso instituto vide LV, 26. Dicti autem sunt per contemtum hi vigiles a reliquis militibus *sparteoli*, de quo nomine vide h. l. Casaub.

4. *Ad coercendas inundationes*, etc. Crebra harum est mentio apud scriptores. Vide loca Dionis a Baum-

repurgavit, completum olim ruderibus, et ædificiorum prolapsionibus coartatum. Quo autem facilius undique Urbs adiretur, desumta[5] sibi Flaminia via Arimino tenus munienda, reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuit. Ædes[6] sacras, vetustate collapsas, aut incendio absumtas, refecit; easque et ceteras opulentissimis donis adornavit, ut qui in cellam Capitolini Jovis sedecim millia pondo auri, gemmasque ac margaritas quingenties HS. una donatione contulerit.[7]

XXXI. Postquam vero pontificatum maximum, quem nunquam vivo Lepido auferre[1] sustinuerat, mortuo de-

gart. citata, et interpp. ad Horat. Carm. I, 2, 13 seq. — *Prolapsionibus.* Codd. alii *prolationibus*, quod edidit Oudend. probatum etiam a Grævio, qui interpretatur de molibus in Tiberim jactis ad proferenda domuum spatia. Mihi præplacet *prolapsionibus*, quod intelligendum de singulorum ædificiorum ruina, quum *rudera* universæ Urbis vel magnæ partis eversiones prioribus temporibus factas, per Gallos, crebraque incendia aliasque occasiones, spectent. Nam, quod hoc vocab. hoc uno loco ea potestate legi, objiciunt, id ad proscribendum illud haud sufficit.

5. *Desumta sibi Flaminia via*, etc. Conf. Dio, LIII, 22, ad A. U. 727; Bergier. de Publ. et Militar. Imperii Romani Viis, sect. 15 et 21 (Thes. tom. X); Cellar. Geogr. Ant. II, 9, pag. 935. Nomen habebat hæc via a C. Flaminio Censore, qui eam muniverat, auctore Liv. Epit. XX.

6. *Ædes sacras*, etc. Addit *sacras*, ut cap. 100, « in ædium *sacrarum* maxima, » et « *Deorum* ædes » Calig. 21 et Ner. 38, quoniam voc. *ædes* in plurali numero dictum intelligi posset de ædificiis humano usui destinatis. Ovid. Fast. II, 59, in Augusti laudem :

Cætera ne simili caderent labefacta ruina,
Cavit sacrati provida cura Ducis;
Sub quo delubris sentitur nulla senectus:
Nec satis est homines, obligat ille Deos.
Templorum positor, templorum sancte repostor,
Sit Superis, opto, mutua cura tui.

Livius etiam Augustum, IV, 20, « templorum omnium conditorem aut restitutorem » vocat.

7. *Ut qui in cellam Capitolini Jovis... contulerit;* post triumphum A. U. 725, ut docet Dio, LI, 22. De templis ab Augusto exstructis, donisque ibi consecratis, cf. etiam Monum. Ancyr. tabul. I, a dextra.

XXXI. 1. *Quem nunquam vivo Lepido auferre sustinuerat*; quum tamen illum spoliatum exercitu Circeios in perpetuum relegaverit; supra, cap. 16. Sed pontificatum nonnisi post mortem ponebat, qui susceperat, ut ne quidem exsules privarentur. Senec. de Clement. I, 10: « Ipsum Lepidum (Augustus)

mum suscepit, quicquid fatidicorum librorum Græci Latinique generis, nullis vel parum idoneis auctoribus, vulgo ferebatur, supra duo millia contracta undique cremavit: ac solos retinuit[2] Sibyllinos, hos quoque[3] dilectu habito; condiditque duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi. Annum[4] a D. Julio ordinatum, sed postea negligentia[5] conturbatum atque confusum, rursus ad pristinam rationem redegit: in cujus ordinatione Sextilem[6] mensem

....per multos annos tulit, ornamenta principis retinentem, et *pontificatum maximum, nonnisi mortuo illo, transferri in se passus est:* maluit enim illum honorem vocari, quam spolium. » Conf. omnino Baumgart.

2. *Ac solos retinuit Sibyllinos.* Cf. Dio, LIV, 17. De Sibyllis et libris Sibyllinis vide interpr. ad Gell. I, 19.

3. *Hos quoque dilectu habito.* Tacit. Ann. VI, 12: « Simul commonefecit (Tiberius): *quia multa vana sub nomine celebri vulgabantur, sanxisse Augustum, quem intra diem ad Prætorem urbanum deferrentur, neque habere privatim liceret.* Quod a majoribus quoque decretum erat, post exustum sociali bello Capitolium, quæsitis Samo, Ilio, Erythris, per Africam etiam ac Siciliam et Italicas colonias, carminibus Sibyllæ, una seu plures fuere, datoque Sacerdotibus negotio, quantum humana ope potuissent, vera discernere. » Similem dilectum instituit ann. 772 ipse Tiberius, auctore Dion. LVII, 18. — *Sub Palatini Apollinis basi;* sub ipsius Apollinis statua 50 pedes alta.

4. *Annum a D. Julio ordinatum.* Vide Cæs. 40.

5. *Negligentia conturbatum atque confusum.* Macrob. Saturn. I, 14: « Sic annum civilem Cæsar, habitis ad lunam dimensionibus, constitutum edicto palam posito publicavit. Et error hucusque stare potuisset, ni sacerdotes sibi errorem novum ex ipsa emendatione fecissent. Nam quum oporteret diem, qui ex quadrantibus confit, quarto quoque anno confecto, antequam quintus inciperet, intercalare; illi quarto non peracto, sed incipiente, intercalabant. Hic error sex et triginta annis permansit; quibus annis intercalati sunt dies duodecim, quum debuerint intercalari novem. Sed hunc quoque errorem sero deprehensum correxit Augustus, qui annos duodecim sine intercalari die transigi jussit; ut illi tres dies, qui per annos triginta et sex vitio sacerdotalis festinationis excreverant, sequentibus annis duodecim, nullo die intercalato, devorarentur. Post hoc, unum diem secundum ordinationem Cæsaris, quinto quoque incipiente anno, intercalari jussit; et omnem hunc ordinem æreæ tabulæ, ad æternam custodiam, incisione mandavit. »

6. *Sextilem.... e suo cognomine*

e suo cognomine nuncupavit, magis quam Septembrem, quo erat natus; quia hoc sibi et primus consulatus, et iusignes victoriæ obtigissent. Sacerdotum et numerum et dignitatem, sed et commoda auxit, præcipue Vestalium virginum. Quumque in demortuæ locum aliam capi[7] oporteret, ambirentque multi, ne filias in sortem darent; adjuravit, si cujusquam neptium suarum competeret ætas, oblaturum se fuisse eam. Nonnulla etiam ex antiquis cerimoniis, paulatim abolita, restituit: ut Salutis[8] augurium, Diale[9] flaminium, sacrum[10] Luper-

nuncupavit. Cf. Dio, LV, 6. Locus autem de ea re palmarius est apud Macrob. I, 12: « Augustus deinde est, qui Sextilis ante vocatus est, donec honori Augusti daretur ex Senatusconsulto, cujus verba subjeci: Quum Imperator Cæsar Augustus mense Sextili et primum consulatum inierit, et triumphos tres in Urbem intulerit, et ex Janiculo legiones deductæ secutæque sint ejus auspicia ac fidem, sed et Ægyptus hoc mense in potestatem Populi Romani redacta sit, finisque hoc mense bellis civilibus impositus sit, atque ob has causas hic mensis huic imperio felicissimus sit ac fuerit; placere Senatui, ut hic mensis Augustus appelletur. Item plebiscitum factum ob eamdem rem, Sexto Pacuvio Tribuno plebem rogante. » Ceterum, hic honor datus est Augusto A. U. 746, Marcio Censorino et C. Asinio Gallo Coss. quod notat etiam Censorinus, c. 22.

7. *Aliam capi*. De modo capiendi virgines Vestales, cf. Gell. I, 12. — Postea Oudendorp. mallet cum nonnullis, « ne filias.... *daret*; » scil. Augustus.

8. *Salutis augurium*; quo Dii consulebantur, an salutem populi Romani ab ipsis petere liceret. Sacrum illud quotannis celebrandum instituerant ea die, qua nullus esset motus militaris, neque in hostem, neque ab hoste. Plura vide apud Dion. XXXVII, 24, qui diu intermissum illud repetitum narrat A. U. 691, Cicerone et Antonio Consulibus. Instaurasse dicit Augustum simul cum clusis Jani portis A. U. 725 (LI, 20). Denuo repetitum Imperatore Claudio, auctore Tacit. Annal. XII, 23, « Salutis augurium, quinque et viginti annis omissum, repeti ac deinde continuari, placitum, » ubi vel error in numero sit necesse est, vel interciderit in scriptoribus celebrati inter Augusti et Claudii tempora mentio. Vide Lips. ad Tacit. l. c.; Fabric. ad Dion. XXXVII, 24; Politian. Misc. c. 13; Bulenger. de Auguriis et Auspiciis, etc. II, 17 (Thes. Græv. tom. V, pag. 440).

9. *Diale flaminium*. Conf. Dio, LIV, 36, ad ann. 743, et vide quæ diximus ad Cæs. 1; Lips. ad Tacit. Annal. III, 58.

10. *Sacrum Lupercale*; cujus pan-

cale, ludos [11] Seculares et [12] Compitalicios. Lupercalibus vetuit currere imberbes: item, Secularibus ludis juvenes utriusque sexus prohibuit ullum nocturnum spectaculum frequentare, nisi cum aliquo majore natu propinquorum. Compitales [13] Lares ornari bis anno instituit, vernis floribus et æstivis. Proximum a Dis immortalibus honorem memoriæ ducum præstitit, qui imperium populi Romani ex minimo maximum reddidissent. Itaque et opera cujusque, manentibus [14] titulis, restituit, et statuas omnium triumphali [15] effigie in utraque Fori sui porticu dedicavit; professus edicto, « commentum id se, ut illorum velut ad exemplar et ipse, dum viveret, et insequentium ætatum Principes exigerentur a civibus. » Pompeii quoque statuam, contra [16] theatri ejus regiam, marmoreo Jano

cis ante necem Cæsaris diebus celebrati mentio Cæs. 79, ubi plura. Videtur intermissum postea ob ea, quæ ibi acciderant.

11. *Ludos Seculares*; A. U. 737, C. Furnio et C. Silano Coss.; Dio, LIV, 18, ubi vide Fabric.; Mitscherlich. ad Horatii Carmen Seculare; interpp. ad Censorin. cap. 17, et Zosim. II, 5; Panvin. de Ludis Secular. (Thes. Græv. tom. IX, p. 1078), et Taffin. de Veterum Romanorum Anno Seculari, ejusque celebritate potissimum per Ludos Seculares (Thes. tom. VIII, pag. 567 seq.).

12. *Compitalicios*; quos ludos ex viis compitorum, in quibus agitabantur, *Compitalia* appellitaverunt, ut Macrob. Saturn. I, 7, quem vide. Cf. interpr. ad Gell. X, 24, et Rosin. Ant. Rom. IV, 9, pag. 271 et 276, et V, 20, pag. 341.

13. *Compitales Lares*; id est, statuas Larium, quæ in compitis erant constitutæ. Alii præferunt lectionem *Compitaliciis*, quæ efficta videtur ad similitudinem præcedentis *Lupercalibus*. Neque dies ludorum Compitaliciorum, incertus quidem, sed quem loca Cic. ad Attic. VI, 7, et in Pison. cap. 4, modo in IV Non. Januar., modo in III Kal. Januar. incidisse docent, congruere videtur *vernis floribus et æstivis*, de quibus Noster. Singularis igitur hic honor fuit Larium statuis habitus, a ludis illis sejunctus. Ita etiam judicarunt Scheffer. Burmann. Oudendorp.

14. *Manentibus titulis*; i. e. inscriptis adhuc nominibus eorum, qui primi opera illa exstruxerant, vel imperfecta reliquerant.

15. *Triumphali effigie*. Recte interpretatur Oudend. triumphalibus ornamentis et vestitu insignes.

16. *Contra theatri ejus regiam*; i. e. basilicam, quæ cum theatro erat conjuncta. Cf. ad Cæs. c. 80.

superposuit, translatam[17] e Curia, in qua C. Cæsar fuerat occisus.

XXXII. Pleraque[1] pessimi exempli correxit, quæ in perniciem publicam, aut ex consuetudine licentiaque bellorum civilium duraverant, aut per pacem etiam exstiterant. Nam et[2] grassatorum plurimi palam se ferebant succincti ferro, quasi tuendi sui causa: et rapti per agros viatores sine discrimine, liberi servique, ergastulis possessorum supprimebantur: et plurimæ factiones, titulo collegii novi, ad nullius non facinoris societatem coibant. Igitur grassatores, dispositis per opportuna loca stationibus, inhibuit: ergastula[3] recognovit: collegia[4], præter antiqua et legitima, dissolvit. Tabulas[5] veterum ærarii debitorum, vel præcipuam calumniandi materiam, exussit. Loca[6] in Urbe publica juris ambigui possessoribus

— *Marmoreo Jano superposuit.* Quam lectionem jam receperunt Oudend. et Wolf. pro vulg. *supposuit.* Hujus enim statuæ a collocatione transitionem et perspectum pervii Jani impedire voluisse Augustum, minime verisimile est; quod tamen utrumque necessario fiebat, si statuam sub ipso Jani fornice constituisset. In monumentis autem superimpositæ arcubus statuæ conspiciuntur.

17. *Translatam e Curia, in qua,* etc. Ad hanc ipsam statuam interemti Cæsaris corpus diu jacuisse, notavimus ad Cæs. 82.

XXXII. 1. *Pleraque... correxit.* Cf. Dio, LIII, 2. Pro *Pleraque*, Ernest. cum uno MS. maluit *Pluraque.* At illud est *multa*: cf. ad Cæs. 83, ubi etiam pro *plerosque*, al. *pluresque.*

2. *Grassatorum.* Sic Tiber. 37: « In primis tuendæ pacis a *grassaturis* ac latrociniis seditionumque licentia curam habuit, etc. » Insita videtur Italico solo, Romano præsertim, pestis latrocinantium; ut vel hodie sanctam urbem adire volentibus clara die vix liceat.

3. *Ergastula recognovit;* adhibito ad hanc curam Tiberio. Conf. Tiber. 8.

4. *Collegia.... dissolvit;* quod Cæsar jam prius fecerat. Conf. ad Cæs. cap. 42.

5. *Tabulas.... exussit.* Vide Dion. LIII, 2, qui Beroaldi confirmat emendationem plerisque probatam *exussit*, pro vulg. *excussit*, i..e. examinavit. De voc. *calumniæ* sensu juridico dixi ad Cæs. 20. Cf. Domitian. 9: « *fiscales calumnias*, magna calumniantium pœna, repressit. »

6. *Loca in Urbe publica juris ambigui;* hoc est, quæ utrum publica essent, an eorum, qui illo tempore ea tenebant, ambigebatur.

adjudicavit. Diuturnorum[7] reorum, et ex quorum sordibus nihil aliud quam voluptas inimicis quæreretur, nomina abolevit, conditione proposita, ut, si quem quis repetere vellet, par periculum pœnæ subiret. Ne quod autem maleficium negotiumve impunitate vel mora elaberetur, triginta[8] amplius dies, qui honorariis ludis occupabantur, actui rerum accommodavit. Ad[9] tres judicum

7. *Diuturnorum reorum*, etc. Eadem benignitas Domitiani traditur c. 9: « reos, qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependissent, universos discrimine liberavit; nec repeti, nisi intra annum, eaque conditione permisit, ut accusatori, qui causam non teneret, exsilium pœna esset. » *Sordes* reorum dicuntur ob togam sordidam, quam gerebant. Est igitur intelligenda afflicta eorum conditio. *Abolevit;* e catalogo reorum, qui in ærario servatus est, ut docet locus Domit.

8. *Triginta..... accommodavit.* Nimirum, quum dierum *nefastorum*, i. e. quibus judicia haberi non licebat, numerus nimis crevisset, ita ut tempus, intra quod peti poterant rei, facile posset elabi, iis triginta detraxit, eosque inter *fastos* retulit et *actui rerum*, i. e. habendis judiciis, *accommodavit*, qui occupabantur *ludis honorariis*, h. e. non publicis, sive ad Dei alicujus cultum celebratis, sed ad Prætorum aliorumve magistratuum honorem in muneris auspiciis plebis delectandæ causa editis. Quicquid enim non a tota Republica institutum erat, sed ab aliis vel honore aliquo ornatis, vel honore aliquem ornaturis, *honorarium* dicebatur. Ita edicta Prætorum continebant *jus honorarium*, et *arbiter honorarius* est apud Cic. Tusc. Qu. V, 41; vide Clav. Cic. in *honorarius*. Ceterum, Reitz. ad h. l. monuit, *amplius* hic non esse *plus quam* triginta, sed *præter solitos judiciorum dies hos triginta* Augustum adjunxisse, citato Flor. II, 2, 19, ubi tamen est oppositio: « *et hæc, et trecenta amplius* castella vastata sunt. » Nostro loco *amplius* eo sensu prorsus abundaret, quum id ipsum, *alios triginta dies* destinatos esse judiciis, totum comma exponat. Immo obtinet suam significationem *amplius* duobus nominibus inclusum, et, quod Oudend. vere monuit, aliquando plures, aliquando pauciores, ultra triginta tamen, dies, iis ludis, nequaquam statis, occupatos fuisse ostendit.

9. *Ad tres judicum decurias*, etc. Vide cap. 29. Tertiam decuriam tribunorum ærariorum sustulerat Cæsar, auctore Sueton. Cæsar. 41, ubi vide. Postea legem de nova decuria, ex Alaudis et Centurionibus composita, tulerat quidem Antonius in consulatu, sed hostis judicatus rem non perfecerat. Jam, quum tres h. l. judicum centuriæ commemorentur, tertia tribunorum ærariorum restituta interea videtur. Ita sentiunt Torrent. ad h. l. et Robortell. de Judiciis (Thes. Græv.

decurias quartam addidit ex inferiore censu, quæ[10] ducenariorum vocaretur, judicaretque de levioribus summis. Judices a[11] vicesimo ætatis anno allegit, id est, quinquennio maturius quam solebant. Ac plerisque judicandi munus detrectantibus, vix concessit, ut singulis decuriis per vices annua vacatio esset, et ut solitæ agi Novembri[12] ac Decembri mense res omitterentur.

XXXIII. Ipse jus[1] dixit assidue, et in noctem nonnunquam; si parum corpore valeret, lectica pro[2] tribunali collocata, vel etiam domi cubans. Dixit autem jus non diligentia modo summa, sed et lenitate: siquidem manifesti parricidii reum, ne[3] culeo insueretur, quod non nisi

tom. III, pag. 13). Sed Manut. de Legibus Romanis, c. 15, Antonii legem de tribus decuriis prorsus non abrogatam, quum hostis judicatus ille esset, existimat. Quintam decuriam postea addidit Caligula (Cal. 16: « ut levior labor judicantibus foret, ad quatuor priores quintam decuriam addidit »). Judicibus, *sextam* decuriam adjici precautibus, negavit Galba (c. 14).

10. *Quæ ducenariorum vocaretur;* quia scilicet lecti erant ex hominibus inferioris census, qui tantum ducena sestertia possidebant, non, ut ceteri, quadringena, ut vera est interpretatio Grævii. Errat igitur Heineccius, Ant. Rom. IV, 17, 2, dictos illos ita existimans, « quia de minoribus summis judicabant, quæ CC millia nummùm non excederent. »

11. *A vicesimo ætatis anno.* Hæc est emendatio Cujacii, Observ. XXI, 32, probata a Casaubono ad h. l. et Bynkersboek. Observ. Juris, VI, 17, ac plerisque reliquis, pro vulg. *tricesimo*, quum annum 25 muneri judicis obeundo legitimum fuisse aliunde constet. Haud inepte tamen comma, *id est.... solebant*, glossam existimat Oudend., Augustumque non quinque annos solito citius, sed serius judices allegisse, ubi staret, quod in omnibus MSS. est, *tricesimo*.

12. *Novembri ac Decembri;* qui menses toti fere ludis feriisque dati paucos dies fastos antea etiam habuerant. *Res agi* enim eodem sensu dicuntur, quo supra *actus rerum*, de habitis scilicet judiciis.

XXXIII. 1. *Jus dixit assidue.* De jurisdictione Augusti conf. Dio, LIII, 21.

2. *Pro tribunali.* Non est *loco tribunalis*, sed *ante tribunal*, ut sæpissime apud optimos scriptores, quamquam in iis ipsis id reprehendendum puto propter sensus ambiguitatem.

3. *Ne culeo insueretur;* ex *lege Pompeia*, cujus clausula hæc est: « is (qui parricidium vel patravit, vel tentavit) *si confessus erit*, virgis sanguineis verberatus, deinde cu-

confessi afficiuntur hac pœna, ita fertur interrogasse : « Certe patrem tuum non occidisti? » Et quum de falso testamento ageretur, omnesque[4] signatores lege Cornelia tenereutur, non tantum duas tabellas, damnatoriam et absolutoriam, simul cognoscentibus dedit; sed tertiam quoque, qua ignosceretur iis, quos fraude ad signandum vel errore inductos constitisset. [5] Appellationes quotannis urbanorum quidem litigatorum Præfecto[6] delegavit Ur-

leo insuatur cum cane, gallo gallinaceo, et vipera, et simia, deinde in mare profundum culeus jactetur. » Conf. Augustin. de Legibus (Thes. tom. II, p. 1250), et Sigon. de Judiciis, II, 31 (ibid. p. 1792). Diserte igitur additur in hac lege, non *nisi confessos afficiendos hac pœna*. Effugium Augustus ipsa interrogandi ratione reo suppeditavit, quum non quæreret, Num fecisti parricidium, cujus reus ageris? sed, Nonne verum est, te patrem non occidisse?

4. *Omnesque signatores lege Cornelia tenerentur.* Verba hujus legis, latæ a Cornelio Sulla, hæc sunt: « Prætor, qui ex hac lege quæret, de ejus capite quærito, qui testamentum amoverit, celaverit, eripuerit, deleverit, interleverit, subjecerit, resignaverit, quique testamentum falsum scripserit, *signaverit*, recitaverit dolo malo, cujusve dolo malo id factum erit, etc. » Sigon. de Jud. II, 32. Sed inde ab Augusti demum temporibus eos, qui dolo malo, et qui aliorum fraude, vel errore inducti crimen falsi commisissent, distinctos fuisse, ex nostro loco viri docti probaverunt. Cf. Heinecc. Ant. Rom. IV, 18, 63. — *Simul cognoscentibus;* judicibus qui cum ipso de re inquisiverant, et quorum erat sententiam ferre.

5. *Appellationes.* De appellationibus doctus est Excursus Lipsii ad Tacit. Annal. XIV, 28 (tom. IV, pag. 524 Edit. nostræ). Iis præcipue, alias inter dominationis artes, ad imperium firmandum Augustus usus est, quum in rebus gravissimis ultimam ad sese provocationem perpetuo servaverit.

6. *Præfecto delegavit Urbis.* Num ita scribendum esset, timide ambigere se dicebat Lips. l. c. Recepta postea est ea emendatio pro vulg. *Prætori urbano*, vel comprobata saltem a Casaub., Ern., Oudend., Wolfio: assensus est etiam Reitz., quia Præfecti Urbis potestas sub Principibus maxima. Mæcenas apud Dion. LII, 21, judicium de causis, in quibus a reliquis magistratibus provocatum ad ipsum fuerat, Præfecto Urbis diserte tribuit. Error exstitit e scripturæ compendio PR. URB. Quod autem *quotannis* delegasse eam provinciam Præfecto Urbis dicitur, id acute Oudendorpius vidit factum, ne tantam potestatem semel in perpetuum illi traderet, quod cauto et circumspecto Augusti ingenio optime convenit. In provinciis autem ob crebram magistratuum permutationem minus erat periculum.

bis; at provincialium consularibus viris, quos singulos cujusque provinciæ negotiis præposuisset.

XXXIV. Leges[1] retractavit, et quasdam ex integro sanxit, ut[2] sumtuariam, de[3] adulteriis et de pudicitia, de ambitu, de[4] maritandis ordinibus. Hanc quum aliquanto severius quam ceteras[5] emendasset, præ tumultu recusantium perferre non potuit, nisi ademta demum lenitave parte pœnarum, et[6] vacatione triennii data, auctisque

XXXIV. 1. *Leges retractavit;* denuo recensuit atque examinavit.

2. *Ut sumtuariam.* Retractavit sumtuariam Julii Cæsaris, unde Gell. II, 24, ubi de legibus sumtuariis, « Postremo lex Julia ad populum pervenit Cæsare Augusto imperante, etc. » Cf. ad Cæs. 43.

3. *De adulteriis et de pudicitia.* Hanc celebrat Horat. Carm. IV, 5, 21:

Nullis polluitur casta domus stupris;
Mos et lex maculosum edomuit nefas;
Laudantur simili prole puerperæ;
Culpam pœna premit comes.

Et IV, 15, 9:

...ordinem
Rectum, evaganti frena licentiæ
Injecit, emovitque culpas,
Et veteres revocavit artes.

Constat, primum severis pœnis libidines coercuisse Augustum, quæ tamen quales fuerint, incertum est. Vide quæ disputat de hac lege Heinecc. Antiq. IV, 18, 51, et conf. Augustin. de Legibus (Thes. Græv. tom. II, pag. 1207 seq.) et in primis Lips. Excurs. ad Tacit. Annal. lib. IV, cap. 42. Ceterum apud Sueton. *pudicitia* flagitia spectat cum maribus commissa, quæ sæpius *impudicitiæ* nomine notantur, quum *libidines* stupra et adulteria comprehendant. Conf. ad Cæs. 49.

4. *De maritandis ordinibus.* Horat. Carm. Secul. vs. 17:

Diva, producas sobolem, Patrumque
Prosperes decreta super jugandis
Feminis, prolisque novæ feraci
Lege marita.

Tulit hanc legem ann. 736, eamque male observatam secuta est *Papia Poppæa* ann. 762. Vide Lips. Excurs. ad Tacit. Annal. III, 25; Heinecc. Ant. I, 25, 6 seq., ejusque Comment. ad Leg. Jul. et Pap. Popp. qui de capitibus harum legum copiose egerunt.

5. *Emendasset.* Defendit Ernest. hanc lectionem contra Heineccii conjecturam *mandasset*, prolatam in Comment. ad Leg. Pap. Popp. I, 3, p. 46, quod ante Augustum jam leges ejusdem argumenti fuerant, severius tantum ab eo repetitæ. Orationem Q. Metelli *de prole augenda* Noster diserte commemorat infra, cap. 89.

6. *Et vacatione triennii data;* ut post mortem conjugis triennio quisque posset novis nuptiis abstinere. — *Auctisque præmiis.* Præter alia huc maxime pertinet *jus trium et quatuor liberorum*, quod tamen datum sæpius etiam innuptis, vel orbis prole, atque sterilibus. Conf. Heinecc. loc. cit. § 8.

præmiis. Sic quoque abolitionem ejus publico spectaculo pertinaciter postulante[7] Equite, accitos Germanici liberos, receptosque partim ad se, partim in patris gremium, ostentavit; manu vultuque significans, ne gravarentur imitari juvenis exemplum. Quumque etiam immaturitate sponsarum[8], et matrimoniorum crebra mutatione, vim legis eludi sentiret, tempus sponsas habendi coartavit, divortiis modum imposuit.

XXXV. Senatorum affluentem numerum deformi et incondita turba (erant[1] enim super mille, et quidam indignissimi, et post necem Cæsaris per gratiam et præmium allecti, quos Orcinos[2] vulgus vocabat), ad modum pristinum et splendorem redegit duabus[3] lectionibus:

7. *Equite;* Equitibus, ordine equestri. Ita c. 44, « *militem* secrevit a populo; » et sæpissime alibi.

8. *Immaturitate sponsarum.* Initio, immaturas sponsas Augustus ipse concessisse videtur, quod exprobrat in oratione apud Dion. LVI, 7. Sed hae venia in abusum versa, de hac ipsa re cavit lege supra dicta, A. U. 736. Cf. Dio, LIV, 16. Hoc tantum modo Dio a contradictione vindicari potest. — *Et matrimoniorum crebra mutatione;* scilicet, ut vacatione triennii sæpius uti possent. — *Tempus.... coartavit.* Biennii spatio tempus illud Augustum definisse narrat Dio; sed varias ob causas postea etiam sponsalia ultra biennium sunt prolata. Vide Cujac. Observ. XVI, 35. — *Divortiis modum imposuit;* ademta dote, cujus culpa divortium factum esset. Vide Lips. l. c. et Comment. Juris consult. ad Leg. Pap. Popp.

XXXV. 1. *Erant enim super mille*, etc. Quum a Tarquinii Prisci temporibus ad Sullam usque 300 tantum senatores fuissent, postea cœpit augeri numerus, qui jam temporibus Julii ad 800 creverat, eoque mortuo 200 accessere, per factiones bellorum civilium admissis omnibus, qua dignis, qua indignis. Cf. Dio, LII, 42.

2. *Orcinos.* Plutarch. Anton. 15, novos illos ab Antonio allectos Senatores Χαρωνίτας vocat. *Orcini* proprie vocabantur liberti, herorum testamentis manumissi, tanquam liberati literis ex Orco datis, quod translatum ad lectos post necem Cæsaris Senatores, ex ejus ὑπομνήμασι, quorum auctoritatem Antonius jactabat. Nostro loco ante Casaub. vulgo legebatur *abortivos.* Alii probant formam *Orcivos*, quam jure repudiat Oudendorp.

3. *Duabus lectionibus.* Monum. Ancyr. « Consul quintum (ann. 725) jussu Populi et Senatus Senatum ter legi. » De hujus anni lectione cf. Dio, LII, 42, qui alteram narrat LIV, 13, ad annum 736. Ibi *vir virum legit* (quem ordine senatorio

prima, ipsorum arbitratu, qua vir virum legit; secunda, suo et Agrippæ: quo tempore existimatur lorica sub veste munitus ferroque cinctus præsedisse, decem valentissimis senatorii ordinis amicis sellam suam circumstantibus. Cordus[4] Cremutius scribit, ne admissum quidem tunc quemquam Senatorum, nisi solum et prætentato sinu. Quosdam ad excusandi[5] se verecundiam compulit: servavitque[6] etiam excusantibus insigne vestis, et spectandi in orchestra epulandique publice jus. Quo autem lecti probatique, et religiosius[7] et minore molestia senatoria munera fungerentur, sanxit, ut priusquam consideret quisque, thure ac mero supplicaret apud aram ejus Dei,

dignissimum quisque jam lectus judicabat, ipse allegit), reliquosque Augustus ipse proprio delectu addidit, donec *sexcentorum* Senatorum numerus efficeretur. Et hæ quidem sunt lectiones, de quibus Suetonius. Dio autem tertiam quoque memorat LIV, 26, ad A. U. 741; quartam LIV, 35, ad ann. 743; quintam denique LV, 13, ad ann. 757. Ut dicam, quod de hoc Suetonii et Dionis dissensu judico, videtur ille, accuratissimus scriptor, eas tantum lectiones memorasse, quibus Augustus Senatum *a deformi et incondita turba* liberavit; hic eas confudisse, quæ ad sollenne pristini Censoris, seu magistri morum officium pertinebant. Quintam ille prætermisit, quoniam, ut ipse Dio fatetur, successu caruit. In monumenti autem Ancyrani verbis, uti nunc leguntur, mendum esse suspicor, quum id quidem exploratum sit, Augustum quintum Consulem Senatum legisse, sed eodem anno ter hoc factum, vix sit credibile.

4. *Cordus Cremutius*; de quo historico vide Calig. 16; et ad Tacit. Annal. IV, 34, Oudendorp.

5. *Ad excusandi se verecundiam*, ut sponte Senatu cederent. Tacit. Annal. XI, 25: « Et motos senatu, et *excusatos* simul propositurum: ut judicium censorum, ac pudor sponte cedentium permixti, ignominiam mollirent. »

6. *Servavitque etiam*, etc. *Insigne vestis* est tunica laticlavia seu latus clavus. *Jus spectandi in orchestra* datum est Senatoribus a Consule Scipione Africano ann. 558, auctore Liv. XXXIV, 54. *Publice* denique *epulabantur* Senatores in Capitolio in cœna Diali seu epulo Jovis. Ceterum, jus epulandi publice retinuerunt etiam ii, qui nolentes ab Augusto Senatu moti sunt. Cf. Dio, LIV, 14.

7. *Et religiosius et minore molestia*. Illud pertinet ad *ut priusquam... coiretur;* hoc ad *et ne plus quam*, etc. more Suetonii sæpius notato, primo membro complectendi, quæ deinde singillatim edisserit.

in cujus templo[8] coiretur : et ne plus quam bis[9] in mense legitimus Senatus ageretur, Kalendis et Idibus : neve Septembri[10] Octobrive mense ullos adesse alios necesse esset, quam sorte ductos, per quorum[11] numerum decreta confici possent : sibique instituit consilia[12] sortiri semestria, cum quibus[13] de negotiis ad frequentem Senatum referendis ante tractaret. Sententias de majore negotio non more[14] atque ordine, sed prout libuisset, perrogabat, ut perinde quisque animum intenderet, ac si censendum magis, quam assentiendum esset.

8. *In cujus templo coiretur*. Senatum enim in varia templa fuisse convocatum, nota res est. Pro *senatoria munera*, al. dant usitatius *senatorio munere*, sine dubio ex inutili correctione. Ita Corn. Nep. Datam. I, « Datames *militare munus fungens* primum, etc. » Eadem varietas infra, cap. 45.

9. *Et ne plus quam bis*, etc. Bis terve singulis mensibus antea habitum fuisse *Senatum legitimum* (qui opponitur *indicto* vel *edicto* per singulares occasiones), ostendit ad h. l. Boxhorn. ex vetere Kalendario, inserto etiam cum notis Lambecii tom. VIII Thes. Græv. Instituisse autem aliter rem Augustum non tam, ut aliqua molestia liberaret Senatores, quam ut rerum potestatem ad se unum magis traheret, acute vidit idem Boxhorn. — Pro *ageretur*, al. *haberetur*.

10. *Neve Septembri Octobrive mense;* ob vindemias.

11. *Per quorum numerum decreta confici possent*. Ante Augusti constitutionem, senatusconsultum a paucioribus quadringentis perfici non potuit. Erat autem numerus Senatorum varius pro vario genere rerum, de quibus decernebant.

12. *Consilia sortiri semestria*. Primum ex magistratibus (demtis tamen Consulibus) singulos, et senatores quindecim sorte legit, qui per senos menses sibi in consilio essent : senior vero, L. Munatio Planco et C. Silio Cæcina Coss., viginti sibi consiliarios annuos petivit, decretumque, ut quæcunque cum his Consulibusque, et qui designati Consules essent, egisset, non minus rata essent, quam si in Senatu acta fuissent.

13. *Cum quibus de negotiis.... ante tractaret*. Libera Republ. hæ Senatus erant partes; deinde res in concionem ad populum deferebantur, quæ quidem majoris momenti essent. Augustus igitur vindicat sibi, quod erat Senatus : illi tribuit, quod erat populi. Ex eo sub imperatoribus aut raro, aut nulla plebiscita.

14. *Non more atque ordine;* de quo diximus ad Cæs. 21. Quum ii, ad quos vulgaris rogandi ordo non descendebat, ad eorum, qui prius sententiam meditati dixerant sive *censuerant*, verba accedere vel *as-*

15.

XXXVI. Auctor et aliarum rerum fuit: in quis, ne acta Senatus[1] publicarentur; ne magistratus[2], deposito honore, statim in provincias mitterentur; ut[3] Proconsulibus ad mulos et tabernacula, quæ publice locari solebant, certa pecunia constitueretur: ut cura[4] ærarii a Quæstoribus urbanis ad Prætorios Prætoresve transiret; ut centumviralem[5] hastam, quam quæstura functi consuerant cogere, Decemviri cogerent.

XXXVII. Quoque plures partem administrandæ Reipublicæ caperent, nova officia excogitavit: curam[1] operum

sentiri iis voce, vel manu, vel pedibus per discessionem, solerent, novo instituto id effecit Augustus, ut omnes, exspectantes, ut ipsi fortasse primi interrogarentur, et præparati Curiam intrarent, et in ipsa deliberatione ad rem, quæ ageretur, *animum intenderent*.

XXXVI. 1. *Acta Senatus*. De his actis vide Cæs. 20.

2. *Ne magistratus.... mitterentur;* ut eo nempe intervallo remitterent animos, quos continuata imperia extollere solent. Sic et Pompeius, auctore Dione, consulatu quem solus gessit, instituit, ut qui magistratu abissent, intra quinquennium proximum exteras provincias non sortirentur. Sublata enim provinciarum spe, minus ambibant magistratus.

3. *Ut Proconsulibus;* i. e. omnino præsidibus provinciarum. Pecunia illa, quæ *vasarium* dicta, jam antea dari sæpe magistratibus ad vasa comparanda solebat (vide Clav. Cicer. voc. *vasarium*). *Mulos, tabernacula*, et alia id genus, quæ magistratibus in provincias ituris assignata, mancipes antea publice redimebant. Vide Casaub.

4. *Ut cura ærarii.... transiret*. Reddidit collegio Quæstorum curam ærarii Saturni Claudius Imperator (vide Claud. 24), unde *Quæstores ærarii* apud Tacit. Annal. XIII, 28.

5. *Ut centumviralem hastam.... Decemviri cogerent;* i. e. ut *judicium Centumvirorum*, ab hasta loco, ubi habebatur, præfixa ipso *hastæ* nomine appellatum, quod Quæstorii antea convocaverant, *Decemviri litibus judicandis* (seu antiquius *stlitibus judicandis*) postea convocarent eique præsiderent. Cum Decemviris illis Triumviri monetales quotannis creabantur, Triumviri rerum capitalium, Quatuorviri viarum curatores intra urbem, Duumviri curatores extra urbem, et quatuor præfecti, qui in Campaniam mittebantur; quæ vetus consuetudo sub Augusto partim servata, partim abolita est (Dio, LIV, 26). Conf. Sigon. de Judic. I, 8 et 28; Siccama, de Centumvirali Judicio (Thes. Græv. tom. II, p. 1827); Heinecc. Ant. Rom. IV, 6, 9; et Ernest. Clav. Cic., de *Decemviris et centumvirali judicio*.

XXXVII. 1. *Curam operum pu-*

publicorum,[2] viarum,[3] aquarum, alvei[4] Tiberis, frumenti populo[5] dividundi, præfecturam[6] Urbis, triumviratum

blicorum. De his *Curatoribus operum publicorum* vide Panciroll. de Magistratibus Municipalibus, c. 14 (Thes. tom. III, p. 3), ubi laudat Ulpian.: « Cura exstruendi vel reficiendi operis in civitate munus publicum est; » et eumdem, de officio Proconsulis ita exponentem: « Ædes sacras et opera publica circumire inspiciendi gratia, an sarta tectaque sint, vel an aliqua refectione indigeant, et, si qua cœpta sint, ut consummentur, pront vires ejus Reipubl. permittunt, curare debet, *Curatoresque operum* diligentes solemniter præponere. » Quod enim in provinciis, idem in Urbe horum Curatorum munus fuit, administratum antea a Censoribus atque Ædilibus. Vitellium curam operum publicorum administrasse, auctor est Noster, Vitell. 5.

2. *Viarum*. Censorum, deinde Quatuorvirorum id munus fuisse docet Lips. Exc. ad Tacit. Ann. III, 31. Idem, perpetuum certumque munus id fecisse Augustum censet. Cf. Bergier. de Publicis et Milit. Imper. et Rom. Viis, sect. 4 (Thes. Græv. tom. X, pag. 22 seq.) et Panciroll. l. c. (tom. III, pag. 9).

3. *Aquarum*. De *Curatorum aquarum* munere agit Marlian. Urb. Rom. Topograph. IV, 10 (Thes. tom. III, p. 143), ostenditque id fuisse, « extra Urbem ductus circuire, animadvertereque, an vitio aliquo laborarent, et quibus partibus succurrendum; ac etiam beneficia recognoscere, ne quis non concessam surriperet aquam, dareque operam, ut in castellis salientibus sine intermissione aqua flueret, etc. »

4. *Alvei Tiberis*. Qui Curatores « non solum fluvium coercebant, et ut esset sine sordibus ac impedimento, curabant; verum etiam terminos statuebant, quo usque habitare in ripa, vel ædificare licebat, » ut docet Fabric. Descript. Urb. Rom. (Thes. tom. III, p. 452). Idem affert inscriptionem, aliamque Marlian. l. c. V, 13 (ibid. pag. 181), in quarum illa: *L. Visellius C. F. Varro, curator riparum et alvei Tiberis;* in hac: *Messius Rusticus, curator alvei et riparum Tiberis, et cloacarum Urbis*.

5. *Frumenti dividundi*. Quæ cura viris consularibus postremo demandata A. U. 760. Vide Baumgart.

6. *Præfecturam Urbis*. De *præfectis Urbi*, quales tempore liberæ Reipubl. et sub Cæsare fuerant, diximus ad Cæs. c. 76. Nova *præfecti Urbi* sub Imperatoribus esse cœpit dignitas. Describit eam Mæcenas apud Dion. LII, 21. Officia præfecti Hotomann. de Magistratibus Roman. I (Thes. tom. II, pag. 1873), hæc ex Ulpiano constituit: « Ut servorum de dominis querelas, vicissimque horum in illos criminationes audiret; ut patronis de libertis ingratis querentibus jus diceret; ut de tutorum curatorumve criminibus cognosceret; ut nummulariorum argentariorumque fraudes coerceret; ut carnis curam gereret; ut quietem in populo procuraret, illicitaque collegia coerceret; ut spectaculorum disciplinæ præesset; denique,

legendi[7] Senatus, et alterum recognoscendi turmas Equitum, quotiescunque opus esset.[8] Censores, creari desitos, longo intervallo creavit: numerum[9] Prætorum auxit. Exegit[10] etiam ut quoties consulatus sibi daretur, binos pro singulis collegas haberet: nec obtinuit, reclamantibus cunctis, satis majestatem ejus imminui, quod honorem eum non solus, sed cum altero, gereret.

XXXVIII. Nec parcior in bellica virtute honoranda, super[1] triginta ducibus justos triumphos, et aliquanto

quicquid non modo intra Urbem, verum etiam intra centesimum ab Urbe lapidem commissum esset, animadverteret; sicut et Urbe et Italia interdicendi potestatem haberet, itemque in insulam deportandi. » Ornatus est hac dignitate Agrippa A. U. 733, auctore Dion. LIV, 6. Alios nominat Tacit. Ann. VI, 11, ubi cf. interpr.

7. *Triumviratum legendi Senatus.* Censorum antea fuerat legere Senatum, lege Ovinia. Cf. Festus in *Præteriti Senatores*, et Fabric. ad Dion. XXXVII, 46. Consilium tribuit Mæcenati novum hunc faciendi magistratum, quamquam de uno tantum, non de duplici triumviratu loquens, Dio, LII, 21.

8. *Censores.* Conf. Dio, LIV, 2, ad ann. 732.

9. *Numerum Prætorum auxit;* quod fecerat jam Cæsar: conf. ad Cæs. cap. 41. Respicere igitur Suetonius non eum, qui sub Cæsare, sed, qui libera Republica fuerat, numerum videtur. Velleius enim, II, 89: « imperium magistratuum ad pristinum redactum modum; *tantummodo octo Prætoribus allecti duo.* » Conf. Lipsii doctissimum Excursum ad Tacit. Annal. lib. I, 14, tom. IV, pag. 331 edit. nostræ.

10. *Exegit;* postulavit, rogavit; sed non obtinuit.

XXXVIII. 1. *Super triginta ducibus justos triumphos*, etc. Quomodo tot triumphi agi potuerint usque ad annum 740, ex quo ii desiarunt, intelligere demum erit, si *justos* accipiamus de rebus gestis, quæ *justa* et necessaria erant materia triumphi, ut is honos ab Augusto per gratiam potius obtineretur, quam pro factis ipsis lege decerneretur. Vide Baumgart. Ab anno 740, *justi triumphi* non amplius habiti a ducibus, sed *ornamenta* tantum *triumphalia* iis data (Dio, LIV, 24). Panvin. de Triumpho, c. 6. (Thes. tom. IX, p. 1391 seq.): « Duces quoque, qui Cæsarum tempore fuerunt, invidiam maximi honoris vitaturi, rebus egregie gestis, triumphi mentione omissa, *triumphalibus ornamentis* contenti erant. Hæc autem fuerunt: *supplicationes decretæ, appellatio Imperatoris, laurea corona, prætexta* seu *trabea triumphalis, sceptrum, statua, sacrificia*, et *cetera triumphantium insignia*; curru tamen intra Urbem non vehebantur, neque consuetam pompam age-

pluribus triumphalia ornamenta decernenda curavit. Liberis Senatorum, quo celerius Reipublicæ assuescerent, protinus [2] virilem togam, latum clavum induere, et Curiæ interesse permisit, militiamque auspicantibus non tribunatum modo legionum [3], sed et præfecturas alarum dedit: ac ne quis expers castrorum esset, binos plerumque laticlavios præposuit singulis alis. Equitum [4] turmas frequenter recognovit, post longam intercapedinem reducto more

bant. Qui honor usque ad Constantini Imp. tempora permansit, post quæ cum triumpho paulatim obliterari cœpit. »

2. *Protinus virilem togam*, etc. Puto, stare posse hanc lectionem, ut *protinus* sit *simul*, atque placet mihi asyndeton, quod eodem fere momento togam et laticlaviam tunicam sumtas ostendit. Codd. alii, *virili togæ latum clavum inducere*, quod prorsus ineptum esse, quum latus clavus esset in tunica, hec sub toga, jam docuit Oudend.; alii, quos memorat Torrent. (non igitur Casauboni est emendatio, cui tribuunt eam Græv. et Ernest.) legerunt, *protinus a virili toga*, etc. id est, *post*. Ernest. suasit, *cum virili toga*; vel, *protinus, ut virilem togam, et latum clavum*, etc. Oudend., *protinus virili a toga et latum clavum induere, et curiæ*, etc. Omnia non necessaria esse videntur. Ceterum, vel prius a Senatorum filiis latum clavum simul cum toga virili per bellorum civilium licentiam sumi solitum, idque ab Augusto confirmatum modo et ad veram juvenum, qui inde in Curiam admittebantur, utilitatem translatum, vel adolescentulo Augusto tantum a Cæsare datum fuisse, apparet ex August. cap. 94, ubi vide.

3. *Non tribunatum modo legionum*. Dicti ii *Tribuni laticlavii* (cf. Domit. cap. 10), uti *angusticlavii*, qui, illustri genere non orti, virtute equestrem locum seu tribunatum meruerant, *angusto clavo*, ut veteres Equites, insignes. Cf. Ernest. ad Othon. 10. — *Alæ* illo tempore equitatus erant ex gentibus exteris, Gallis, Germanis, Hispanis, atque provincialibus collectus, quum post bella civilia nullus fere equitatus Romanus superesset. De varia *alarum* significatione, in diversis Reipubl. temporibus, vide Schelium in Hygin. (Thes. Græv. tom. X, p. 1075 seq.).

4. *Equitum turmas.... recognovit. Recognoscere* Equites fuerat antea Censorum; id Augustus nunc administravit, ut partem præfecturæ morum, quamquam sæpius, saltem nomine tenus, partitus videtur hunc honorem cum Triumviris iis, de quibus cap. sup., ut reliqua censuræ officia. De *Transvectione*, qua singulis annis Idibus Quintil. (Livius, IX, fin.) ab Æde Honoris, extra Urbem sita, in Capitolium Equites magna pompa procedebant, vide Rosin. Ant. Rom. IV, 11, pag. 285.

transvectionis. Sed neque detrahi quemquam in transvehendo ab accusatore passus est, quod fieri solebat; et senio vel aliqua[5] corporis labe insignibus permisit, præmisso in ordine equo, ad respondendum, quoties citarentur, pedibus venire: mox[6] reddendi equi gratiam fecit eis, qui majores annorum quinque et triginta retinere eum nollent.

XXXIX. Impetratisque a Senatu[1] decem adjutoribus, unumquemque Equitum rationem vitæ reddere coegit: atque ex improbatis alios pœna, alios ignominia notavit; plures admonitione, sed varia: lenissimum genus admonitionis fuit traditio[2] coram pugillarium, quos taciti, et ibidem statim legerent: notavitque aliquos, quod pecunias levioribus usuris mutuati, graviore fenore collocassent.

XL. Comitiis tribuniciis, si deessent[1] candidati Senatores, ex Equitibus Romanis creavit, ita ut, potestate trans-

5. *Aliqua corporis labe.* Gravius quodlibet vulnus intellige, ut nares præcisæ, vel aures, oculus effossus, etc.

6. *Mox reddendi equi gratiam fecit*, etc. Casaub. maluit *retinendi*, quoniam *gratiam facere* in Nostro alias est *remittere*, permittere, ne quid fiat, quod faciendum erat. Sed ita auctor brevius dicere potuisset, *mox gratiam fecit eis, qui... retinere equum nollent*, ac in phrasi *gratiam facere* omnino est sensus, alicui concedere, quod ei gratum sit, in utramque partem, vel *ut* vel *ne* faciat aliquid. Hoc loco igitur est *potestatem fecit*, ut Liv. III, 41, « *facta* per Cornelium Valerio *dicendi gratia*, *quæ vellet.* » Tribuit autem Augustus iis, qui ad eam ætatem provecti nullos, quibus in Senatum intrarent, honores acceperant, hoc beneficium, ut a molesto stipendia inter Equites merendi onere liberati, ordinem equestrem retinerent, quo excidebant vendere equum a Censore jussi.

XXXIX. 1. *A Senatu.* Al. *a Senatoribus.* Præferrem, quod et aliis placuit, e *Senatoribus*, nisi obstaret ingratus sonus ob sequens *adjutoribus.* Mallem tamen cum Burmann. e *Senatu.*

2. *Traditio coram pugillarium*, in quibus notata cujusque delicta, ut deprehendi se cognoscerent.

XL. 1. *Si deessent candidati Senatores.* Post Sullæ tempora Senatoribus tantum tribunatum plebis patuisse, diximus ad c. 10. Ab illis, quum infirmatam hanc potestatem detrectarent, jam ad Equites etiam translatam, narrat loco

acta, in utro vellent ordine manerent. Quum autem plerique Equitum, attrito bellis civilibus patrimonio, spectare ludos e quatuordecim non auderent, metu[2] pœnæ theatralis, pronunciavit, non teneri ea, quibus[3] ipsis parentibusve equester census nunquam fuisset. Populi[4] recensum vicatim egit: ac, ne plebs frumentationum causa frequentius a negotiis avocaretur, ter in annum quaternûm mensium tesseras dare destinavit; sed desideranti consuetudinem veterem concessit rursus, ut sui[5] cujusque mensis acciperet. Comitiorum[6] quoque pristinum jus reduxit: ac multiplici pœna coercito ambitu, Fabianis[7] et

e Nostro expresso Dio, LIV, 30.

2. *Metu pœuæ theatralis.* Legem *Juliam theatralem* commemorat Plin. Hist. Nat. XXXIII, 2, ubi dicit, nemini aureum aonulnm gestare licuisse, « nisi cui ingenuo ipsi, patri avoque paterno sestertia CCCC census fuisset, et (jus) lege Julia theatrali in quatnordecim ordinibus sedendi. » Coerciti igitnr hac lege ii, qui equestri censn (de quo vide ad Cæs. 33) destituti io spectaculis in quatnordecim ordines se intrusissent, eamque legem in mente habere videtur auctor infra c. 44, nbi « spectandi coufusissimum ac solutissimum morem correxisse et ordinavisse » Augustum dicit.

3. *Quibus...... equester census nunquam fuisset.* Omnes Edd., quas vidi, dant *unquam* sine ulla animadversione, præter Bremianam, quæ exhibet *nunquam*, verissime. Scilicet eos exemit pœna, qui non profusione sua aliave causa inhonesta patrimoninm contrivissent, eos adeo, quibus per bellorum civilinm calamitates ipsis parentibusve equester censns *nunquam* fuisset.

4. *Populi recensum*, etc. Ut Cæsar, c. 41, ubi vide. Noo magis hoc loco qnam illo de censu totius populi Romani cogitandnm.

5. *Sui cujusque mensis.* Injnria Bremius hæc verba vel non Latina, vel durissima judicat, suadens, *suum cujusque mensis.* Sed male interpretatur vnlgatum ita: *sui* scil. *frumenti tesseras cujusque mensis*; quæ saoe contorta esset construotio. Immo genitivns pendet ab omisso *tesseras* vel *frumentum.* *Suus quisque mensis* dicitur ut *suum quodque tempus*, atque est i. q. singuli menses. Ita bene quis diceret: pecooiam noo in annum, sed suo quoque mense accipio.

6. *Comitiorum .... pristinum jus reduxit*; id est, qualis comitiorum species sub Cæsare fuerat (Cæs. 41). Cf. Dio, LIII, 21.

7. *Fabianis* et *Scaptiensibus.* Ad *Scaptiam* tribum pertioebat ob gentem Octaviam; ad *Fabiam* ob Juliam, in quam per adoptionem venerat.

Scaptiensibus, tribulibus suis, die comitiorum, ne quid a quoquam candidato desiderarent, singula millia nummûm a se[8] dividebat. Magni præterea existimans, sincerum atque ab omni colluvione peregrini ac servilis sanguinis incorruptum servare populum, et civitatem Romanam parcissime dedit, et manumittendi[9] modum terminavit. Tiberio, pro cliente Græco petenti, rescripsit, « Non aliter se daturum, quam si præsens sibi persuasisset, quam justas petendi causas haberet. » Et Liviæ, pro quodam tributario Gallo roganti, civitatem negavit, immunitatem obtulit, affirmans, « Se facilius passurum, fisco detrahi aliquid, quam civitatis Romanæ vulgari honorem. » Servos non contentus multis difficultatibus a libertate, et multo pluribus a libertate[10] justa, removisse; quum et de

8. *A se*, de suo; al. male *asse*.

9. *Et manumittendi modum terminavit*; per leges *Fusiam Caniniam*, cujus latæ tempus incertum, et *Æliam Sentiam*, latam A. U. 757, Sex. Ælio Catone et C. Sentio Saturnino Coss., de quibus copiosissime egit Heinecc. Ant. Rom. I, tit. 6 et 7, pag. 110 seq. De nota manumittendi ratione apud Romanos et de summo, qui suo tempore invaluerat, hujus moris abusu, multis agit Dionys. Ant. IV, 24.

10. *A libertate justa*. Hac manumissi cives *Romani* fiebant. Cavit igitur *de differentia* eorum, qui manumitterentur lege Ælia Sentia, ita ut, qui propter flagitia facinorave ignominiosa pœna fuissent notati, accepta libertate ad *dediticiorum* tantum conditionem redigerentur, h. e. eodem loco essent, quo homines, qui bello in deditionem venissent. Caput hoc legis Heinecc. h. l. ex Ulpiano ita exhibet : « qui servus, quæve ancilla pœnæ causa a domino *vinctus vinctave*, aut in custodiam datus datave, quibusve vestigia scripta, itemque qui quæve propter noxam *tortus tortave* nocens inventus inventave, item qui quæve, ut ferro aut cum bestiis depugnaret, damnatus damnatave, aliove supplicio affectus affectave fuit : is eave quoquo modo manumissus manumissave, *justam libertatem non consequitor, sed dediticiorum numero esto*. » De dediticiorum conditione Heinecc. pag. 107 seq. Postea tertium genus accessit libertinorum, qui *Latini Juniani* dicti a lege Junia Norbana, lata ann. 771, quæ manumissis per modos minus solemnes non civitatis, sed Latinorum tantum jura concessit, de quibus vide Heinecc. pag. 106 seq. De *justa libertate* conf. etiam Lips. ad Tacit. Annal. XIII, 27, tom. II, pag. 244 Edit. nostræ.

numero et de conditione ac differentia eorum, qui manumitterentur, curiose cavisset, hoc quoque adjecit, ne vinctus unquam tortusve quis ullo[11] libertatis genere civitatem adipisceretur. Etiam habitum[12] vestitumque pristinum reducere studuit. Ac visa quondam pro concione pullatorum[13] turba, indignabundus et clamitans.[14], En,

Romanos, rerum dominos, gentemque togatam! »

negotium Ædilibus dedit, ne quem posthac paterentur in Foro circave, nisi positis lacernis, togatum consistere.

XLI. Liberalitatem omnibus ordinibus per occasiones frequenter exhibuit. Nam et, invecta Urbi Alexandrino triumpho regia gaza, tantam[1] copiam nummariæ rei effecit, ut, fenore deminuto, plurimum agrorum pretiis accesserit, et postea, quoties ex damnatorum bonis pecunia superflueret, usum ejus gratuitum iis, qui cavere[2] in

11. *Ullo libertatis genere;* i. e. nullo manumissionis modo, neque solemni, neque minus solemni.

12. *Habitum vestitumque. Vestitus* est pars *habitus* qui ad totum corpus pertinet, et modum significat illud habendi, non vestibus modo, earumque colore vel forma conspicuum. Ita nos, *le costume et la tournure.*

13. *Pullatorum turba. Pullati* sive *atrati* proprie rei dicebantur, toga sordida, seu in sordibus incedentes. Hoc loco plebs intelligitur Romana, quæ, toga fere deposita, tunicas sordidas atque *lacernas*, quod pallii genus reliquis vestibus superinduebatur, gerere solebat, unde Plin. Epist. VII, 17, *sordidos pullatosque*, Quintil. Inst. II, 12, *pullatum circulum*, et VI, 4, *pullatam turbam* dicunt.

14. *Clamitans, En.* Ejeci cum Gronov., Oudend., Wolf., quod sequebatur in vulg. *ait*, conjunxique quod novum ibi comma incipiebat, *negotium Ædilibus dedit*, etc. eum superiori *clamitans.* Versum esse Virgilii, Æneid. I, 282, nemo nescit. Deinde, *in Foro circave* eum Oudend. dedi pro *Circove*, auctoribus optimis Codd. et Perizon. ad Sanct. Min. IV, 13. Sermo de concione tantum est, quod docet ipsa vox *consistere.* Ad spectacula admisit quidem pullatos, sed *media cavea sedere* vetuit, ut tradit Noster, cap. 44.

XLI. 1. *Tantam copiam... effecit*, etc. Conf. Dio, LI, 21. Oros. VI, 19: « Roma in tantum opibus (Alexandriæ urbis) aucta est, ut propter abundantiam pecuniarum, duplicia quam usque ad id fuerant, possessionum aliarumque rerum venalium pretia statuerentur. »

2. *Qui cavere in duplum possent;* i. e. prædibus vel pignoribus datis

duplum possent, ad certum tempus indulsit. Senatorum censum ampliavit, ac pro octingentorum millium[3] summa duodecies sestertio taxavit, supplevitque non habentibus. Congiaria[4] populo frequenter dedit, sed diversæ fere summæ : modo quadringenos, modo trecenos, nonnunquam ducenos quinquagenosque nummos : ac[5] ne minores quidem pueros præteriit, quamvis non nisi ab undecimo ætatis anno accipere cousuessent. Frumentum[6] quoque in annonæ difficultatibus sæpe levissimo, interdum nullo

de summa duplò majore cautionem interponere possent. Gallice, « qui « pouvaient répondre du double de « la somme qu'il leur prêtait. »

3. *Ac pro octingentorum millium summa duodecies sestertio taxavit.* In utraque summa dissentit Dio : priore, quam facit δέκα μυριάδων, id est, *quadringentorum millium* HS. ; posteriore, quam fuisse ait πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδων, h. e. *decies* HS. Jam contra eos, qui hunc Suetonii et Dionis de censu senatorio dissensum alterius utrius errori tribuerunt, vel nostro loco pro *duodecies* legendum *decies* censuerunt, Perizon. in Dissert. *de lege Voconia* ostendit, ante Augustum hunc censum *octingentorum millium* fuisse, ob bellorum civilium calamitates ortamque inde hominum pauperiem redactum quidem ad tempus ad *quadringenta millia*, auctum tamen postea ad *decies* HS., tandem novo incremento ad *duodecies* HS., quam summam, quoniam post mortem Augusti duravit, indicat Suetonius, ac nonnullis etiam suppletam fuisse ab Imperatore, ad ann. 757 narrat ipse Dio, LV, 13; qua liberalitate ad censum Senatorum ad eam summam (duodecies HS) augendom viam sibi parasse Augustus videtur. Hæc igitur sunt *tertia quadringenta* apud Juvenal. Sat. XIV, 326, quæ censum senatorium significare patet. Vide Rupert. ad h. l. et ad ejusdem Sat. VII, 118, ubi verba e Dodwell. Annal. Quintil. huc facientia transcripsit. — *Supplevitque*, etc. Sæpius id factum memorat Dio.

4. *Congiaria .... frequenter dedit.* Horum frequens mentio apud Dionem; LI, 21, ann. 725; LIII, 28, ann. 730; LV, 10, ann. 752, et Tacit. nost. edit. tom. IV, p. 260.

5. *Ac ne minores quidem pueros præteriit.* Sic Trajanum prolixe laudat Plinius, quod ad congiaria sua infantes quoque admitteret.

6. *Frumentum quoque.... admensus est.* De frumento, populo ex publico singulis mensibus diviso, vide quæ diximus ad Cæs. 41. Hoc loco sermo de extraordinariis frumentationibus. Monum. Ancyr., « duodecim frumentationes frumento privatim coempto emensus sum. Vide Contaren. de Frumentaria Principum Largitione, c. 3, quod agit de frumentariis Principum largitionibus (Thes. Græv. tom. VIII, pag. 951 seq.

pretio, viritim admensus est, tesserasque nummarias duplicavit.

XLII. Sed ut salubrem[1] magis quam ambitiosum Principem scires, querentem de inopia et caritate vini populum severissima coercuit voce: « Satis provisum[2] a genero suo Agrippa, perductis pluribus aquis, ne homines sitirent. » Eidem populo, promissum quidem congiarium reposcenti[3], « Bonæ se fidei esse, » respondit: non promissum autem flagitanti turpitudinem et impudentiam edicto exprobravit, affirmavitque, non daturum se, quamvis dare[4] destinarat. Nec minore gravitate atque constantia, quum, proposito congiario[5], multos manumissos

XLII. 1. *Salubrem magis quam ambitiosum*; i. e. qui vera Reipublicæ commoda præstare, multisque morbis laboranti mederi, quam nimiis beneficiis multitudinis animos conciliare sibi mallet. Cf. Ernest. ad Tacit. Hist. I, 83, *ambitiosum imperium* interpretantem, et eumdem Tacit. Hist. II, 12, « Suedius Clemens *ambitioso imperio* regebat... adversus modestiam disciplinæ corruptus. » Conf. Tacit. nost. edit, tom. III, pag. 120, et pag. 154, in notis.

2. *Satis provisum*, etc. Simile quid de Pescennio Nigro tradit Spartian. cap. 7. Quum enim milites limitanei Ægypti vinum peterent, *Nilum habetis*, respondit, et *vinum quæritis?*

3. *Reposcenti*. Vera sine dubio est sententia Reitzii, qui, Burmanno particulæ *re* vehementiæ notam tribuente, Ernestio ex argentei seculi usu simplex pro composito dictum putante, h. l. potius *re* debitum spectare censet, quod, ut potius *reddi* dicatur, quam *dari*, ita et *repeti* et *reposci* potius quam *peti* vel *posci*, coll. Virgil. Æneid. XII, 2, « sua nunc promissa *reposci*. »

4. *Destinarat*. Bene se habet indicativus; nam verba sunt auctoris, non Augusti. Jungi autem *quamvis* indicativo, docuere pridem viri docti. Codices alii, *destinaret*. Reitzius mallet *destinarit*. At, si vel maxime esset oratio obliqua, esse deberet *destinasset*, ob præcedens *affirmavit*.

5. *Quum, proposito congiario, multos manumissos*, etc. Non statim ut aliquis manumissus erat, ad congiarium aliasve liberalitates admittebatur, sed in tribum prius describi oportuit (quod beneficium ipsi patroni sæpe manumissis emebant): hinc diserte Noster *insertosque civium numero* addit. Jam autem repressa ab Augusto lucri cupiditas, quæ multos temporibus illis impellebat, ut servos suos nullo discrimine ac per fraudem manumitterent, qui, in tribus divisi, ad frumentationem, congiaria, et id

insertosque civium numero comperisset, negavit accepturos, quibus promissum non esset; ceterisque minus, quam promiserat, dedit, ut destinata summa sufficeret. Magna vero quondam[6] sterilitate, ac difficili remedio, quum venalicias et lanistarum familias, peregrinosque omnes, exceptis medicis et præceptoribus, partemque servitiorum, Urbe expulisset; ut tandem annona convaluit, « impetum[7] se cepisse » scribit, « frumentationes publicas in perpetuum abolendi, quod earum fiducia cultura agrorum cessaret: neque tamen perseverasse, quia certum haberet, posse[8] per ambitionem quandoque restitui. » Atque ita[9] posthac rem[10] temperavit, ut non minorem ara-

genus alia legitimorum civium commoda admitterentur, et mox ad patronos suos omnia deferrent.

6. *Magna vero quondam sterilitate*, etc. Orosius, VII, 3, contemto templo Hierosolymitano eam calamitatem tribuit, additque e Nostro : « Itaque anno imperii Cæsaris quadragesimo octavo, adeo dira Romanos fames consecuta est, ut Cæsar lanistarum familias, omnesque paregrinos, servorumque maximas copias, exceptis medicis et præceptoribus, trudi urbe præceperit. » Cf. Dio, LV, 26, ad ann. 759. *Præceptores* intellige Græcos γραμμάτων διδασκάλους.

7. *Impetum se cepisse*. Subjectum h. l. est *se*. Infra, Calig. 43, « expeditionis Germanicæ *impetum cepit*; » Othon. 9, « Ac statim moriendi *impetum cepit*. »

8. *Posse per ambitionem quandoque restitui*; per sequentes Imperatores, ut populi favorem sibi conciliarent. Quibus non placuit, *certum haberet*, *posse* (quod enim certum habemus, id non *posse fieri* credimus, sed *fore*), reposuerunt ex uno Codice *post se*. At id exprimi jam videtur sequenti *quandoque*, i. e. aliquando post se, atque fateor, non adeo me offendi illo *posse*. Certum enim vel persuasum sibi quis habere potest, forsan fore, ut aliquid fiat, i. e. posse fieri. Fortasse etiam *posse* inservit periphrasi futuri verbi *restitui*. Ceterum, quum constet, infinitivum præsentis sæpe poni pro infinitivo futuri, de qua re cf. Oudend. ad h. l., malim omittere illud *posse* cum Juntina et Aldina, additum forte ab eo, quem vexavit infinitivus *restitui*, vel ortum ex *post se*, quod glossema erat vocis *quandoque*.

9. *Posthac*. Ita e Codd. dederat Rob. Stephanus, et reddidit Wolf. Vulgo, *post hanc rem*, quod confundere poterat lectorem, voc. *post*, i. e. *postea*, capientem pro præpositione. Burmannus conjicit *potius*.

10. *Rem temperavit*, ut... *rationem duceret*. *Duceret* edidi cum Wolfio, postquam idem jusserant

torum ac negotiantium, quam populi, rationem duceret.

XLIII. Spectaculorum et assiduitate, et varietate atque magnificentia, omnes antecessit. Fecisse ludos se, ait, suo nomine [1] quater: pro aliis magistratibus, qui aut abessent, aut non sufficerent, ter et vicies. Fecitque nonnunquam etiam vicatim, ac pluribus [2] scenis, per omnium linguarum histriones. Munera [3] non in Foro modo, nec Amphi-

ex Edd. antiquis Ernest. et Oudend. Vulgo *deduceret*. Dicitur quidem subinde *deducere* pro *ducere*, ut cap. 43, *tensas deducere*, etiam *deducere carmen*, *rationem*, ubi compositum proprie verbum est ex *de* et *ducere*; sed *alicujus rationem deducere* ferri nequit, neque, si Suetonius dixisset, Romanis auribus placuisset. Quod ad sententiam attinet, non possum, quin discedam a Casaub., qui putat, Augustum, ut vulgi socordiam excitaret, ad frumentationem non minus eos admisisse, qui agros colerent et mercimonia exercerent (eos enim *negotiantes* intelligit), quam pauperes illos urbicos, qui soli ante Augustum publico frumento ali soliti. At ita socordiam non excitasset, sed auxisset, et ad plura hominum genera propagasset. Potius: frumentationes ita *temperavit*, moderatus est, imminuit, ut *aratorum ac negotiantium*, i. e. Equitum, qui vectigalia agrosque publicos conduxissent, multisque manibus opus haberent ad exercenda negotia colendosque agros, non *minus rationem duceret*, haberet, multis scilicet pauperibus temperata frumentatione ad laborem illis ministrandum revocatis (alias enim *agrorum cultura prorsus cessasset*), quam *populi*, i. e. plebis ipsius, quæ tales largitiones perpetuo exspectaret atque postularet.

XLIII. 1. *Ait, suo nomine quater;* in Monum. Ancyr., ubi, « ludos feci meo nomine quater, aliorum autem magistratuum absentium ter et viciens; » unde patet, non addendum esse nostro loco *et vicies* post *quater*, vel legendum *quadragies*, quæ Lipsii fuit sententia, Elect. II, 17. An vero repetendum sit *vicies* ex sequenti *ter et vicies*, quomodo Casaub. statuit, probante Wolfio, ambigo adhuc. Exempla mihi desunt, æque ac Burmanno, præmissi ita minoris, subjectique majoris numeri, neque probanda esset in auctore tam ambigua scribendi ratio.

2. *Vicatim.... per omnium linguarum histriones.* Ita Cæsar. 39, « edidit etiam ludos regionatim Urbe tota, et quidem per omnium linguarum histriones. »

3. *Munera.* Hoc vocab., quod insertum emendationi Ernestii debemus, occupatæ tamen a Perizonio, et comprobatæ ingenio Oudendorp., reliqui, Wolfium secutus, qui tamen gravius ulcus hic sedere putat. Quid, si nihil inseras, et suppleas ex sequentibus *venationes*, ut sensus sit: Venationes non in Foro modo, etc. et interdum (id enim est *aliquando*) solam

theatro, sed in Circo et in Septis[4], et aliquando nihil præter venationem edidit: athletas[5] quoque, exstructis in campo Martio sedilibus ligneis: item navale prælium, circa Tiberim cavato[6] solo, in quo nunc Cæsarum nemus est. Quibus diebus custodes in Urbe disposuit, ne raritate remanentium grassatoribus obnoxia esset. In Circo aurigas[7] cursoresque et confectores ferarum, et nonnunquam ex nobilissima juventute, produxit. Sed et Trojæ[8] lusum edidit frequentissime, majorum minorumve puerorum di-

venationem sine alio munere edidit. Post *sed* supple *etiam* vel *et*, ut sæpe, quamvis h. l. multi addant *et*. Ceterum, vide quæ de h. l. disputat Walther. Observ. pag. 15 seq., qui ab initio capitis voc. *spectacula* huc referendum, non inserendum, existimat.

4. *Et in Septis. Septa* erant in campo Martio, circumdata porticibus satis amplis, in quibus etiam comitia nonnunquam habebantur. Conf. Dio, LIII, 23, ad ann. 728. Sæpe ibi exhibita munera. Vide Calig. 18 et 21; Claud. 21; et cf. Donat. de Urbe Roma, III, 16 (Thes. tom. III, p. 746 seq.). De *venationibus* et *athletis* vide ad Cæsar. 10 et 39.

5. *Athletas quoque, exstructis... sedilibus ligneis*; ann. 726, quo Augustus sextum Consul. Dio, LIII, 1.

6. *Circa Tiberim cavato solo*; ann. 752. Dio, LV, 10. Mon. Anc. « Navalis prælii spectaculum populo dedi trans Tiberim, *in quo loco nunc nemus est Cæsarum*, *cavato solo*, in longitudinem mille et octingentos pedes, in latitudine mille erant et duceni, in quo triginta rostratæ naves, triremes et quadriremes, plures autem minores inter se conflixerunt, Atticis et Persicis classibus pugnaverunt, præter remiges, millia hominum triginta circiter; » ut suppletum nunc legitur. Conf. Vell. II, 100; Ovid. Art. Amat. I, 171 seq.; Tacit. Annal. XII, 56, et XIV, 15, ubi vide Lips. — *Cæsarum nemus* dictum a Caio et Lucio, Agrippæ e Julia filiis.

7. *Aurigas cursoresque.* De *aurigis* vide Panvin. de Ludis Circensibus 1, 11; Bulenger. de Circo Rom. Ludisque Circ. cap. 50; de *cursoribus*, Panvin. II (Thes. tom. IX, p. 310 seq.) et Bulenger. cap. 31; de *confectoribus ferarum*, Bulenger. de Venatione Circi, var. luc. (Thes. tom. eodem).

8. *Trojæ lusum.* Ita optimi Codd. et scribendum sic esse, non *ludum*, probat Oudend., excitans Senec. Troad. 778, et Serv. ad Virgil. Æneid. V, 602. Sæpius ab Augusto editum memorat Dio; ut XLVIII, 20, ad ann. 714; XLIX, 43, ad ann. 724; LI, 22, ad ann. 725; LIII, 1, ad ann. 726; et LIV, 26, ad ann. 741. Ceterum, cf. ad Cæs. 39. — Pro *majorum*, al. *magnorum*. Postea dedimus eum Ouden-

lectu; prisci decorique moris existimans, claræ stirpis indolem sic notescere. In hoc ludicro C. Nonium Asprenatem, lapsu[9] debilitatum, aureo[10] torque donavit; passusque est ipsum posterosque Torquati ferre cognomen. Mox finem fecit talia edendi, Asinio Pollione oratore graviter invidioseque in Curia questo[11] Æsernini nepotis sui casum, qui et ipse crus fregerat. Ad scenicas quoque et gladiatorias operas etiam[12] Equitibus Romanis aliquando usus est; verum prius, quam Senatusconsulto interdiceretur. Postea nihil sane, præterquam adolescentulum Lu cium[13], honcste natum, exhibuit; tantum ut ostenderet,

dorp. *dilectu* pro *delectu*. Denique pro *notescere*, probat Torrentius *enitescere*. Burm. mallet *enotescere* vel *innotescere*.

9. *Lapsu debilitatum*; crure fracto. Mox enim de Pollionis nepote, « qui *et ipse* crus fregerat. » Ita Calig. 26, « insignes *debilitate aliqua* corporis; » Cicero, pro Flacc. 30, « membra, quæ *debilitavit* lapidibus, fustibus, ferro; manus, quas *contudit*; digitos, quos *confregit*; nervos, quos *concidit*, restituere non potest; » pro Sext. 37, « vulneribus acceptis, ac *debilitato corpore et contrucidato*; » Tacit. Ann. IV, 63, « quinquaginta hominum millia eo casu *debilitata vel obtrita sunt*; » Senec. de Provid. cap. 3 et 5, ubi *debilitari* et *integris corporibus incedere* opponuntur.

10. *Aureo torque donavit*. Ceteri galeas tantum, hastilia, præmiaque id genus acceperunt. Bæbius Macer: « Cæsar Augustus pueris, qui luserunt Trojam, donavit galeas et bina hastilia. » Inde Virgil. perpetuus et ante omnes elegans Augusti adulator, Æn. V, 557:

Cornea *bina* ferunt præfixo *hastilia* ferro;
Pars leves humero pharetras; it pectore summo
Flexilis obtorti *per collum circulus auri*.

11. *Æsernini*. Marcelli, de quo vide Ernest. ad Tacit. Annal. III, 11. Mox *fregerat* cum Ern. et Oudend. dedimus, pro *effregerat*.

12. *Etiam Equitibus Romanis*, etc. Sæpius antea factum in tanta morum corruptela, ut Senatores et Equites in scenam prodirent, vel gladio depugnarent. Cf. Cæs. cap. 39, et Dio, XLIII, 23, qui ad Augusti tempora rem eamdem sæpius notat. Senatusconsultum, quo id interdictum est, dicere videtur XLVIII, 43, ad ann. 716, quod confirmatum ab Augusto legitur LIV, 2, ann. 732. Tamen LVI, 25 (ann. 764), pudenda illa res, quam ipsa Imperatoris voluntas prohibere haud potuisse videtur, rediisse traditur, dataque sub sequentibus Imperatoribus venia Equites usi sunt.

13. *Lucium*. Codices alii, *Licium* aut *Litium*. Torrent. scribendum censet *L. Itium*, cui adstipulantur Oudend. et Wolfius. Casaub. re-

quod erat bipedali minor, librarum septemdecim, ac vocis immensæ. Quodam autem muneris die, Parthorum[14] obsides, tunc primum missos, per mediam arenam[15] ad spectaculum induxit, superque se subsellio secundo collocavit. Solebat etiam citra[16] spectaculorum dies, si quando quid invisitatum[17] dignumque cognitu advectum esset, id extra ordinem quolibet loco publicare: ut[18] rhinocerotem apud Septa, [19] tigrim in scena, anguem quinquaginta cubitorum pro[20] Comitio. Accidit votivis[21] Circensibus, ut correptus valetudine, lectica cubans, tensas[22] deduceret:

ctum putat *Lycium*, nomen ἰθυιών, ideo minus probandum, quod de Romanis exhibitis sermo, et diserte *honeste natus* dicitur. Fortasse stare potest *Lucium*, appellatumque vulgo monstrum illud a prænomine.

14. *Parthorum obsides;* de quibus dictum ad cap. 21.

15. *Per mediam arenam;* ut prius a populo spectarentur. — *Superque se subsellio secundo collocavit*, hoc est, in altero ordine subselliorum in orchestra, quum in primo, scenæ proximo, Princeps ipse et magistratus sederent. *Super se* dixit, quod, ut in omnibus theatris, posteriora subsellia altiora erant prioribus.

16. *Citra;* quum non essent spectaculorum dies.

17. *Invisitatum;* i. e. nondum visum. Al. *inusitatum*, solenni horum vocab. confusione. Ita permiscentur Liv. V, 17, « gentem *invisitatam*, » ubi Gronov. etiam edidit *inusitatam;* et V, 35, « quum formas hominum *invisitatas* cernerent, » ubi Gronov. item *inusitatas*. *Visitare* esse *videre* (nos, *aller voir*) nemo negabit, qui vel e Sallustii lectione, frequentativa promiscue pro primitivis dici, didicerit.

18. *Ut rhinocerotem;* ann. 725. Dio, LI, 22.

19. *Tigrim*. Plin. Hist. Nat. VIII, 17: « Divus Augustus Q. Tuberone, Fabio Maximo Coss., IV Nonas Maias, theatri Marcelli dedicatione, tigrin primus omnium Romæ ostendit in cavea mansuefactum; Divus vero Claudius simul quatuor. »

20. *Pro Comitio. Comitium* locus erat in Foro, juxta Curiam, coitioni curiarum maxime destinatus. Varro, de Ling. Lat. « Comitium ab eo, quod coibant eo comitiis curiatis, et litium causa. » De eo vide Nardin. Rom. Vet. V, 3 (Thes. tom. IV, pag. 1139 seq.).

21. *Votivis Circensibus;* ludis ex voto celebratis.

22. *Tensas*. Cf. ad Cæs. 76, ubi recte Wolf. *tensam* scribit; hoc autem loco minus accurate *thensas*. Ceterum insolitum id maxime fuit, ideoque rem notat Suetonius, quod lectica cubans Augustus tensas deduxerit, quum curru triumphali summi magistratus facere id solerent. Vide Ruben. de Re Vestiar.

rursus commissione ludorum, quibus theatrum[23] Marcelli dedicabat, evenit, ut, laxatis sellæ curulis compagibus, caderet supinus. Nepotum[24] quoque suorum munere, quum consternatum ruinæ metu populum retinere et confirmare nullo modo posset, transiit e loco suo, atque in ea parte consedit, quæ suspecta maxime erat.

XLIV. Spectandi confusissimum ac solutissimum morem correxit[1] ordinavitque, motus injuria Senatoris, quem Puteolis per celeberrimos ludos consessu frequenti nemo receperat. Facto igitur decreto Patrum, ut, quoties quid spectaculi usquam publice ederetur, primus subselliorum ordo vacaret Senatoribus; Romæ[2] legatos liberarum sociarumque gentium vetuit in orchestra considere, quum, quosdam etiam libertini generis mitti, deprehendisset. Militem[3] secrevit a populo. Maritis[4] e plebe pro-

I, 21 (Thes. tom. VI, pag. 997). — *Deducere tensam* legitur etiam Vespas. 5, quo loco æque ac nostro Ernest. corrigendum censet *ducere*. Rectius Wolf. *deducere* vocabulum hac in re proprium judicat. Id confirmare videtur, quod solennis pompa de Capitolio per Forum in Circum *deducta* est.

23. *Theatrum Marcelli.* Vide supra, cap. 29.

24. *Nepotum;* Caii et Lucii, filiorum Agrippæ e Julia.

XLIV. 1. *Correxit ordinavitque.* Confusissimum ordinavit, solutissimum correxit. Sæpissime ita Suetonius: vide cap. 46, fin. Mox in verbis, *per celeberrimos ludos consessu frequenti* nullum esse pleonasmum, contra Ernestum docuit Wolf. *Celeberrimi* ludi dicuntur, ad quos maxima hominum multitudo confluxit. Additur autem *consessu frequenti*, quod plenum jam erat theatrum, quum Senator intraret, ita ut ejus injuria esset conspectior.

2. *Romæ.* Opponitur præcedenti *usquam*. In *orchestra* sedem fuisse Senatorum, sæpius monui.

3. *Militem secrevit a populo;* vel honoris causa, ut distingueret homines, præ reliquis de se et de Republ. meritos; vel ut occasionem seditionum theatralium tolleret. Hoc suadere videtur, quod exponit auctor de correcto solutissimo spectandi more; illud autem locus Taciti, Annal. VI, 3, a Casaub. jam excitatus, ubi Junius Gallio censuisse dicitur, « ut Prætoriani, actis stipendiis, jus apiscerentur in quatuordecim ordinibus sedendi; » cui dixit increpans Tiberius: « reperisse prorsus, quod D. Augustus non providerit. »

4. *Maritis e plebe.... assignavit;* ex lege Papia Poppæa, ad quam

prios ordines assignavit: prætextatis[5] cuneum suum, et proximum pædagogis: sanxitque, ne quis[6] pullatorum media cavea sederet. Feminis[7] ne gladiatores quidem, quos promiscue spectari solemne olim erat, nisi ex superiore loco[8] spectare concessit solis. Virginibus Vestalibus locum in theatro separatim, et contra Prætoris[9] tribunal dedit. Athletarum vero spectaculo muliebre[10] secus omnes adeo summovit, ut Pontificalibus[11] ludis pugilum par

refert honorem hunc theatralem etiam Lips. in Excurs. ad Tacit. Annal. III, 25 (tom. IV, pag. 399 Edit. nostræ), coll. Martial. V, 42. — *Proprii ordines* sunt subsellia a reliquis distincta. Inutilis conjectura est Ernest. *propiores*, in vulgato aliquid honoris inesse temere negantis. Ita mox: « Virginibus Vestalibus locum in theatro *separatim*.... dedit. »

5. *Prætextatis.* Cf. ad Cæsar. 1. — *Cuneum. Cunei* scamna erant in theatris, propter scalas juxta assurgentes in cunei formam directa. Copiose de iis agit Lips. de Amphitheatro, c. 13.

6. *Ne quis pullatorum*, etc. De *pullatis* dictum ad c. 40. Longissime removit sordidam plebem, et in *summa cavea* vel contemtissimo loco spectare jussit, unde Calpurn. Ecl. VII, 26:

Venimus ad sedes, ubi pulla sordida veste
Inter femineas spectabat turba cathedras.

7. *Feminis ne gladiatores quidem*, etc. nedum ludus scenicos; quibus tamen et ipsis interfuisse jam olim feminas constat, sed non sine eorum permissu, in quorum potestate erant. Valer. Max. VI, 3, 12: « P. Sempronius Sophus..... conjugem repudii nota affecit, nihil aliud quam se ignorante ludos ausam spectare. »

8. *Nisi ex superiore loco;* item e summa cavea, et *solis*, non *promiscue* cum viris. Editt. aliæ vitiosa interpunctione, *Solis virginibus Vestalibus*, etc.

9. *Et contra Prætoris tribunal;* id est, e regione tribunalis Prætoris, qui ludis præerat. Hoc fuisse ad *Podium* probat Lips. de Amphith. cap. 11.

10. *Muliebre secus omnes;* i. e. omnes ad muliebre secus pertinentes, usu accusativi Græco. Liv. XLVII, 26, « liberorum capitum *virile secus* ad decem millia capta; » ubi cf. interpr.; Tacit. Annal. IV, 62, « *virile ac muliebre secus* omnis ætas; » Hist. V, 13, « multitudinem obsessorum omnis ætatis, *virile ac muliebre secus*, sexcenta millia fuisse accepimus. » Nostro loco alii *muliebre sexus omne*, ut *sexus* neutrum sit, ut *penus;* al. *muliebrem sexum omnem*, quæ varietas reliquis etiam locis reperitur. Ernest. dedit *muliebre secus omne.* Cf. Oudend. ad Frontin. I, 2, 6, et ad h. l., qui tamen in nota probavit *omnes* contra Ernest. et in textu reliquit *omne.*

11. *Pontificalibus ludis;* quos, ut videtur, edidit pontificatu ma-

postulatum distulerit in sequentis diei matutinum tempus, edixeritque, « Mulieres ante horam quintam venire in theatrum, non placere. »

XLV. Ipse Circenses ex amicorum fere libertorumque cœnaculis[1] spectabat, interdum[2] e pulvinari, et quidem cum conjuge ac liberis, sedens. Spectaculo plurimas horas, aliquando totos dies[3] aberat, petita venia, commendatisque, qui suam vicem præsidendo fungerentur. Verum quoties adesset, nihil præterea agebat: seu vitandi rumoris causa, quo patrem Cæsarem[4] vulgo reprehensum commemorabat, quod inter spectandum epistolis libellisque legendis ac rescribendis vacaret; seu studio spectandi[5] ac voluptate, qua teneri se neque dissimulavit unquam, et sæpe ingenue professus est. Itaque corollaria[6] et præmia alienis quoque muneribus ac ludis et crebra et grandia de

ximo suscepto. Ipsa autem edicti verba reddit Suetonius.

XLV. 1. *Ex amicorum... libertorumque cœnaculis;* i. e. ex ædibus proxime adjacentibus, unde prospectus erat in Circum. Cœnacula autem in summis ædibus esse solebant. Idem narrat Dio, LVII, 11, de Tiberio.

2. *Interdum* e *pulvinari*. *Pulvinar* jam Cæsari fuerat datum, ut Noster Cæs. 76. Talis lectus Augusto etiam sequentibusque Imperatoribus pro sede fuit; ne quis cum aliis de pulvinari Deorum in spina Circi cogitet. Vide Claud. 4.

3. *Aberat*. In libris fere omnibus contra sensum, *aderat*.

4. *Quo patrem Cæsarem*, etc. Idem notat de M. Antonino Capitolinus, cap. 15: « Fuit consuetudo Marco, ut in Circensium spectaculo legeret, audiretque, ac subscriberet. Ex quo quidem sæpe jocis popularibus dicitur lacessitus. »

5. *Seu studio spectandi*. Tacit. Annal. I, 54: « indulserat ei ludicro (ludis Augustalibus) Augustus, dum Mæcenati obtemperat, effuso in amorem Bathylli; neque ipse abhorrebat talibus studiis, et civile rebatur misceri voluptatibus vulgi. »

6. *Corollaria*, coronas, quas Plin. Hist. Nat. XXI, 2, auctor est, initio dictas *corollas* propter gracilitatem, mox et *corollaria*, « postquam e lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur. » Varro, de Ling. Lat., « Corollarium, si additur præterquam quod debitum, vocabulum fictum a corollis, quod hæ, quum placuerant actores, in scena dari solitæ. » De his aliisque præmiis quæ victoribus, in ludis diversi generis dabantur, cf. Panvin. de Ludis Circ. I, 16, et Bulenger. de Theatro, I, 58.

suo offerebat: nullique Græco[7] certamini interfuit, quo non pro merito certantium quemque[8] honorarit. Spectavit autem studiosissime[9] pugiles, et maxime Latinos: non legitimos atque ordinarios[10] modo, quos etiam committere cum Græcis solebat; sed et catervarios oppidanos, inter angustias vicorum pugnantes temere ac sine arte. Universum denique genus operas aliquas publico spectaculo præbentium etiam cura sua dignatus est. Athletis et conservavit privilegia, et ampliavit. Gladiatores sine missione[11] edi prohibuit. Coercitionem in histriones, magistratibus in omni tempore et loco lege vetere permissam, ademit, præterquam ludis[12] et scena. Nec tamen eo minus aut xysticorum[13] certationes, aut gladiatorum pugnas, severissime semper[14] exegit. Nam histrionum li-

7. *Græco certamini;* i. e. Romæ lingua, more, et habitu Græco edito. Alii certamina in Græcia edita intelligunt.

8. *Honorarit.* Codex alter, *honoraret.* In edit. Bremiana, nescio an typothetæ errore, *honoravit.*

9. *Pugiles;* qui pugnis et cæstibus pugnabant, de quibus vide Panvin. de Ludis Circ. (Thes. tom. IX, pag. 316 seq.).

10. *Ordinarios.* Erant lecti homines, qui legitimo tempore, loco et apparatu inducebantur; ita infra, Calig. 26, *ordinarius* est *apparatus.* — *Catervarii* non singuli cum singulis, sed confusi mixtique pugnabant et per catervas. Ita eos describit Lipsius, Saturn. II, 16.

11. *Sine missione;* i. e. ita, ut ad mortem pugnare cogerentur.

12. *Præterquam ludis et scena;* h. e. ut ea tantum punirentur a magistratibus, quæ ludorum tempore et in scena peccassent, neglecta vel violata publica oblectatione. Ac *verberum* etiam *immunes* fecerat histriones Augustus, ut Tacit. Annal. I, 77, ubi cf. Lips. qui nostrum locum ita emendandum ibi censuit, ut legitur, pro, *præterquam ludos et scenam*, favente Cod. Ursini, assentientibus Torrentio, Casaubono, Grutero, et plerisque. Casaub. suasit etiam, *præter ludos et scenam;* Burm. *præterquam per ludos et sc.;* Oudend. *præterquam in ludos et sc.*, ut in altero MS. est.

13. *Xysticorum;* qui in *xystis*, i. e. porticibus tectis hiberno tempore pugnabant. Cf. Panvin. l. c. pag. 301. Commemorantur etiam Galb. 15.

14. *Exegit;* disciplinæ astrinxit, *exacta de sontibus pœna*, ut Cæsar. 69. Ita in Tiberio 19, «disciplinam acerrime *exegit;*» Cæs. 65, «*exactor* gravissimus disciplinæ;» Claud. 34, «pœnas *exigebat.*» Interpretatur auctor ipse proximis

centiam adeo compescuit, ut Stephanionem [15] togatarium, cui in puerilem habitum [16] circumtonsam matronam ministrasse compererat, per [17] trina theatra virgis cæsum relegaverit; Hylan [18] pantomimum, quærente Prætore, in atrio domus suæ, nemine excluso, flagellis verberarit; et Pyladen Urbe atque Italia summoverit, quod spectatorem, a quo exsibilabatur, demonstrasset digito, conspicuumque fecisset.

XLVI. Ad hunc modum Urbe [1] urbanisque rebus administratis, Italiam [2] duodetriginta coloniarum numero,

his, « licentiam adeo compescuit. »

15. *Togatarium;* actorem fabularum togatarum, de quibus Bulenger. de Theatro, I, 6. Vera autem videtur emendatio *togatarum* scil. actorem, exhibita jam ab Egnatio et Torrentio, et a plerisque editoribus probata, sed ob Codd. silentium in textum nondum recepta. *Stephanionem* primum togatas saltare instituisse, tradit etiam Plin. Hist. Nat. VII, 48 (49).

16. *Circumtonsam.* Circumtonderi, περικείρεσθαι, puerorum fuisse delicatorum, ἁπαλῶν, multis ad h. l. ostendit Casaub.

17. *Per trina theatra;* Pompeii, Balbi, et Marcelli; nisi de Statilii Tauri amphitheatro alterum sit intelligendum.

18. *Hylan... Pyladen.* Multa de Hyla et Pylade histrionibus Macr. Saturn. II, 7, ubi: « nec Pylades histrio nobis omittendus est, qui clarus in opere suo fuit temporibus Augusti, et Hylam discipulum usque ad æqualitatis contentionem eruditione provexit: populus deinde inter utriusque suffragia divisus est. » Pyladen Urbe summotum atque revocatum ab Augusto memorat etiam Dio, LIV, 17. Ibidem Pyladis cum Bathyllo, Mæcenatis amasio, contentiones scenicas refert, quas etiam Macrobius, l. c. quamquam Hyla pro Bathyllo nominato. Copiose de his artificibus agit Bulenger. l. c. I, 51. — *Pantomimorum* artem circa Augusti primum tempora prodiisse, appellatosque eos, quod unus saltator tot personas sustineret, quot partibus fabula constaret, docet Mariscott. de Personis et Larvis, cap. 2 (Thes. tom. IX, p. 1118).

XLVI. 1. *Ad hunc modum Urbe,* etc. Hæc et cetera quæ de rebus ordinandis Augusti acta sequuntur, pretio suo æstimat Montesquieu, *Grandeur et Décadence*, etc. cap. XIII : « Auguste.... établit l'ordre, « c'est-à-dire, une servitude durable : car, dans un état libre, où « l'on vient d'usurper la souveraineté, on appelle règle tout ce « qui peut fonder l'autorité sans « bornes d'un seul ; et on nomme « trouble, dissension, mauvais gouvernement, tout ce qui peut « maintenir l'honnête liberté des « sujets. »

2. *Italiam... frequentavit.* Mo-

deductarum ab se, frequentavit, operibusque ac vectigalibus publicis plurifariam instruxit: etiam jure ac dignatione Urbi quodammodo[3] pro parte aliqua adæquavit, excogitato genere suffragiorum, quæ[4] de magistratibus

num. Ancyr., « Colonias in Africa, Sicilia, Macedonia, utraque Hispania, in Gallia Comata et Gallia Narbonensi præter præsidia militum dedoxi. Italia autem colonias, qoæ vivo me celeberrimæ et frequentissimæ fueruot, XXVIII dedu-etas habet; » ubi tamen numerus e nostro demum loco suppletus. Colonias ab Augusto dednctas recensent Panvin. in Imper. Romano (Thes. tom. I, p. 383 seq.), et Sigon. de Ant. Jure Italiæ, III, 4, qui, quom deductas ab Augusto post victoriam Actiacam acquisitumqne sommnm imperiom solummodo intelligendas h. l. existimet (quæ Casauboni etiam est sententia, et Fontanin. de Antiq. Hortæ, I, 2, 3), numernm Suetonii non efficit. Oudend. igitur illas quoqoe octodecim comprehendendas hoc numero eenset, quas Augustus Triumvir suo et collegarum, Antonii inprimis, nomine deduxit, de quibus vide supra ad cap. 13, quod sane est verisimilius.

3. *Quodammodo pro parte aliqua.* Hunc pleonasmum ab omnibus libris confirmatnm defendit Oudend. ad Cæs. 4, ubi, « *non distulit, quin e vestigio*, etc. » Aug. 66, « exegit *invicem* beuevolentiam *mutuam;* » Tiber. 59, « *vera* plane *certaque*, » et cap. 68, « *pæne prope;* » Galb. 10, « *repente ex inopinato.* » Non otiosa autem esse in ejusmodi dictionibus, quæ pleonastice addita videntur, vocabula, sed accuratum scriptorem singulis snum sensum tribuisse, singnlis fere locis potest demonstrari, ut h. l. *pars* et *modus* sane differunt. Non taceuda tamen Mulleri conjeetnra, *quamquam modo pro parte aliqua.*

4. *Quæ de magistratibus... ferrent.* Locum maxime impeditum varie interpretantur. Ex Suetonii verbis soli *Decuriones* coloniarum, non omnes coloni, jus suffragii de magistratibus *urbicis*, i. e. Urbis Romæ habnisse videntur, quod repugnat juri, quod coloniæ habebant, civitatis. Noris. ad Cenotaph. Pis. ad novas tantum colonias ab Augusto conditas novnm id institutum pertinere existimat. Burmann. trajectione loco mederi conatur, legens, « excogitato genere suffragiorum, quæ de magistratibus urbicis in sna quisque colonia ferrent, et Decuriones colonici sub diem cnmitiorum obsignata Romam mitterent, » probantibus Oudend., Wolfio et Reitzio. Oudend. tamen *ferrent* intelligi etiam posse existimat pro *acciperent, referrent, obtinerent,* quomodo Cæs. 13, « ut plura ipse... suffragia *tulerit*, » ubi sensus esset, Decnriones colonicos ab Augusto etiam admissos esse ad honorum et magistratuum urbicorum petitionem, remissa Romam veniendi ibique profitendi necessitate; qoæ ratio mihi maxime arridet. Sed quid, si singularis quædam significatio est in verbo *ferrent*,

urbicis Decuriones colonici in sua quisque colonia ferrent, et sub diem comitiorum obsignata Romam mitterent. Ac necubi aut honestorum deficeret copia, aut multitudinis soboles, equestrem militiam petentes etiam ex commendatione publica cujusque oppidi ordinabat; at iis, qui e plebe regiones sibi revisenti filios filiasve approbarent, singula nummorum millia pro singulis dividebat.[5]

XLVII. Provincias[1] validiores, et quas annuis magistratuum imperiis regi, nec facile nec tutum erat, ipse suscepit: ceteras[2] Proconsulibus sortito permisit, et tamen nonnullas commutavit[3] interdum; atque ex utroque genere plerasque[4] sæpius adiit. Urbium[5] quasdam fœdera-

intelligendo pro *ferenda curarent* seu *ferri juberent*, ut Decurionibus comitia in coloniis habentibus, auctoribus adeo suffragiorum ibi ferendorum atque præsidibus, suffragia ipsa tribuantur. *Ferrent* interpretari etiam aliquis possit *referrent*, i. e. libris inferrent, ut relata ita obsignataque Romam mitterentur suffragia. Ita *latæ rationes* secundum nonnullos apud Cic. ad Div. V, 20, 8. Post viros doctissimos de sensu loci incertos profiteri nos, non pudori est.

5. *Ac necubi.... dividebat.* Protasi, *necubi honestorum deficeret copia*, respondet apodosis, *equestrem militiam* id est, tribunatus et præfecturas *petentes etiam ex commendatione.... ordinabat*, muneribus petitis ornabat. Ita Claud. 25, « equestres militias ita ordinavit, ut post cohortem alam, post alam tribunatum legionis daret. » Alteri membro, *aut multitudinis soboles*, junge, *iis.... dividebat*, ubi ejiciendum puto *at* cum Casaub., vel legendum *atque* vel *et*, uti judicavit etiam Muller. Observ. pag. 14. — *Regiones* noli intelligere Urbis Romæ, sed XI Italiæ. — *Approbarent;* filios filiasve sibi esse testarentur. — *Pro singulis* liberis.

XLVII. 1. *Provincias... ipse suscepit.* Conf. Dio, LIII, 12, ibique Fabric. Inventum id specie quidem, ut imperium defenderet, sed re ipsa, ut exercitus omnes in sua potestate haberet.

2. *Ceteras Proconsulibus sortito permisit.* Dictæ hæ provinciæ Senatoriæ vel populares; quæ autem ab Imperatore susceptæ, Imperatoriæ vel Cæsareæ; in quas qui mittebantur, *legati Cæsaris*, *legati pro Prætore*, *Proprætores*, item *Consulares provinciæ* appellati. Has et illas recenset Dio, l. c. Plura conf. apud Baumgart.

3. *Nonnullas commutavit interdum;* ut Cyprum et Galliam Narbonensem, quas populo tradidit, recepta Dalmatica. Dio, LIII, 12.

4. *Plerasque sæpius adiit.* Conf. ad fin. cap.

5. *Urbium quasdam.... libertate*

tas, sed ad exitium licentia præcipites, libertate privavit: alias, aut ære alieno laborantes levavit, aut terræ[6] motu subversas denuo condidit, aut merita erga populum Romanum allegantes, Latinitate vel civitate donavit. Nec est, ut opinor, provincia[7], excepta duntaxat Africa et Sardinia, quam non adierit. In has, fugato Sexto Pompeio, trajicere ex Sicilia apparantem continuæ et immodicæ tempestates[8] inhibuerunt, nec mox occasio aut causa trajiciendi fuit.

XLVIII. Regnorum[1], quibus belli jure potitus est, præter pauca, aut iisdem[2], quibus ademerat, reddidit, aut alienigenis contribuit. Reges socios etiam inter semetipsos necessitudinibus mutuis junxit, promtissimus affinitatis

privavit; ut Cyzicenos, quod in seditione cives quosdam Romanos flagris cæsos necassent. Dio, LIV, 7. Cf. Tiber. 37.

6. *Aut terræ motu subversas.... condidit.* Vide Baumgart. e Dione plura citantem.

7. *Nec est, ut opinor, provincia,* etc. Præter bellorum occasionem et civilium, et eorum, de quibus dictum ad c. 20 et 21, sæpius adiisse provincias dicitur a Dione, LIII, 22, Gallias Hispaniasque ann. 727, et denuo Gallias (LIV, 19) ann. 738. Maximum autem ejus iter fuit ann. 732 et sequentibus, de quo Dio, LIV, 6 seq., ubi in Siciliam profectus omnes inde provincias ad Syriam usque peragravit; diutissime in Græcia commoratus, transactaque Sami hieme. Tacit. Annal. III, 34: « quotiens D. Augustum in Occidentem atque Orientem meavisse, comite Livia? » — Pro *Nec est,* al. *Non est.* Omnino auctor ordinem narrationis haud bene interrumpit. Nam hæc pertinent ad superiora verba, *atque.... plerasque sæpius adiit;* quo transponenda judicavit etiam Mullerus, in Sched. MSS.

8. *In has.... tempestates inhibuerunt.* Cf. Dio, XLIX, 34, ad ann. 719.

XLVIII. 1. *Regnorum.* Ita optimi Codd. et ediderunt Gronovius et Oudend. Alii comprobarunt. Similis usus genitivi occurrit infra cap. 93, « peregrinarum cerimoniarum, etc. » Vulgo, *Regna,* quod ortum ab eo, qui illum usum ignorabat. Potitum autem Augustum belli jure regnis fere omnibus, docent Plutarch. et Dio, quum Actiaco bello reges omnes, paucissimis exceptis, ab Antonio steterint.

2. *Aut iisdem.... reddidit.* Qualis nuper nonnunquam fuit magno suo detrimento ducis nostri (*Napoléon*) erga devictos reges liberalitas. Sed oblivioni dentur ea, quæ tam multi meminisse nolunt.

cujusque atque amicitiæ conciliator[3] et fautor; nec aliter universos, quam membra partesque imperii, curæ habuit, rectorem quoque solitus apponere ætate parvis ac mente lapsis[4], donec adolescerent, aut resipiscerent: ac plurimorum liberos et educavit[5] simul cum suis et instituit.

XLIX. Ex militaribus copiis [1] legiones et auxilia provinciatim distribuit: classem [2] Miseni et alteram Ravennæ, ad tutelam superi et inferi maris, collocavit. Certum[3] numerum partim in Urbis, partim in sui custodiam allegit, dimissa[4] Calagurritanorum manu, quam usque ad devictum Antonium, item Germanorum, quam usque[5] ad cladem Varianam, inter armigeros circa se habuerat. Neque tamen unquam plures[6] quam tres cohortes in Urbe esse passus est, easque sine castris: reliquas in hiberna et æstiva circa finitima oppida dimittere assuerat. Quicquid

3. *Conciliator et fautor.* Lips. conjecit *auctor.* Sed hoc jam est *conciliator.*

4. *Ætate parvis ac mente lapsis*; e filiis nempe regum, vel filiabus.

5. *Et educavit simul cum suis*, etc. ut Agrippam, Herodis ex filio Aristobulo nepotem, cui Romæ educato magnam cum Druso, Tiberii filio, fuisse amicitiam narrat Joseph. XVIII, 6, 1 (ed. Havercamp. pag. 886).

XLIX. 1. *Legiones.* Accurate de legionibus Romanis earumque stativis agit Dio, LV, 23, ubi vide Fabric. et Reimar. Cf. Baumgart.

2. *Classem..... collocavit.* Tacit. Annal. IV, 5: « Italiam utroque mari duæ classes, Misenum apud et Ravennam, proximumque Galliæ litus rostratæ naves præsidebant, quas Actiaca victoria captas Augustus in oppidum Forojuliense miserat, valido cum remige. » Cf. Lips. de Magn. Imp. Rom. I, 5.

3. *Certum numerum.... allegit.* Pro *Certum*, al. *Ceterum*. Conf. ad h. l. Baumgart.; Lips. de Magn. Rom. Imp. I, c. 4 et 5.

4. *Calagurritanorum*; Hispanorum, quorum custodias Cæsarem etiam habuisse legimus Cæs. 86.

5. *Usque ad cladem Varianam*; post quam rerum novarum suspectos dimisit. Dio, LVI, 23.

6. *Neque... plures quam tres cohortes*, etc. Dio; l. c. *σωματοφύλακας δεκαχῇ τεταγμένους*, i. e. in decem divisos cohortes dicit. Tacit. Annal. IV, 5, « tres urbanas, *novem* prætorias cohortes, Etruria ferme Umbriaque delectas, aut vetere Latio, et coloniis antiquitus Romanis » memorat. Conf. de hoc auctorum dissensu Lips. l. c. et Fabric. ad Dion.

autem ubique militum esset, ad certam[7] stipendiorum præmiorumque formulam astrinxit, definitis[8] pro gradu cujusque et temporibus militiæ, et commodis missionum, ne aut ætate aut inopia post missionem sollicitari ad res novas possent. Utque perpetuo ac sine difficultate sumtus ad tuendos eos prosequendosque[9] suppeteret, ærarium militare[10] cum vectigalibus novis instituit. Et quo celerius ac sub manum[11] annunciari cognoscique posset, quid in provincia quaque gereretur, juvenes primo modicis intervallis per militares vias, dehinc vehicula, disposuit. Commodius id visum est, ut, qui a loco[12] perferunt literas,

7. *Ad certam stipendiorum*, etc. Conf. Baumgart. et omnino de stipendiis militum Romanorum Lipsii Excurs. ad Tacit. Annal. I, 17, tom. IV, pag. 334 hujus Editionis nostræ.

8. *Definitis.... commodis missionum*. *Gradus* et discrimen inter milites legionarios, prætorianos aliosque, et inter gregarios eosque, qui honores militares, centurionatum, tribunatum, præfecturam alæ gesserant, respicit. *Commoda* autem *missionum* definivit Augustus ann. 758, secundum Dionem, quem vide LV, 23. Cf. ad Calig. 44.

9. *Ad tuendos eos prosequendosque*; i. e. alendos et honorandos.

10. *Ærarium militare*. Dio ταμιεῖον στρατιωτικὸν dicit LV, 25, ubi constitutum illud narrat ann. 759, partim ex pecuniis, ab Imperatore ipso, regibus privatisque collatis, partim, quum illæ ad sumtus non sufficerent, *ex novis vectigalibus*: nimirum, ducentesima rerum venalium, damnatorum bonis, hereditatum vicesima, etc. Conf. Burmann. de Vectigalibus Rom. cap. 11. Lapidem, in quo nomen *præfecti ærarii militaris*, memorat Lips. ad Tacit. Annal. I, 78.

11. *Sub manum*. Al. *sub manu*. Eadem varietas apud Hirt. Bell. Afric. 36, « dilectus quotidie libertinorum.... habere atque *sub manum* Scipionis in castra *summittere* non intermittit. » At Cic. ad Div. X, 23, « Vocontii *sub manu* ut essent, » recte ob verbum *esse*, quamquam, hoc sumto pro γενέσθαι, stare etiam posset accusativus. *Succedit sub manus negotium* Plautus bis Mil. Glorios. III, 2, 59, et IV, 4, 7. Ubique inest significatio, *facile, prompte, celeriter*. Ita Græci ὑπὸ χεῖρα, de quo vide Wyttenbach. ad Plut. de Sera Num. Vind. p. 15, et ἐκ χειρός, de quo Schweigh. in Lex. Polyb., et ὑπογυίως, ἐξ ὑπογυίου.

12. *Ut, qui a loco..... possint*. Dedimus cum Oudendorp., quod cum optimis Codd. et ant. Edd. maxime convenit. Ita Sueton. sua adhuc ætate id institutum servari docet, neque referenda verba ad consilium Augusti. Grævius locum

iidem interrogari quoque, si quid res exigant, possint.

L. In diplomatibus, libellisque et epistolis signandis, initio[1] Sphinge usus est; mox imagine Magni Alexandri; novissime sua, Dioscoridis[2] manu sculpta, qua signare insecuti quoque Principes perseverarunt. Ad epistolas omnes horarum[3] quoque momenta, nec diei modo, sed et noctis, quibus datæ significarentur, addebat.

ita constituit: « ut qui alicunde perferrent literas, iidem interrogari quoque, siquidem id res exigerent, possent, » atque ita edidit Ernest., nisi quod servavit *a loco* (pro quo *alicunde* conjecerat jam Casaub.) et interpretatus est cum Burm. *a loco rei gestæ*, cujus nuntiandæ causa missi cum literis essent, posteaque dedit *si quid res exigeret*. Wolfio totum comma insititium videtur. Quod ad sensum loci attinet, id modo monemus, si hoc loco esse *an*, et pendere a verbo *interrogari*, ut sæpe. Summa autem commodi in novo vehiculorum invento fuit in eo, quod *iidem*, qui *a loco* missi fuerant, ipsi etiam ad Principem perveniebant, quod fieri non potuerat dispositis per intervalla cursoribus. Plane igitur inepta lectio, quam Pitiscus exhibuit, « ut, qui a loco *eidem* perferrent literas, etc. » Ceterum, initium id fuit cursus publici apud Romanos, quum apud Persas idem institutum sub *angarorum* nomine diu ante viguisset, de quibus Herodot. VIII, 98; Xenoph. Cyrop. VIII, 6, 17.

L. 1. *Initio Sphinge usus est.* Plin. Hist. Nat. XXXVII, 1: « Divus Augustus inter initia Sphinge signavit. Duas in matris annulis jam indiscretæ similitudinis invenerat. (Altera ipse usus; hæc supplet Fabric. ad Dion. mox cit.) Altera per bella civilia, absente eo, amici signavere epistolas et edicta, quæ ratio temporum nomine ejus reddi postulabat, non inficeto lepore accipientium, ænigmata afferre eam Sphingem. Quin etiam Mæcenatis rana, per collationem pecuniarum, in magno terrore erat. Augustus postea ad evitanda convicia Sphingis, Alexandri Magni imagine signavit. » Cf. Dio, LI, 3. Fulvia apud VOLTAIRE, *le Triumvirat*, act. II, sc. 1:

Le sphinx est son emblème, et nous dit qu'il préfère
Ce symbole du fourbe aux aigles de son père.

2. *Dioscoridis manu sculpta.* Plin. l. c. « Post eum (Pyrgotelem, a quo uno in gemma scalpi se, Alexander Magnus permiserat) Apollonides et Cronius in gloria fuere, quique Divi Augusti imaginem similem expressit, qua postea principes signabant, Dioscorides. » Pro *sculpta*, Ernest. reposuit *scalpta*, quod cum aliis, gemmis *sculpturam*, lapidibus *sculpturam* tribui, existimat. Sed omnes libri conspirant in *sculpta*, et discrimen inter utrumque verbum, quod re vera unum idemque est, fictum videtur. Cf. Schelleri Lexicon in *sculpo*.

3. *Horarum quoque momenta.*

LI. Clementiæ[1] civilitatisque ejus multa et magna documenta sunt. Ne enumerem, quot et quos[2] diversarum partium, venia et incolumitate donatos, principem etiam in civitate locum tenere passus sit; Junium Novatum, et Cassium Patavinum, e plebe homines, alterum pecunia, alterum levi exsilio punire satis habuit: quum ille Agrippæ juvenis[3] nomine asperrimam de se epistolam in vulgus edidisset; hic convivio pleno proclamasset, « Neque votum sibi neque animum deesse, confodiendi eum. » Quadam vero cognitione, quum Æmilio Æliano Cordubensi inter cetera crimina vel maxime objiceretur, quod male opinari[4] de Cæsare soleret; conversus ad accusatorem, commotoque similis, « Velim, » inquit, « hoc mihi probes: faciam, sciat Ælianus, et me linguam habere; plura enim de eo loquar. » Nec quicquam ultra, aut statim aut postea, inquisivit. Tiberio quoque de eadem re, sed[5] violentius,

Opponi *momenta horarum* longiori tempori i. e. diebus, qui sub epistolis significari vulgo solebant, et esse ipsas horas, illud spatium, quo hora definitur, recte monoit Burm. contra Pitiscum, inepte *horarum* explicantem *dierum*.

LI. 1. *Clementiæ civilitatisque*. De illa hoc capite exponit auctor; de *civilitate* i. e. de ea virtute, qua civem se esse, et civibus, non servis, imperare se, nunquam est oblitus, cap. 52 usque ad fin. cap. 56. — Saint-Réal, *Fragmens sur Auguste* : « La clémence était peut-« être la vertu qui manquait le plus « à Auguste; c'est celle dont on l'a « loué davantage; par la raison, « sans doute, qu'il n'est point de « vertus que nous souhaitions da-« vantage qu'on nous attribue, que « celles que nous n'avons point. »

2. *Quot et quos.... passus sit.* Senec. de Clement. I, 10 : « Ignovit abavus tuus (Neroni scribit) victis : nam si non ignovisset, quibus imperasset? Sallustium, et Cocceios, et Duillios, et totam cohortem primæ admissionis, ex adversariorum castris conscripsit. Jam Domitios, Messalas, Asinios, Cicerones, et quicquid floris in civitate erat, clementiæ suæ debebat... Hæc eum clementia ad salutem securitatemque perduxit; hæc gratum ac favorabilem reddidit, etc. » Cf. etiam, quæ Mæcenas ei suadet apud Dion. LII, 31.

3. *Agrippæ juvenis;* de quo vide cap. 65.

4. *Male opinari;* prodere dictis, male se sentire de aliquo.

5. *Sed violentius.* Id corruptum fuerat in plerisque libris in *sedulo*

apud se per epistolam conquerenti, ita rescripsit : « Ætati tuæ, mi Tiberi, noli in hac re indulgere, et nimium indignari, quemquam esse, qui de me male loquatur. Satis est enim, si hoc habemus, ne quis nobis male facere possit. »

LII. Templa [1], quamvis sciret, etiam Proconsulibus decerni solere, in nulla tamen provincia, nisi communi suo Romæque nomine, recepit. Nam in Urbe quidem pertinacissime abstinuit hoc honore. Atque etiam argenteas statuas [2], olim sibi positas, conflavit omnes, ex quis [3] aureas cortinas Apollini Palatino dedicavit. Dictaturam magna vi offerente populo, genu nixus, dejecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus est [4].

lentius, vel mixta vitiosa et vera lectione, *sedulo violentius*.

LII. 1. *Templa*, etc. Cf. Dio, LI, 20, ex cujus verbis cum loco nostro comparatis patet, templa in provinciis Augusto condita communia ei fuisse cum Urbe Roma, cujus simulacrum simul ibi constituebatur, appellata tamen plerumque ab ipso, qui potior illo tempore erat Republica, Augusto; alia vero, quæ Romæ et in Italia fuisse legimus, post mortem demum exstructa esse. Vide Lips. ad Tacit. Annal. IV, 37; Fabric. et Reimar. ad Dion. l. c. — De *Proconsulum templis* conf. interpretes ad Cic. ad Quint. I, 1. et ad Attic. V, 21.

2. *Argenteas statuas.... conflavit omnes*; Mæcenatis consilium sequutus. Vide quæ Dionis loca citat Baumgart. et Harduin. ad Plin. Hist. Nat. XXXIII, 12 (54).

3. *Ex quis*. Ita Oudend. cum optimis libris. Vulgo, *exque iis*. Est autem, ex *quarum venditarum pretio*. Monum. Ancyr. diserte : « Meæ statuæ pedestres et equestres et in quadrigeis argenteæ steterunt in Urbe LXXX circiter; quas ipse sustuli, *exque ea pecunia* dona aurea in æde Apollinis meo nomine et illorum, qui mihi statuarum honorem habuerant, posui. » — *Cortinas*; tripodes. Vide Casaub. ad hunc locum.

4. *Dictaturam*, etc. Vell. II, 89: « Dictaturam, quam pertinaciter ei deferebat populus, tam constanter repulit. » Parum igitur accurate, nisi erravit, Florus, IV, 12, 66: « Ob hæc tot facta ingentia Dictator perpetuus et Pater patriæ dictus. » Illud enim nomen recusavit, hoc suscepit. Vide ad c. 58, et cf. Dion. LIV, 1. Dictaturam autem prorsus aboleri jusserat Antonius Consul ann. 710, lege, cujus verba dat Appian. Bell. Civ. III, 25. Conf. Cic. Philipp. I, 1, et II, 36; Dio, XLIV, 51.

LIII. Domini[1] appellationem, ut maledictum et opprobrium, semper exhorruit. Quum, spectante eo ludos, pronunciatum esset a mimo, « O Dominum æquum et bonum! » et universi, quasi de ipso dictum, exsultantes comprobassent; et statim manu vultuque indecoras adulationes repressit, et insequenti die gravissimo corripuit edicto, dominumque se posthac appellari, ne a liberis quidem aut nepotibus suis, vel serio vel joco, passus est: atque hujusmodi blanditias etiam inter ipsos prohibuit. Non temere Urbe oppidove ullo egressus, aut quoquam ingressus est, nisi vespera aut noctu[2], ne quem officii causa[3] inquietaret. In consulatu pedibus fere, extra consulatum sæpe adaperta[4] sella, per publicum incessit.

LIII. 1. *Domini appellationem*, etc. Cf. Dio, LV, 12. Oros. VI, 22: « Domini appellationem ut homo declinavit. Nam quum, etc. » Verba enim Suetonii usque ad *passus* est verbo tenus transcripsit. Idem dat, *a quodam mimo*, quod commovit me ad præferendam lectionem, *a mimo*, alteri, *in mimo*, quam probarunt Burm. Oudend. Ernest. Illam meliorem etiam censet Mullerus in Schedis, quod *spectante* eo *ludos* jam continet verba in *mimo*, neque simpliciter dicitur *pronunciatum est* sine persona addita; de quo tamen dubito. Ceterum, quod Orosius Augustum Domini appellationem *ut hominem* declinasse dicit, Christiano magis, quam Romano sensu illam cepit. A Romanis enim *Dominus* non *homini*, sed *servo* opponitur, et *civilitatis* Augusti documentum fuit, quod servilem adulationem recusavit. Apte Reitzius, in Dictatis, comparat Sallust. Jug. 85, § 35, « exercitum supplicio cogere, id est *dominum*, non Imperatorem esse; » et Plin. Panegyr. cap. 2, « non enim de tyranno, sed de cive, non de *domino*, sed de parente loquimur, » ubi absurde in nonnullis est, *de homine*. Postea, accurate distinguere Suetonium *blanditias* ab *adulationibus*, quum illæ inter fratres sint, hæ adversum potestates, monuit jam Casaubonus ad. h. l.

2. *Aut noctu*. Conf. Dio, LIV, 10, ad ann. 735, et ad ann. 741, cap. 25.

3. *Inquietaret*. Recte *sollicitaret*, quod est in uno Torrent., Oudend. glossema judicat. Antea idem ex optimis libris edidit *vespera*. Vulgo, *vespere*. Secutus sum ejus Wolfiique auctoritatem.

4. *Adaperta sella*; i. e. omni parte aperta, ut omnes videre eum et accedere possent, in quo maxima est civilitas. Al. *adoperta*, quæ esset φορεῖον κατάστεγον, ut Dio, XLVII, 10, vel δίφρος κατάστεγος,

Promiscuis[5] salutationibus admittebat et plebem, tanta comitate adeuntium desideria excipiens, ut quendam joco[6] corripuerit, quod « sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephanto stipem. » Die Senatus nunquam Patres nisi[7] in Curia salutavit, et quidem sedentes[8], ac nominatim singulos, nullo[9] summonente: et discedens eodem[10] modo sedentibus valere dicebat. Officia[11] cum multis mutuo exercuit; nec prius dies cujusque sollemnes frequentare desiit, quam grandior jam natu, et in turba quondam sponsaliorum die vexatus. Gallum Terrinium

ut idem, XLVII, 23. Cf. Oudend. ad h. l. et Scheffer. de Re Vehic. II, 4.

5. *Promiscuis salutationibus*, etc. De festis diebus intellige. Conf. Baumgart.

6. *Ut quendam joco corripuerit*, etc. Quintilian. Instit. VI, 3, 59: « Adhibetur autem similitudo interim palam, interim inseri solet parabolæ, cujus est generis id Augusti, qui militi libellum timide porrigenti, *Noli*, inquit, *dubitare, tanquam assem elephanto des.* » Macrobius, Saturnal. II, 4: « Augustus, quum ei quidam libellum trepidus offerret, et modo proferret manum, modo retraheret, *Putas*, inquit, *te assem elephanto dare?* »

7. *Nisi in Curia.* Non ad se domum venire passus est Senatum ad salutationem, nisi in extrema ætate, sed ipse Curiam adiit. Vide Casaub. ad c. 35.

8. *Et quidem sedentes;* non ut intrante Augusto non surrexerint (hic enim semper, etiam Consulibus, honor habebatur), sed ut mox, salutato ab illis Imperatore, jusserit sedere, quum eos resalutaret, et verba ad eos faceret.

9. *Nullo summonente;* i. e. nullo nomina singulorum Senatorum subjiciente, quo, omnes penitus sibi notos, ut amicissimos, ostenderet. Docet historia duces etiam regesque hac arte militum animos sibi conciliasse.

10. *Eodem modo sedentibus valere dicebat.* Omisi cum Oudend., quod sequebatur voc. *sedentibus, singulis*, inepte e superiori repetitum, dedique *eodem modo* pro *eo*, et *valere dicebat* pro *vale dic.*, optimis Codd. auctoribus.

11. *Officia.... mutuo exercuit*, i. e. interfuit solemnibus, quæ in amicorum ædibus per nuptiarum, tirocinii, funeris, aliasve occasiones celebrabantur, eosque vicissim ad se invitavit. *Mutuo* servavi cum Oudend. ob librorum consensum. Alii corrigunt *mutua.* — *Grandior jam natu* dederunt etiam Oudend. et Wolf. Al. *grandi jam natu*, quod defenditur *magno natu* apud Cornelium Liviumque. — *Vexatus est*, quum male se habuisset in turba hominum, quæ ad celebranda spon-

Senatorem, minus sibi familiarem, sed captum repente oculis, et ob id inedia [12] mori destinantem, præsens consolando revocavit ad vitam.

LIV. In Senatu verba facienti dictum est, « Non intellexi : » et ab alio, « Contradicerem [1] tibi, si locum haberem. » Interdum ob immodicas altercationes disceptantium e Curia per iram se proripienti quidam ingesserunt, « Licere oportere Senatoribus de Republica loqui. » Antistius [2] Labeó Senatus lectione, quum Triumvirum [3] legeret

salia convenerat, huc atque illuc pulsus tractusque. « Nam qui fertur et raptatur, atque huc atque illuc distrahitur, is *vexari* proprie dicitur, » ut Gellius, II, 6.

12. *Et ob id inedia mori destinantem;* ex disciplina Stoica. Sen. Epist. LVIII : « si cœperit senectus concutere mentem, si partes ejus convellere, si mihi non vitam reliquerit, sed animam; prosiliam ex ædificio putrido ac ruenti. » Conf. Epist. LXX. Notum etiam exemplum Attici e Cornel. Nep.

LIV. 1. *Contradicerem tibi.* Ern. delendum putat *tibi*, ut minus Latinum. Sed jungere solet Suetonius dativum huic verbo, quum prior ætas *contra dicere* disjunctim scripsisset, vel *contra aliquem dicere.* — *Si locum haberem;* si mihi ullus locus esset in Republica, si quid ipse valerem.

2. *Antistius Labeo.* Inter principes jurisconsultos veteres fuit. Dicitur Tacit. Annal. III, 75, « incorrupta libertate, et ob id fama, celebratior. » Gell. XIII, 12 : « In quadam epistola Ateii Capitonis scriptum legimus, Labeonem Antistium legum atque morum populi Romani jurisque civilis doctum apprime fuisse. *Sed agitabat,* inquit, *hominem libertas quædam nimia atque vecors; usque eo, ut D. Augusto jam principe et Rempubl. obtinente, ratum tamen pensumque nihil haberet, nisi quod justum sanctumque esse in Romanis antiquitatibus legisset.* » Horatius etiam, Augusti iræ blandiens, Sat. I, 3, 82 : « *Labeone insanior,* inter Sanus dicatur. » Patrem ejus simulque filium honorifice laudat Appian. Bell. Civ. IV, 135. De utroque vide Glandorp. Onomast. pag. 63.

3. *Quum Triumvirum legeret M. Lepidum. Triumvirum,* quod omnes Codd. exhibent, auctore Torrentio editores mutarunt in *vir virum* (*quum vir virum legeret, M. Lepidum.... legit:*) ex cap. 35, ubi « prima lectione *vir virum* legisse » dicitur. Sed eam lectionem h. l. intelligendam esse inde jam patet, quod Labeoni legendi potestas fuit. Addito autem *Triumvirum,* scriptor distinguit patrem Lepidum a filio, quem conspirasse contra Augustum narraverat cap. 19. Contra uncinis inclusi *legit* et postea *que* subjunctum voci *interrogatus,* quod utrumque in uno libro omitti testatur Scheffer., quocum pror-

M. Lepidum, hostem olim ejus, et tunc exsulantem, [legit;] interrogatus[que] ab eo, an[4] essent alii digniores, « Suum[5] quemque judicium habere, » respondit. Nec ideo libertas[6] aut contumacia fraudi cuiquam fuit.

LV. Etiam sparsos[1] de se in Curia famosos libellos nec expavit, nec magna cura redarguit: ac, ne requisitis quidem auctoribus, id modo censuit, cognoscendum[2] posthac de iis, qui libellos aut carmina ad infamiam cujuspiam sub alieno nomine edant. Jocis[3] quoque quorundam

sus consentio, nisi quod ille delendum censet *Triumvirum*.

4. *An essent.* Ernest. post alios probavit *annon* editionis Steph., et Reitzius conjecit *anne*, particulam *ne* absorptam existimans a sequenti vocali. Sed *an* sæpe dici pro *annon*, ut ἆρα pro ἆρ' οὐ, et encliticon *ne* pro *nonne*, probarunt Heusinger. ad Cic. de Offic. I, 15, 5, et III, 17, 2. Cf. quæ ad utrumque locum addidit Gernhard.

5. *Suum quemque..... respondit.* Rem narrat Dio, LIV, 15.

6. *Libertas aut contumacia. Libertas* fuit in dicto, *contumacia* in pertinacia, qua hostem Augusti legerat, monitusque ab Imperatore in sententia perseveravit. *Contumaciam* (Gallice nos, *entêtement*) cum *inani jactatione libertatis* conjungit Tacit. Agric. 42; *libertati* Annal. III, 75, opponit *obsequium*, quo sensu dicitur a Terent. Andr. I, 2, 41. — *Fraudi*; noxæ, damno.

LV. 1. *Sparsos de se in Curia*; sine dubio post Senatus lectionem, qua multi offensi et conviciis eum proscindebant, et mortem minabantur, unde *nec expavit* i. e. contemsit vanas sine viribus iras. Muller. in Sched. jungit *de se in Curia*, scil. verba faciente, quæ tamen ratio durior mihi videtur, quamquam auctor supra c. 39, *traditio coram pugillarium*.

2. *Cognoscendum posthac de iis*, etc. Jam lex XII tabularum: « Si quis occentassit malum carmen, sive condiderit, quod infamiam faxit flagitiumque alteri; capitale esto. » Cf. Rosin. Ant. Rom. VIII, 6, p. 586 seq. Sulla eam cognitionem ad majestatis crimen retulerat. Cic. ad Div. III, 11: « Verumtamen est majestas (ut Sulla voluit), ne in quemvis impune declamare liceret. » Unde Tacit. Annal. I, 72, « primus Augustus cognitionem de famosis libellis, specie legis ejus (majestatis) tractavit, commotus Cassii Severi libidine, qua viros feminasque illustres procacibus scriptis diffamaverat. » Cf. Dio, LVI, 27, ad ann. 755. — *Edant.* Al. *ederent.* Illud recte defenderunt Oudend. et Ernest., quod pendet a *cognoscendum*.

3. *Jocis quoque*, etc. Hæc usque ad *intercessit*, quæ vulgo posterioris cap. initium faciunt, cum hoc nostro conjunxi, quo pertinere ea ipsum argumentum docet. Nam insequentia inde a verbis, *Quoties*

invidiosis aut petulantibus lacessitus, contradixit edicto. Et tamen de inhibenda[4] testamentorum licentia ne quicquam constitueretur, intercessit.

LVI. Quoties magistratuum comitiis interesset, tribus cum candidatis suis circumibat, supplicabatque more sollemni. Ferebat et ipse suffragium in tribubus[1], ut unus e populo. Testem se in judiciis et interrogari, et refelli, æquissimo animo patiebatur. Forum[2] angustius fecit, non ausus extorquere possessoribus proximas domos. Nunquam filios suos populo commendavit, ut non adjiceret, « Si merebuntur. » Eisdem[3], prætextatis adhuc, assurrectum ab universis in theatro, et a stantibus plausum, gravissime questus est. Amicos ita magnos et potentes in civitate esse voluit, ut tamen pari jure essent quo ceteri, legibusque judiciariis[4] æque tenerentur. Quum Asprenas Nonius[5], artius ei junctus, causam veneficii, accusante

magistratuum, etc. prorsus diversa civilitatis documenta continent. Ceterum Mullerus, ut omnia melius cohæreant, conjicit, *Jocis quamquam.... attamen*, etc.

4. *De inhibenda testamentorum licentia;* in quibus testatores convicia erga Imperatores sæpe effundebant. Vide Lips. ad Tacit. Ann. VI, 38, ubi, « Fulcinius Trio .... supremis tabulis multa et atrocia in Macronem ac præcipuos libertorum Cæsaris composuit. » Pro *testamentorum*, perperam Sigon. Disput. Patav. 1, reponendum censuit *scommatorum*. Postea *ne quicquam constitueretur* cum Gronov. et Oudend. MSS. auctoritate dedi, pro, *ne Senatus quicquam constitueret*, quod glossæ propius videtur.

LVI. 1. *In tribubus*, duabus, Scaptia et Fabia. Conf. supra, c. 40.

2. *Forum angustius fecit*, quam facere destinaverat. Vide ad c. 29.

3. *Eisdem... gravissime questus est*. Conf. Dio, LIV, 27.

4. *Legibusque judiciariis æque tenerentur;* i. e. non exemti essent judiciis, ob crimina æque atque alii ad jus possent vocari. Alias enim *leges judiciariæ* dicuntur, quibus ordo modusque judiciorum, ordinesque, a quibus haberentur, erant constituti. Cf. Ernest. Clav. Cic. ind. leg.

5. *Asprenas Nonius.* Eumdem puto, qui c. 43 lapsu debilitatus dicebatur, cum Dalechamp. ad Plin. H. N. XXXV, 12 (c. 46 ed. Franz.) ubi: (unius patinæ) « veneno Asprenati reo Cassius Severus accusator objiciebat, interiisse CXXX convivas. » Filius fortasse

Cassio Severo, diceret; consuluit Senatum, quid officii sui putaret: «Cunctari enim se, ne, si superesset, eriperet legibus reum; sin deesset, destituere ac prædamnare amicum existimaretur.» Et, consentientibus universis, sedit in[6] subselliis per aliquot horas; verum tacitus, ac ne laudatione[7] quidem judiciali data. Affuit et clientibus: sicut Scutario[8] cuidam, evocato quondam suo, qui postulabatur injuriarum. Unum omnino e reorum numero, ac ne eum quidem, nisi precibus, eripuit, exorato coram judicibus accusatore, Castricium[9], per quem de conjuratione Murenæ cognoverat.

LVII. Pro quibus meritis quanto opere dilectus sit, facile est existimare.[1] Omitto Senatusconsulta, quia possunt videri vel necessitate expressa, vel verecundia. Equites Romani natalem[2] ejus sponte atque consensu biduo sem-

fuit vel nepos Asprenatis Proconsulis, quem memorat auctor Bell. Afric. 80. Nostrum Pliniique locum omisit Glandorp. ubi de Noniis agit p. 626, uberior de *Cassio Severo*, celebri ætate Augusti oratore, p. 209. Postea *superesset*, cui opponitur *deesset*, est i. q. adesset, adjuvaret, causam defenderet, quam tamen falsam atque alienam verbi significationem judicat Gellius, I, 22.

6. *In subselliis;* ubi patroni et advocati rei sedebant.

7. *Ac ne laudatione quidem judiciali data.* Defendendi reos per laudationes judiciales morem lege jam prohibuerat Pompeius Consul III, ann. 702, auctore Dion. XL, 52, quamquam ipse eodem anno contra legem suam peccavit, in causa Planci (c. 55).

8. *Sicut Scutario cuidam*, etc. *Scutarium* nomen proprium esse, quum alii de militum vel artificum genere intellexerint, alii *scrutario* prætulerint, quod *scrutorum venditorem* significat, et omnis loci ratio docet, et ex Inscriptionibus docuit Burmann., assentientibus Oudendorp. et Ernest. Rem narrat Dio, LV, 4. Cf. Macrob. Saturn. II, 4.

9. *Castricium.* De hoc Castricio nihil constat. De reliquis vide Glandorp. Onomast. pag. 210 seq. De conjuratione Murenæ cf. ad c. 19.

LVII. 1. *Existimare.* Sic edidi cum Ernest. et Wolf. pro *æstimare.* Postea *quia* dedi cum optimis Codd., jubentibus etiam Wolf. et Mullero, pro *quæ.* Hic monet etiam, scripsisse Suetonium *quæ possint*, pro *quum ea possint*, quod tamen ita modo valet, si ad verbum *Omitto* ut causa refertur, non si mera est ἐπεξήγησις vocis *Senatusconsulta.*

2. *Natalem ejus*, etc. Augusti

per celebrarunt. Omnes[3] ordines in lacum Curtii quotannis ex voto pro salute ejus stipem jaciebant; [4] item Kalendis Januariis strenam in Capitolio, etiam[5] absenti: ex qua summa[6] pretiosissima Deorum simulacra mercatus, vicatim dedicabat: ut Apollinem[7] Sandaliarium, et Jovem Tragœdum, aliaque. In restitutionem[8] Palatinæ domus, incendio absumtæ, veterani, decuriæ[9], tribus, atque etiam singillatim e cetero genere hominum, libentes

natalem et Circensibus et venatione fuisse celebratum quotannis per unum aliquem e Prætoribus narrat Dio, LIV, 34, ubi tamen nulla Equitum facta mentio. Vide Baumgart.

3. *Omnes ordines in lacum Curtii*, etc. Originem hujus loci morisque narrat Liv. VII, 6, ubi « dona ac fruges super Curtium, qui in specum se immiserat, a multitudine virorum ac mulierum congestas » memorat. Cf. ad hoc Livii cap. not. 1, pag. 346, tom. II Ed. nostræ. Morem aliorum populorum exemplis illustrat Casaub. ad h. l.

4. *Item Kalendis Januariis strenam*, etc. Cf. Dio, LIV, 35. Has strenas ab Imperatore Tiberio improbatas et edicto prohibitas narrat idem Dio, LVII, 8 et 17; restitutas a Caligula Noster, Calig. 42; edicto denuo sublatas a Claudio, Dio, LX, 6.

5. *Etiam absenti.* Duker. ad Flor. II, 7, 8, supplet *conferebant*, quod vocab. est in inscriptione a Torrentio laudata: *Imp. Divi F. Augustus, Pontifex Maximus, Imp. XIII, Cos. XI, Trib. Potest. XV, ex stipe, quam Populus Romanus anno novo absenti contulit.* Sed alterum verbum, huic commati necessarium, latet in priori *jaciebant:* notissima figura.

6. *Ex qua summa.* Burm. *summa* e glossa profectum censet, ut inconcinne junctum sequenti voc. *pretiosissima.*

7. *Apollinem Sandaliarium.* Nomen accepit a *vico Sandaliario*, ubi *sandaliarii*, i. e. sandaliorum artifices habitabant, regionis Urbis quartæ, ut Jupiter a *vico Tragœdo* in regione Esquilina. Ita Diana Aventina, Jupiter Tarpeius, Capitolinus, etc. Sic judicat etiam Panciroll. Descr. Urbis Romæ (Thes. tom. III, p. 337). Ernest. præfert lectionem *Sandaliatum*, i. e. sandaliis indutum.

8. *In restitutionem Palatinæ domus*, etc. Cf. Dio, LV, 12, ad ann. 756.

9. *Decuriæ.* Hic sunt operæ magistratuum sive collegia, in quibus scribæ, lictores, viatores, nomenclatores et accensi magistratuum censebantur, ut multis docet Valesius ad Amm. Marcell. XXVIII, 6. Cf. etiam Lips. et Ernest. ad Tac. Annal. XIII, 27. — *Tribus* pro plebe sive infimo ordine civium Romanorum dicuntur, uti docet Duker. ad Flor. II, 6, 25, citatus jam a Wolfio.

ac pro facultate quisque pecunias contulerunt; delibante tantummodo eo summarum acervos, neque ex quoquam plus denario auferente. Revertentem ex provincia non solum faustis ominibus, sed et modulatis carminibus prosequebantur. Observatum etiam est, ne, quoties[10] introiret Urbem, supplicium de quoquam sumeretur.

LVIII. Patris patriæ[1] cognomen universi repentino maximoque consensu detulerunt ei. Prima[2] plebs, legatione Antium missa: dein, quia non recipiebat, ineunti Romæ spectacula frequens et laureata: mox in Curia Senatus, neque decreto, neque acclamatione, sed per Valerium Messalam. Is, mandantibus cunctis, « Quod bonum, » inquit, « faustumque sit tibi, domuique tuæ, Cæsar Auguste: sic enim nos perpetuam felicitatem Reipublicæ et[3] læta

10. *Ne, quoties introiret Urbem*, etc. quoniam dies illa festa sive sacra habebatur, qua supplicia sumi nefas. Vide Fabr. ad Dion. LI, 20.

LVIII. 1. *Patris patriæ cognomen*, etc. Flor. IV, 12, 66: « Ob hæc tot facta ingentia Dictator perpetuus et Pater patriæ dictus, » ubi Duker. citavit, qui de anno ac die dati Augusto hujus cognominis disputaverunt, Spanhem. de Usu et Præstant. Numism. p. 446; Noris. Cenotaph. Pis. Dissert. II, cap. 8; et Periz. Anim. c. 7. Conf. interpr. ad Ovid. Fast. II, 127,

Sancte Pater patriæ, tibi Plebs, tibi Curia nomen
Hoc dedit; hoc dedimus nos tibi nomen, Eques:

et ad Trist. II, 39 et 181. Maxime probabilis est sententia eorum, qui Non. Februar. A. U. 752, quo XIII Consul fuit Augustus, datum existimant. Valerius Messala anno superiori, 751, consulatum gesserat. Alii rem ad consulatum Messalæ ann. 758 referunt. Cf. Ern. Excurs. ad h. l. Provocat ad hoc cognomen suum Augustus in oratione apud Dion. LVI, 8; et memorat Tiberius in oratione funebri ibid. c. 41.

2. *Prima plebs.* Non puto eum Bremio, *prima* accusativum esse pluralem, ut Gr. τὰ πρῶτα, sed dictum pro *prior*, quia sequitur, *mox in Curia Senatus*. Ita Tiber. 7, « *primum* in Foro, secundum in Amphitheatro. » Postea al. *sed per Valerium Messalam id mandantibus cunctis*, etc. Secutus sum Oudendorp.

3. *Et læta huic.* Possis *huic* referre ad *Reipublicæ* per trajectionem, quamquam duriorem. Alii alia supplent, ut Torrent. *ordini*, Oudend. *Urbi*. Perizon. *læta huic* mutavit in *Senatui*. Lipsius *imprecari* suasit, in meliorem sensum dictum pro *apprecari*. Alii acquiescunt in deleto *huic*.

huic precari existimamus: Senatus te, consentiens cum populo Romano, consalutat PATRIÆ PATREM.» Cui lacrimans respondit Augustus his verbis (ipsa enim, sicut Messalæ, posui): «Compos factus votorum meorum, Patres Conscripti, quod habeo aliud Deos immortales precari, quam ut hunc consensum vestrum ad ultimum vitæ finem mihi perferre liceat?»

LIX. Medico[1] Antonio Musæ, cujus opera ex ancipiti morbo convaluerat, statuam ære collato juxta signum Æsculapii statuerunt. Nonnulli patrum familiarum testamento caverunt, ut ab heredibus suis prælato[2] titulo victimæ in Capitolium ducerentur, votumque[3] pro se solveretur, QUOD SUPERSTITEM AUGUSTUM RELIQUISSENT. Quædam Italiæ civitates diem, quo primum ad se venisset, initium anni fecerunt. Provinciarum pleræque super templa et aras, ludos[4] quoque quinquennales pæne oppidatim constituerunt.

LIX. 1. *Medico Antonio Musæ*, etc. Narrat hunc morbum Augusti, qui incidit in ann. 731, Dio, LIII, 30. Vide infra, c. 81. De Antonio Musa dixerunt interpretes ad Plin. Hist. Nat. XIX, 8 (38 ed. Franz.); XXIX, 1 (5); et XXX, 13 (39); et Crell. in singulari disputatione: Antonius Musa, Augusti medicus, Observationibus varii generis Illustratus; Lips. 1725. Cf. etiam Fabric. et Reimar. ad Dion. l. c.

2. *Prælato titulo;* qui sacrificii causam indicaret. Vitiosum ordinem, *prælato victimæ titulo*, quem dederat Baumgart. revocata Codd. scriptura correximus.

3. *Votumque... solveretur;* quod nemini, nisi Pompeio periculoso morbo conflictanti ann. 705, antea contigisse testatur Dio, XLI, 6, ubi vide Fabric. *Pro se;* nomine suo.

4. *Ludos quoque quinquennales*, etc. Decretam Augusto Romæ post victoriam Actiacam πανήγυριν πεντετηρίδα, auctor Dio, LI, 19. Idem, cap. 20, Pergamenis concessum narrat, τὸν ἀγῶνα τὸν ἱερὸν ὀνομασμένον ἐπὶ τῇ τοῦ ναοῦ αὐτοῦ τιμῇ ποιεῖν. Herodem Magnum hoc ludicrum in honorem Augusti Hierosolymis et Cæsareæ instituisse, prodit Josephus, XV, 8, et XVI, 5 (ed. Haverkamp. p. 766 et 797). De ludis quinquennalibus, et omnino de ludis votivis, cf. Rosin. Ant. Rom. V, 22, p. 345. — Bene ROLLIN, *Hist. Rom.* LII, postquam tributos Augusto tot honores recensuit, « non-« seulement les titres auxquels la « puissance était attachée, mais « même ce qu'il ne pouvait regar-

LX. Reges amici atque socii, et singuli in suo quisque regno[1] Cæsareas urbes condiderunt, et cuncti simul ædem[2] Jovis Olympii, Athenis antiquitus inchoatam, perficere communi sumtu destinaverunt, Genioque ejus dedicare; ac sæpe[3] regnis relictis, non Romæ modo, sed provincias peragranti, quotidiana officia togati, ac sine regio insigni, more clientium præstiterunt.

LXI. Quoniam, qualis in imperiis ac magistratibus, regendaque per terrarum orbem pace belloque Republica fuerit, exposui; referam nunc interiorem ac familiarem ejus vitam, quibusque moribus atque fortuna domi et inter suos egerit a juventa usque ad supremum vitæ diem. Matrem[1] amisit in primo consulatu, sororem[2] Octaviam

« der que comme nne simple déco- « ration extérieure, loi plaisait par « plus d'un endroit. Son amour- « propre sans doote était flatté de « tant de témoignages de vénéra- « tiou; et de plos il savait qne tout « ce qui relève aux yeux des peu- « ples la majesté de celui qui donne « la loi, les dispose à lui mieux « obéir. »

LX. 1. *Cæsareas.* Urbes, quibus *Cæsarea* sive *Sebaste* nomen, Mauritaniæ, Palæstinæ, Galatiæ, Cappadociæ, Ciliciæ, Pisidiæ, Armeniæ, recenset Plinius, Hist. Nat. V et VI. Consule, qui de geographia antiqua exposuerunt.

2. *Ædem Jovis Olympii.* De hoc templo cf. Meursius (Thes. Gronov. tom. IV, p. 849 seq.) et Fabric. ad Dion. LXIX, 16, ubi perfectum illud dicitur ab Hadriano, consentiente Spartian. cap. 13: Vide Pausan. I, 18, et V, 12.

3. *Ac sæpe regnis relictis*, etc. Totum locum nostrum ita reddidit Eutrop. VII, 5: « Tanto autem amore etiam apud barbaros fuit, ut reges, populi Romani amici, in honorem ejus conderent civitates, quas Cæsareas nominarent, sicut in Mauritania a rege Juba, et in Palæstina (ab Herode condita), quæ nunc urbs est clarissima. Multi autem regnis suis venerunt, ut ei obsequerentur; et habitu Romano, togati scilicet, ad vehiculum vel equum ipsius cucurrerunt. »

LXI. 1. *Matrem;* Atiam. Vide c. 4. Mortuam δημοσίᾳ ταφῇ fuisse honoratam memorat Dio, XLVII, 17, ad A. U. 712.

2. *Sororem Octaviam;* minorem, ex eadem matre Atia, nuptam prius Marcello, postea M. Antonio. Hanc enim, non majorem Octaviam, C. Octavii ex Ancharia filiam, et duplici conjugio illo et generosa indole nobilem feminam esse, contra Plutarchum et plerosque stemmatis Augusti auctores ostendit Glandorp. Onomast. pag. 86 seq.

quinquagesimum et quartum agens ætatis annum. Utrique quum præcipua officia vivæ præstitisset, etiam defunctæ honores maximos tribuit.

LXII. Sponsam habuerat adolescens P. Servilii[1] Isaurici filiam; sed reconciliatus post primam discordiam Antonio, expostulantibus utriusque militibus, ut et necessitudine aliqua jungerentur, privignam[2] ejus Claudiam, Fulviæ ex P. Clodio filiam, duxit uxorem, vixdum nubilem; ac[3] simultate cum Fulvia socru exorta, dimisit intactam adhuc et virginem. Mox[4] Scriboniam in matrimonium accepit, nuptam[5] ante duobus consularibus, et ex altero etiam matrem. Cum hac etiam divortium[6] fecit,

et 433, et h. l. intelligendam esse inde apparet, quod simpliciter *soror Augusti*, uterina adeo, dicitur. De ejus morte cf. Dio, LIV, 35, ad ann. 743, Q. Ælio Tuberone, Paullo Fabio Maximo Coss. Atiæ filiam etiam Fabricius ad h. l. intelligit.

LXII. 1. *P. Servilii Isaurici*; sine dubio illius, qui cum Cæsare Consul fuit ann. 706. Cf. Cæs. 35.

2. *Privignam ejus Claudiam*, etc. Dio, XLVI, 56; Plutarch. Anton. 20. Factum ann. 711.

3. *Ac simultate... virginem*; illa simultate, ex qua bellum Perusinum exortum, de quo c. 14. Conf. Dio, XLVIII, 5. Claudiam dimisit ann. 713. Citat ad h. l. Beroald. obscænitate notum illud epigramma, quo simultatis inter se et Fulviam exortæ causam Augustus ipse reddit:

Quod futuit Glaphyran Antonius, hanc mihi pœnam
Fulvia constituit, se quoque uti futuam.
Fulviam ego ut futuam? quid, si me Manius oret,
Pædicem, faciam? non puto, si sapiam.
Aut futue, aut pugnemus, ait. Quid, si mihi vita
Carior est ipsa mentula? signa canant.

Versiculos istos imitatione Gallica sic reddidit Fontenelle :

Parcequ'Antoine est charmé de Glaphyre,
Fulvie à ses beaux yeux me veut assujettir.
Antoine est infidèle. Eh bien donc? est-ce à dire
Que des fautes d'Antoine on me fera pâtir?
Qui? moi, que je serve Fulvie!
Suffit-il qu'elle en ait envie?
A ce compte, on verrait se retirer vers moi
Mille épouses mal satisfaites.
Aime-moi, me dit-elle, ou combattons. Mais, quoi?
Elle est bien laide! Allons, sonnez, trompettes.

4. *Scriboniam*; sororem L. Scribonii Libonis, soceri Sexti Pompeii, quocum pacem inire optabat ann. 714. Appian. V, 3; Dio, XLVIII, 16.

5. *Nuptam ante duobus consularibus*. Qui illi fuerint, non constat. Primum autem fuisse P. Cornelium Scipionem Nasicam, patrem Corneliæ, cujus mortem luget Propert. Eleg. IV, 11, censent Casaub. et Beroald. ad h. l.; Glandorp. p. 261.

6. *Cum hac etiam divortium fe-*

pertæsus, ut scribit, morum perversitatem ejus: ac statim Liviam[7] Drusillam matrimonio Tiberii Neronis, et quidem prægnantem, abduxit, dilexitque et probavit unice ac perseveranter.

LXIII. Ex Scribonia Juliam, ex Livia nihil liberorum tulit, quum maxime cuperet. Infans, qui conceptus erat, immaturus est editus. Juliam[1] primum Marcello, Octaviæ sororis suæ filio, tantum quod pueritiam egresso, deinde, ut is obiit, M. Agrippæ nuptum dedit, exorata sorore, ut sibi genero cederet: nam tunc Agrippa alteram Marcellarum habebat, et ex ea liberos. Hoc quoque de-

cit; rem ad ann. 715 refert Dio, XLVIII, 34.

7. *Liviam Drusillam;* ann. 716, secundum Dion. XLVIII, 43 et 44. Vide Claud. 1; Vell. II, 94; Tacit. Annal. V, 1. SAINT-RÉAL, *Considérations sur Livie*, sic nobis eam depingit: « Livie était d'un caractère « doux et poli; joignait à beaucoup « d'esprit une connaissance pro- « fonde de toutes les sciences, et « une politique fine et recherchée, « qui lui fesait si souvent donner « des conseils justes et heureux dans « l'exécution. Elle était belle, mais « d'une conduite irréprochable; « tous les auteurs se sont récriés « là-dessus; on n'a jamais soup- « çonné qu'elle ait eu aucune ga- « lanterie : d'ailleurs, elle se pi- « quait peu de cette vertu sévère « qui condamne les plaisirs des au- « tres : elle était bien aise, au con- « traire, qu'Auguste trouvât des « plaisirs étrangers, et contribuait « elle-même à le rendre sensible « pour les belles personnes, afin « de le détourner, sans doute, de « tout autre commerce d'une plus « dangereuse conséquence, et pour « être la maîtresse des personnes « qu'il honorait de sa bienveillance. « Elle était superbe et ambitieuse; « mais elle savait si bien se dégui- « ser, et sa complaisance pour Au- « guste était si grande et parais- « sait si naturelle, que le prince ne « s'aperçut que fort tard qu'il y eût « de la politique dans son amour. » Et subjicit : « La servitude dans « laquelle Livie tenait Auguste, « est peut-être l'endroit de la vie « de ce prince qui nous découvre « davantage ses faiblesses et les « chagrins inévitablement attachés « à la condition humaine, dans « quelque haut rang qu'elle puisse « être. »

LXIII. 1. *Juliam primum Marcelle*, etc. Conf. Plutarch. Anton. 87, qui a Nostro in hoc uno discrepat, quod illam conjugum permutationem Octaviæ consilio tribuit. Marcellum A. U. 731 mortuum narrat Dio, LIII, 30, ejusque viduam, Juliam, datam Agrippæ ann. 733 (LIV, 6), suadente Mæcenate.

functo, multis, ac diu, etiam[2] ex equestri ordine, circumspectis conditionibus, Tiberium[3] privignum suum legit, coegitque prægnantem uxorem, et ex qua jam pater erat, dimittere. M. Antonius scribit, « Primum eum Antonio[4] filio suo despondisse Juliam; dein Cotisoni, Getarum regi: quo tempore sibi quoque invicem filiam regis in matrimonium[5] petisset. »

LXIV. Nepotes ex Agrippa et Julia tres habuit, Caium, Lucium, et Agrippam: neptes duas, Juliam, et Agrippinam. Juliam L. Paulo[1], Censoris filio, Agrippinam Germanico[2], sororis suæ nepoti, collocavit. Caium et Lucium adoptavit, domi[3] per assem et libram emtos a patre,

2. *Etiam ex equestri ordine.* Cf. Tacit. Annal. IV, 39, ubi Sejanus audivisse se scribit in codicillis ad Tiberium, « Augustum in collocanda filia nonnihil etiam de Equitibus Romanis consultavisse. » C. Proculeium et quosdam alios eos fuisse, *insigni tranquillitate vitæ, nullis Reipubl. negotiis permixtos*, a quibus scilicet ad tantum honorem evectis nihil periculi immineret, docent, quæ respondet Tiberius, cap. 40.

3. *Tiberium.... legit.* Conf. Dio, LIV, 31, ad ann. 742; Sueton. Tiber. 7.

4. *Antonio filio suo*, etc. Antyllo, e Fulvia. Cf. Dio, XLVIII, 54, qui LI, 15, interfectum eum narrat ab Octaviano. Vide supra c. 17.

5. *Petisset;* nempe Augustus, quod si vel maxime falsum fuit ac fictum, ab Antonio tamen per convicia ei objectum est. Casaub. ad Antonium refert, probata lectione *petiisse*. Ferri hanc quoque posse (modo ne eum, quem Casaubonus, sensum subjicias), quod non semel post relativa adhibeatur infinitivus, ut Cæs. 52, « quæ scire C. Matium, etc., » recte monet Reitzius in Dictatis.

LXIV. 1. *L. Paulo, Censoris filio;* qui ideo *progener Augusti* dicitur cap. 19, conjurationis contra eum postea reus. Pater Censor fuerat ann. 732, cum L. Munatio Planco (Dio, LIV, 2). Ex Pauli atque Juliæ matrimonio prodierunt M. Æmilius Lepidus, commemoratus Calig. 24 et Dion. LIX, 11, et Æmilia Lepida, sponsa Claudii Cæsaris: vide Claud. 26, ubi *Augusti proneptis* dicitur.

2. *Germanico, sororis suæ nepoti.* Filius erat Drusi ex Antonia minore, Octaviæ et Antonii Triumviri filia. Editt. aliæ, monente Torrentio, *uxoris* pro *sororis*, quod et ipsum rectum: Drusus enim Liviæ erat filius.

3. *Domi per assem et libram emtos*, etc. quod vulgo « *per æs* et libram » dicebatur, formula solemni: « hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse aio, isque mihi

Agrippa : tenerosque adhuc ad curam Reipublicæ admovit : et Consules[4] designatos circum provincias exercitusque dimisit. Filiam et neptes ita instituit, ut etiam lanificio[5] assuefaceret, vetaretque loqui, aut agere quicquam, nisi propalam, et quod in diurnos[6] commentarios referretur. Extraneorum[7] quidem cœtu adeo prohibuit, ut L. Vinicio[8], claro decoroque juveni, scripserit quondam,

emtus est hoc ære æneaque libra, » unde Lipsius ad Tacit. Annal. I, 3, taxat, quum perperam nostro loco inolevisse dicit, lectionem *per assem*, sequiturque Torrentius, haud nominato Lipsio, more suo. Promiscua est utraque lectio. Ceterum *domi* emit, quum sub potestate adhuc essent patris Agrippæ, ejusque solo consensu (ita Torrentius) per mancipationem rite factam Augusto tradi possent, non *lege curiata* adoptavit sive arrogavit in Foro, uti Tiberium cap. seq. Rem narrat Dio, LIV, 18. Tacit. l. c. « genitos Agrippa, Caium ac Lucium, in familiam Cæsarum induxerat; nec dum posita puerili prætexta, Principes Juventutis appellari, destinari Consules, specie recusantis flagrantissime cupiverat. » Vell. II, 96. — *Tenerosque adhuc;* id est, ut Tacitus, nondum posita puerili prætexta. Vide Græv. ad Flor. IV, 4, 2. — *Ad curam*. Codd. alii, *curæ*, ut postea, « ut etiam lanificio assuefaceret, » ubi al. *ad lanificium*, promiscuo compositorum cum præpositione *ad* usu. Cf. Oudend. ad h. l.

4. *Consules designatos*. Monum. Ancyr. in XII° tom. Livii a nobis editi, « Caium et Lucium Cæsares honoris mei causa Senat. Pop. que R. annum quintum et decimum agentis Consules designavit, ut eum magistratum inirent post quinquennium, et ex eo die, quo deducti sunt in Forum, ut interessent consiliis publicis, decrevit Senatus. Equites autem Romani universi Principem Juventutis utrumque eorum parmis et hastis argenteis donatum appellaverunt. » Consentiunt lapides atque nummi; dissentit Dio, LV, 9, ubi de conciliandis scriptoribus desperat etiam Reimarus.

5. *Ut etiam lanificio assuefaceret.* Hanc Augusti disciplinam domesticam, Eginhardo teste, Carolus ipse Magnus, Galliarum quondam Imperator, imitatus est : « Filias lanificio assuescere, coloque ac fuso, ne per otium torperent, operam impendere, atque ad omnem honestatem erudiri jussit. »

6. *In diurnos commentarios;* privatas Imperatoriæ domus ephemeridas intellige, quas servus vel libertus aliquis curabat. — *Referretur;* i. e. referri posset.

7. *Extraneorum.... cœtu;* consuetudine eorum, qui non ad domum suam pertinerent.

8. *L. Vinicio*. Tres apud Velleium occurrunt Vinicii, pater, filius, et nepos, cui historiarum libros inscripsit. Nostro loco maxima in exarando nomine librorum varietas. Cf. Burm. et Oudend.

« Parum modeste fecisse eum, quod filiam suam Baias salutatum venisset. » Nepotes et literas, et notare[9], aliaque rudimenta, per se plerumque docuit : ac nihil æque elaboravit[10], quam ut imitarentur[11] chirographum suum. Neque cœnavit una, nisi ut in imo[12] lecto assiderent : neque iter fecit, nisi ut vehiculo anteirent, aut circa adequitarent.

LXV. Sed lætum eum, atque fidentem et sobole[1] et disciplina domus, Fortuna destituit. Julias[2], filiam et neptem, omnibus probris contaminatas, relegavit. Caium[3] et

9. *Notare*. Recepi Lipsii emendationem, secutus Burm. Oudend. Ernest. et Wolfium, quamvis *notare* ita simpliciter dictum pro *scribere* vel etiam pro *certis notis scribere* paulum me offendat. Locus saltem Galb. 5 huc non facit, quoniam ibi est *summa notata*. Aptior est Quintil. Prooem. lib. I, § 7, « quantum *notando* consequi poterant. » Id constat, *notare* magis convenire *literis aliisque rudimentis*, quæ docuisse Augustus dicitur, quam vulg. *natare*, quod damnant ut alienum a corporis ejus imbecillitate, de qua cap. 80, et imperii dignitate. De orthographia Augusti vide cap. 88.

10. *Elaboravit*. Ita optime MSS. Editt. aliæ, *laboravit*.

11. *Quam ut imitarentur chirographum suum*; si forte in scribendis secretioribus literis eorum opera uti vellet.

12. *In imo lecto*. Infra Claud. 32, « *ad fulcra lectorum* sedentes. » Lips. ad Tacit. Ann. XIII, 16, suadet, *nisi ut imo*, etc.

LXV. 1. *Et sobole et disciplina domus*. Inde postea de *morte* et de *dedecore* prolis Augusti exponit. *Lætus* erat *sobole*, *fidens disciplina domus*.

2. *Julias..... relegavit*. Cf. Dio, LV, 10, ad ann. 752. De Julia *filia* plura mox Suetonius. Augustus ipse apud CORNEILLE, *Cinna*, act. V, sc. 2 :

Jusques à quand, ô ciel, et par quelle raison
Prendrez-vous contre moi des traits dans ma maison !
Pour ses débordemens j'en ai chassé Julie, etc.

De *nepte* Julia, Agrippæ e Julia filia, Tacit. Annal. IV, 71 : « per idem tempus (ann. 781) Julia mortem obiit, quam neptem Augustus, convictam adulterii (cum D. Silano; Tacit. Annal. III, 25), damnaverat, projeceratque in insulam Trimerum, haud procul Apulis litoribus. Illic viginti annis exsilium toleravit, Augustæ ope sustentata, quæ, florentes privignos quum per occultum subvertisset, misericordiam erga afflictos palam ostentabat. »

3. *Caium et Lucium... defunctis*. Vell. II, 102 : « Armeniam Caius ingressus, prima parte introitus prospere rem gessit; mox in colloquio, cui se temere crediderat, circa Artageram graviter a quodam, nomine Adduo, vulneratus,

Lucium in duodeviginti mensium spatio amisit ambos, Caio in Lycia, Lucio Massiliæ, defunctis. Tertium nepotem,[4] Agrippam, simulque[5] privignum, Tiberium, adoptavit in Foro lege Curiata. Ex quibus Agrippam[6] brevi ob

ex eo, ut corpus minus habile, ita animum minus utilem Reipubl. habere cœpit. Nec defuit conversatio hominum, vitia ejus assentatione alentium. Etenim semper magnæ fortunæ comes adest adulatio. Per quæ eo ductus erat, ut in ultimo ac remotissimo terrarum orbis angulo consenescere, quam Romam regredi mallet. Diu deinde reluctatus, invitusque revertens in Italiam, *in urbe Lyciæ* (Limyra nominant) morbo obiit; » (a. d. IX Kal. Mart. 757 : vide Noris. ad Cenotaph. Pisan. pag. 348). Cf. Flor. IV, 12, 44, cui loco adhuc corruptissimo lux et medela fortasse afferenda e Sext. Rufi Breviar. c. 15, ex parte inde transcripto. Tacit. Annal. I, 3 : « L. Cæsarem, euntem ad Hispanienses exercitus, Caium, remeantem Armenia et vulnere invalidum, mors fato propera vel novercæ Liviæ dolus abstulit. » Ceterum, accuratissime Suetonius, *in duodeviginti mensium spatio*. Obierat enim Lucius a. d. XII Kal. Sept. ann. 755. Vell. l. c., « quum *ante annum ferme* L. Cæsar, frater ejus, Hispanias petens, Massiliæ decessisset; » ubi *ferme* significare *aliquanto plus*, notat ad locum nostrum Oudendorp. *Massiliæ* Lucium morbo solutum, auctor etiam Florus, IV, 12, 43.

4. *Agrippam*. Posthumum, de quo vide infra.

5. *Simulque... Tiberium, adoptavit*, etc. Vell. II, 103 : « quod post Lucii mortem, adhuc Caio vivo, facere voluerat, atque, vehementer repugnante Nerone, erat inhibitus, post utriusque adolescentium obitum facere perseveravit, ut et tribuniciæ potestatis consortionem Neroni constitueret, multum quidem eo quum domi, tum in Senatu recusante, et eum, Ælio Cato, Sentio Consulibus, V Kal. Jul., post Urbem cond. annis DCCLVII » (ita recte emendavit numerum Krausius post Grunerum et Burmannum), « abhinc annis XXVII, adoptaret, etc. » Piget enim, transcribere turpem Velleii adulationem. Conf. Dion. LV, 13; Nostrum, infra, Tiber. 13. De *adoptione* hac legitima in Foro lege curiata, sive *arrogatione*, Heinecc. Ant. Rom. I, 11, § 5 seq. et Sigon. de Jure Ant. Civ. Rom. I, 10. Locus classicus est apud Gell. V, 19.

6. *Agrippam.... abdicavit, sepositque Surrentum*. Conf. Dio, LV, 32, cujus verba non meminisse videntur, qui in loco nostro *sordidum* corrigendum censuerunt in *horridum*, vel *scordalum*, quæ Salmasii conjectura tautologiam etiam infert, quum *scordalus* sit *ferox*. Verum *sordidus* dicitur Suetonio, qui Dioni, ejus interpreti, *δουλοπρεπής*, rebus inhonestis et generis nobilitate indignis, ut piscaturæ, unice intentus, quo sensu *sordidum ad famam* est apud Cicer. de Offic. II, 14. Ceterum, Tacit. Annal. I,

ingenium sordidum ac ferox abdicavit, seposuitque Surrentum. Aliquanto autem patientius mortem, quam dedecora[7] suorum tulit. Nam Caii Luciique casu non adeo fractus, de filia absens ac libello per Quæstorem recitato, notum[8] Senatui fecit; abstinuitque congressu hominum diu præ pudore, etiam de necanda deliberavit. Certe quum sub idem tempus una ex consciis liberta, Phœbe nomine, suspendio vitam finisset, « Maluisse se, » ait, « Phœbes patrem fuisse. » Relegatæ usum vini, omnemque delicatiorem cultum ademit: neque adiri a quopiam libero servove, nisi se consulto, permisit, et ita[9], ut certior

3, « Senem Augustum devinxerat adeo (Livia), uti nepotem unicum, Agrippam Posthumum, in insulam Planasiam projiceret, *rudem* sane *bonarum artium* (id ipsum est *sordidum*, servilis ingenii hominem), et *robore corporis stolide ferocem*, nullius tamen flagitii compertum. » Vell. II, 112 : « Hoc fere tempore (ann. 710) Agrippa, qui eodem die, quo Tiberius, adoptatus ab avo suo naturali erat, et jam ante biennium, qualis esset, apparere cœperat, mira pravitate animi atque ingenii in præcipitia conversus, patris atque ejusdem avi sui animum alienavit sibi, moxque, crescentibus in dies vitiis, dignum furore suo habuit exitum. » Conf. ad Tib. 22. *Abdicavit* opponitur adoptioni, quam irritam fecit Augustus, adoptatum ejiciens e familia. Ita Reitz. in Dict. ad h. l., *abdicationem* distinguens ab *exheredatione*, quod illa vivo, hæc fit mortuo.

7. *Dedecora;* stupra, adulteria, ut Horat. Carm. III, 6, 32,

Dedecorum pretiosus emtor.

8. *Notum Senatui fecit.* Senec. de Benefic. VI, 32, « flagitia principalis domus in publicum emisit. » Dictionis *notum facere* exempla affert Reitz. Plin. Epist. II, 11, ubi item, *notum Senatui facere*, et IV, 25, et comparat *notificare* Ovidii, Epist. ex Pont. I, 2, 12. — *Quæstorum* sub Imperatoribus officium fuisse, recitare eorum orationes in Senatu, docent loca Ner. 15; Tit. 6; Tacit. Annal. XVI, 27.

9. *Et ita, ut certior fieret, qua is ætate*, etc. ut sciret, quibuscum rem haberet filia, an pristini adulteri eam adirent vel novi, minus ob pudicitiam ejus, quam ob conspirationis vitæque suæ periculum. Optime scire debebat Augustus, qui metuendi sibi essent, etiam propter bellorum, quibus interfuerant, odium, unde *cicatrices*. Juliam depingit Velleius, II, 100, quæ « nihil quod facere aut pati turpiter posset femina, luxuria, libidine, infectum reliquit, magnitudinemque fortunæ suæ peccandi licentia metiebatur, quidquid liberet pro licito vindicans. » Ipsius

fieret, qua is ætate, qua statura, quo colore esset, etiam quibus corporis notis, vel cicatricibus. Post quinquennium demum ex insula[10] in continentem, lenioribusque paulo conditionibus, transtulit eam. Nam, ut omnino revocaret, exorari nullo modo potuit; deprecanti sæpe populo Romano, et pertinacius instanti, « tales filias talesque conjuges » pro concione imprecatus. Ex nepte[11] Julia post damnationem editum infantem agnosci alique vetuit.

adulteros Jnlinm Antoninm, Quintium Crispinum, Appinm Clandium, Semproninm Gracchum ac Scipionem, iuter « alios minoris nominis utrinsque ordinis viros » deinde recenset. De eadem egit Saint-Réal, *Caractère de Julie*, interque cetera hæc habet : « Peut-« on se persuader que l'éducation « qu'Angnste donna à sa fille ait « pu contribuer à la rendre d'une « prostitution si publiqne, qu'elle « n'était ignorée de persoune dans « l'empire ? J'aimerais mieux croire « que la perversité de son naturel, « avec un peu de négligeuce que « les embarras d'nn empire nouvel-« lement établi causèrent, contri-« bua tont-à-fait à la perdre, dans « un tems où le vice régnait si ab-« solument. La donceur dont on « usa dans le commencement de « ses galanteries les augmenta ; « et les violences qu'on voulut faire « ensuite, pour guérir un mal qui « avait déjà pris dans le cœur de « profondes racines, ne firent que « l'irriter.... Julie était la plns ai-« mable personne qui fût à Rome : « sa beauté était tonchante, et son « esprit vif, solide, et délicat : elle « avait une connaissance des bel-« les-lettres, qui rendait sa con-« versation la plus agréable du « monde. Tous ceux qui se distin-« guaient à Rome par leur mérite « ou leur naissance, soupirèrent « pour Julie ; et trouvant dans cette « princesse des dispositions natu-« relles à l'amour, plusieurs osè-« rent lui découvrir leurs senti-« mens. Tant d'hommages rendus « à sa beauté, l'engagèrent dans « une condnite si déréglée, qu'Au-« guste, dont la lâche complaisance « pour sa fille avait souffert jus-« que-là ses déréglemens, voulut « enfin y remédier ; mais il se ser-« vit d'un remède si violent, qu'il « donna lieu à ses ennemis de l'ac-« cuser, peut-être à tort, d'avoir « pour Julie des sentimens peu ré-« glés, et l'on attribua à une se-« crète jalousie ce qu'il ne fit peut-« être que par le ressentiment que « lui donna un libertinage, qui le « déshonorait. »

10. *Ex insula in continentem... transtulit eam.* Tacit. Annal. I, 53 : « Eodem anno (767) Julia supremum diem obiit, ob impudicitiam olim a patre Augusto *Pandateria insula*, mox *oppido Rheginorum*, qui Siculum fretum accolunt, clausa. »

11. *Ex nepte Julia*; de qua dictum supra.

Agrippam nihilo tractabiliorem, immo in dies amentiorem, in insulam [12] transportavit, sepsitque insuper custodia militum. Cavit [13] etiam Senatusconsulto, ut eodem loci in perpetuum contineretur; atque ad omnem et ejus et Juliarum mentionem ingemiscens, proclamare etiam solebat,

Αἴθ' [14] ὄφελον ἄγαμός τ' ἔμεναι, ἄγονός τ' ἀπολέσθαι·

nec aliter eos appellare, quam tres vomicas, aut tria carcinomata sua.

LXVI. Amicitias neque facile admisit, et constantissime retinuit; non tantum virtutes ac merita cujusque digne prosecutus, sed vitia quoque [1] et delicta, duntaxat modica, perpessus. Neque enim temere ex omni numero in amicitia ejus afflicti reperientur, præter [2] Salvidienum Rufum, quem ad consulatum usque, et Cornelium Gal-

12. *In insulam transportavit;* Planasiam. Reliqui scriptores hanc modo memorant, silentes de Surrento. Vide supra.

13. *Cavit etiam Senatusconsulto, ut... contineretur.* Tacit. Annal. I, 6: « Multa... sævaque Augustus de moribus adolescentis questus, ut exsilium ejus Senatusconsulto sanciretur, perfecerat; ceterum in nullius unquam suorum necem duravit. »

14. Αἴθ' ὄφελον, etc. Versus paulum immutatus ex Homer. Iliad. III, 40.

LXVI. 1. *Sed vitia quoque... duntaxat modica.* Gell. I, 17: « vitia enim flagitiis leviora sunt. » *Duntaxat*, scilicet, certe.

2. *Præter Salvidienum Rufum.* Legatus hic fuerat Octavii in bello civili, maximamque et utilissimam ei præstiterat operam, memoratus ideo Dioni, XLVIII, 13, 18, etc. Appian. Bell. Civ. IV, 85, et V, 20, etc. Necatum eum narrant Dio, XLVIII, 33, et Appian. V, 66, qui ab Antonio proditionem ejus patefactam Octavio tradit, consentiente Liv. CXXVII, « Q. Salvidienum consilia nefaria contra Cæsarem molitum, indicio suo protraxit (M. Antonius), isque damnatus mortem sibi conscivit, » in hoc autem uno discrepante, quod mortem voluntariam contigisse homini dicit. Vell. II, 76: « Per quæ tempora Rufi Salvidieni scelesta consilia patefacta sunt. Qui natus obscurissimis initiis, parum habebat, summa accepisse, et proximus a Cn. Pompeio ipsoque Cæsare ex equestri ordine Consul creatus esse, nisi in id ascendisset, e quo infra se et Cæsarem videret et Rempublicam. » Periit ann. 714. — *Ad consulatum usque;* ad quem tamen designatus modo est; nunquam

lum[3], quem ad præfecturam Ægypti, ex infima utrumque fortuna provexerat. Quorum alterum, res novas molientem, damnandum Senatui tradidit : alteri, ob ingratum et malevolum animum, domo et provinciis[4] suis interdixit. Sed Gallo quoque et accusatorum denunciationibus et Senatusconsultis ad necem compulso, laudavit[5] quidem pietatem tanto opere pro se indignantium; ceterum et illacrimavit, et vicem suam conquestus est, « quod sibi soli non liceret, amicis, quatenus vellet, irasci. » Reliqui potentia atque opibus ad finem vitæ sui cujusque ordinis principes floruerunt, quamquam et offensis intervenientibus. Desideravit enim nonnunquam, ne de pluribus referam, et M. Agrippæ patientiam, et Mæcenatis taciturnitatem, quum[6] ille ex levi rigoris suspicione, et quod Marcellus sibi anteferretur, Mytilenas se, relictis om-

enim gessit, prius interemtus. Cf. interpr. ad Velleium.

3. *Et Cornelium Gallum.* Hunc præfecerat Ægypto ann. 724, post mortem Cleopatræ ejusque prolis. Dio, LI, 17. Periit ann. 728. Rem narrat Dio, LIII, 23. Pertinet Gallus ad celeberrimos illius ævi poetas. De illo vide Heyn. ad Virgil. Ecl. VI, 72, et ad Ecl. X; Burm. et Oudend. ad h. l.

4. *Provinciis suis;* Cæsareis; de quibus dictum ad cap. 47.

5. *Laudavit quidem pietatem tanto opere pro se indignantium.* Sic Tacit. Annal. III, 51, postquam ductum in carcerem Lutorium Priscum atque exanimatum dixit, pergit : « Id Tiberius solitis sibi ambagibus apud senatum incusavit, quum extolleret *pietatem quamvis modicas principis injurias acriter ulciscentium ;* deprecaretur *tam præcipites verborum pœnas.* »

6. *Quum ille.... Mytilenas se.... contulisset.* Conf. Tiber. 10. Non sponte abiisse, sed ablegatum ab Augusto, consentiunt reliqui scriptores. Dio, LIII, 32, ad ann. 731, rem ita narrat, ut neque sponte abierit Agrippa, neque ab Augusto ablegatus fuerit, sed orta inter eum atque Marcellum simultate, ne, si uno ambo manerent loco, contentio cresceret, in Syriam missus, cui præesset, provinciam eam per legatos rexerit, ipse Lesbi permanserit. Videtur sane Dio in hac narratione amorem Agrippæ, quem ubique prodit, citra rei veritatem esse secutus. Nam Tacit. Annal. XIV, 53, *Mytilenense secretum* Agrippæ ab Augusto permissum dicit; Plin. Hist. Nat. VII, 45 (46), *pudendam Agrippæ ablegationem* inter Augusti infortunia refert, quo loco pro *ablegatio* legendum *alienatio*, temere Torrentius ad no-

nibus, contulisset; hic secretum[7] de comperta Murenæ conjuratione uxori Terentiæ prodidisset. Exegit et ipse invicem ab amicis benevolentiam mutuam, tam a defunctis, quam a vivis. Nam, quamvis minime appeteret hereditates, ut qui nunquam ex ignoti testamento capere quicquam sustinuerit, amicorum tamen suprema judicia morosissime pensitavit; neque dolore dissimulato, si parcius, aut citra honorem[8] verborum, neque gaudio, si grate pieque quis se prosecutus fuisset. Legata, vel partes hereditatum, a quibuscumque parentibus relicta sibi, aut statim liberis eorum[9] concedere, aut si pupillari ætate essent, die virilis togæ, vel nuptiarum, cum incremento restituere consuerat.

LXVII. Patronus[1] dominusque non minus severus,

strum censet. Vide Fabr. ad Dionis locum jam citatum — *Rigoris*. Lipsius, ad Velleium lib. II, cap. 83, emendavit *frigoris*, idque plerique probarunt, Wolfius etiam recepit. Servavimus omnium Codd. lectionem, quæ et commodum dat sensum (*severiorem solito vultum Augusti animadvertere sibi visus erat Agrippa*), et linguæ Latinæ usui, quo nomine ab Ernest. impugnatur, non est contraria. Defendit eam Reitzius in Dictatis, locis Plin. Hist. Nat. VII, 19, qui tamen minus huc pertinet, quum *rigor* ibi sit ἀπάθεια, et cap. 50, ubi *rigor* atque *calor* opponuntur. Quamquam vero de corpore ibi sermo est, potest tamen eodem jure ad animum transferri, qui *calere*, i. e. amare, desiit, quo *frigus* de eo dicitur; oriturque rigor ex diuturno frigore.

7. *Hic secretum de comperta Murenæ.... prodidisset.* Conjurationem Murenæ Noster memoravit cap. 19. De Terentia vide cap. 69. Amabat eam Augustus, idque amicitiæ Mæcenatis obfuisse narrat Dio, LIV, 19, quem etiam vide LV, 7, ubi de morte Mæcenatis loquitur, quæ in ann. 746 incidit.

8. *Aut citra honorem verborum.* Ut maledictis, quos oderant, tyrannos maxime eorumque amicos, incessere solebant Romani (vide cap. 55), ita laudibus prosequebantur in testamentis amicos, unde honori sibi duxerunt inseri aliorum testamentis etiam viri, neque pecuniæ appetentes, neque talis subsidii indigi.

9. *Liberis eorum concedere.* Exempli loco memorat Ernest. liberos Herodis ex Joseph. XVII, 11, extr. — *Aut.... cum incremento restituere.* Cf. Dio, LVI, 32, ubi de testamento Augusti.

LXVII. 1. *Patronus dominusque.* *Patronus* libertos, *dominus* servos

quam facilis et clemens, multos libertorum in honore et usu maximo habuit : ut Licinium Enceladum [2], aliosque. Cosmum servum, gravissime de se opinantem, non ultra quam compedibus coercuit. Diomedem [3] dispensatorem, a quo simul ambulante, incurrenti repente fero apro per metum objectus est, maluit timiditatis arguere, quam noxæ ; remque non minimi periculi, quia tamen fraus aberat, in jocum vertit. Idem [4] Proculum ex acceptissimis libertis mori coegit, compertum adulterare matronas : Thallo, a manu, quod pro epistola prodita denarios quingentos accepisset, crura [5] fregit. Pædagogum ministrosque Caii filii, per occasionem valetudinis mortisque ejus superbe avareque in provincia grassatos, oneratis [6] gravi pondere cervicibus, præcipitavit in flumen.

LXVIII. Prima [1] juventa variorum dedecorum infa-

spectat. Ita Cæs. 27, « *libertos* insuper *servulosque* cujusque, prout *domino patronove* gratus quis esset » (prosequebatur).

2. *Ut Licinium Enceladum.* Conjunximus utrumque nomen ut unius hominis, ex sententia Casauboni et Oudend., cui plures Codd. favent. De reliqua lectionis varietate et virorum doctorum opinionibus de hominibus obscuris exponere non attinet. Wolfius probat emendationem Oudendorpii, *Licinum*, *Eunum*, *Celadum*, inscriptionibus fultam. *Licinius* Augusti libertus memoratur Macrob. II, 4.

3. *Dispensatorem* ; rei familiari præfectum, qui pecunias maxime collocandas curabat. Macrob. II, 4 : « *dispensatorem* Cæsar vocavit, et HS. centum millia numerare Græculo jussit. »

4. *Idem*, etc. Hactenus facilitatis atque clementiæ exempla dedit. Sequuntur jam alia severitatis. Oppositionem notat h. l. vox *Idem*, ut Cæs. 58.

5. *Crura fregit.* Vulgo, *effregit*. Gronov. et Oudendorp. dederunt, *Thallo.... crura ei fregit*, pleonasmo non ferendo. Namque in iis, quæ ex Aug. 94 afferuntur, « *prandenti*.... aquila panem ei manu rapuit, » *ei* posset quidem omitti, sed non prorsus est supervacuum : est *ei*, « dum prandebat ; » Domit. 3, ubi est, « uxorem Domitiam.... *eandem*.... repudiavit, » pronomen *eandem* suam habet significationem : est enim *tamen eam*, uti præcedens ex *qua* « quamquam ex ea, » quam vocis *idem* vim modo notavimus.

6. *Oneratis gravi pondere cervicibus*, etc. Illustrat hoc καταποντισμοῦ supplicium pluribus exemplis Casaub. ad h. l.

LXVIII. 1. *Primo juventa*, etc.

miam subiit. Sex. Pompeius ut effeminatum insectatus est: M. Antonius [2] adoptionem avunculi stupro meritum: item Lucius, Marci frater, quasi pudicitiam delibatam a Cæsare, A. etiam Hirtio in Hispania CCC millibus nummûm substraverit, solitusque sit crura suburere nuce ardenti, quo mollior pilus surgeret. Sed et populus quondam universus ludorum die, et accepit in contumeliam ejus, et assensu maximo comprobavit versum, in scena pronunciatum, de Gallo matris Deûm tympanizante,

Viden', [3] ut cinædus orbem digito temperat?

LXIX. Adulteria quidem exercuisse, ne amici quidem negant; excusantes sane, non libidine, sed ratione [1] commissa, quo facilius consilia adversariorum per cujusque mulieres exquireret. M. Antonius, super [2] festinatas Liviæ nuptias, objecit et feminam consularem e triclinio viri coram [3] in cubiculum abductam, rursus in convivium, ru-

Octavianus ipse apud VOLTAIRE, *le Triumvirat*, act. III, sc. 7:

D'indignes voluptés corrompaient mon jeune âge:
L'ambition succède avec toute sa rage.

2. *M. Antonius*, etc. Cic. Philipp. III, 6: « Primum in Cæsarem ut maledicta congessit, deprompta ex recordatione impudicitiæ et stuprorum suorum? Quis enim hoc adolescente castior? quis modestior? quod in juventute habemus illustrius exemplum veteris sanctitatis? quis autem illo maledico impurior? »

3. *Viden'*, etc. Ita dedimus, inserto *ut*, cum Ernest. et Oudend., e MSS. In primo pede senarii est anapæstus, in quarto dactylus. Ceterum, ambiguitas est in voc. *orbis*, quod tympanum significabat, a Gallo digito pulsatum, atque a populo ad orbem terrarum transferebatur, cui alius cinædus, Augustus, præerat. Hunc versum alicubi Gallice reddidit VOLTAIRE:

Le doigt d'un vil Giton gouverne l'univers.

LXIX. 1. *Sed ratione commissa*; scelestiore profecto ipsa libidine, quam excusabant. Sed probabilis hæc ratio est in Augusto, qui ne peccare quidem sine arte atque dolo poterat.

2. *Super festinatas Liviæ nuptias*; quam, « incertum an invitam, *adeo properus* (abstulit marito), ut, ne spatio quidem ad enitendum dato, penatibus suis gravidam induxerit; » Tacit. Annal. V, 1.

3. *Viri coram*. Servavi librorum lectionem *viri*, quam mutarunt in *viro* ob usum particulæ *coram*. Sed jungenda e *triclinio viri*, et *coram* pertinet ad *abductam*, ut sit adverbii loco positum pro, *omnibus adspicientibus*, Suetonii more. Ita

bentibus auriculis, incomtiore capillo, reductam; et dimissam Scriboniam, quia liberius doluisset nimiam potentiam pellicis; et conditiones quæsitas per amicos, qui matresfamilias et adultas ætate virgines denudarent, atque perspicerent, tanquam Toranio[4] mangone vendente. Scribit etiam ad ipsum hoc familiariter adhuc, necdum plane inimicus, aut hostis: « Quid te mutavit? quod reginam ineo? uxor mea est. Nunc cœpi, an abhinc annos novem? tu deinde solam Drusillam inis? ita valeas, uti tu, hanc epistolam quum leges, non inieris Tertullam[5], aut Terentillam, aut Rufillam, aut Salviam Titisceniam, aut omnes. Anne refert, ubi et in quam arrigas? »

LXX. Cœna quoque ejus secretior in fabulis fuit, quæ vulgo δωδεκάθεος[1] vocabatur: in qua Deorum Dearumque habitu discubuisse convivas, et ipsum pro Apolline orna-

seotit etiam Walther. Observ. pag. 18, qui *triclinium* h. l. non locum, ubi cœnabatur, sed lectum, in quo ad mensam accumbebant, intelligit. — *Rubentibus auriculis*, etc. Recentis lasciviæ notas dat etiam Juvenal. Sat. XI, 187,

Vexatasque comas, vultumque auremque calentem.

4. *Toranio*. Ita edidimus, ut cap. 27. Idem enim est nomen, quamquam non idem homo. Mango Toranius commemoratur etiam a Plin. Hist. Nat. VII, 12; Macrob. II, 4, ubi *Toranius* et *Toronius Flaccus* dicitur; et Solin. pag. 8, ubi vide Salmas.

5. *Tertullam, aut Terentillam*, etc. Nomina facta e Tertia, Terentia, Rufa, et Titia, si vera est lectio *Titisceniam*. Alii enim aliter scribunt. Reliquas non moror. *Terentilla* autem nullus dubito quin sit Terentia, uxor Mæcenatis, quam adamasse Augustum notavi ad cap. 66. Vide Fabric. ad Dion. LIV, 19, et Meibom. in Vita Mæcenat. c. 27. — Indignata Fulvia apud VOLTAIRE, *le Triumvirat*, act. I, sc. 1:

Ce sont là les héros qui gouvernent la terre:
Ils font, en se jouant, et la paix et la guerre;
Du sein des voluptés ils nous donnent des fers.
A quels maîtres, grands dieux! livrez-vous l'univers?
Albine, les lions, au sortir des carnages,
Suivent, en rugissant, leurs compagnes sauvages;
Les tigres font l'amour avec férocité;
Tels sont nos triumvirs.

Et in eadem tragœdia, act. III, sc. 6, Julia, L. Cæsaris filia, Octavianum alloquens,

Ah! ce n'est pas à vous à m'enseigner les mœurs:
Je ne suis point réduite à tant d'ignominie.

LXX. 1. Δωδεκάθεος; a duodecim Diis majoribus, quos simpliciter τοὺς δώδεκα θεοὺς Græci appellant. Nominantur hoc Ennii disticho:

tum, non Antonii modo epistolæ, singulorum nomina amarissime enumerantis, exprobrant, sed et sine auctore notissimi versus :

Quum primum [2] istorum conduxit mensa choragum,
 Sexque Deos vidit Mallia, sexque Deas;
Impia dum Phœbi Cæsar mendacia ludit,
 Dum nova Divorum cœnat adulteria;
Omnia [3] se a terris tunc numina declinarunt,
 Fugit et auratos Juppiter ipse toros.

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovi', Neptunus, Vulcanus, Apollo.

2. *Quum primum*, etc. Quum nimia sit emendatio Heinsii et Grævii, « Quum *mimum histrorum* (i. e. histrionum) conduxit mensa *choragi*, » quam interpretantur, « Quum mimici hi histriones, qui Deos Deasque ludunt, convenerunt ad hoc Augusti (choragi) convivium; » inepta autem hypallage, quam statuit Ernestius, interpretans, « Ut primum istorum mensam conduxit choragus; » nihil restat, nisi ut *choragum* cum Casaub. et Oudend. dictum censeas per συνίζησιν pro *choragium*, quod voc. supellectilem scenicam significat, vel, quod Bremio etiam placere video, et quod facillimum est, *mensam istorum* intelligas de istis, qui cœnæ secretiori interesse solebant, seu de convivis ipsis, *choragum* autem ipsum Augustum, mensæ, tanquam choro, præfectum, chori moderatorem, eumque *conductum* a reliquis, μεμισθωμένον, in quo maxima inest contumelia. Optime autem id convenit sequentibus, « Impia dum Phœbi Cæsar mendacia ludit. » Phœbi enim partes agebat Augustus, chori Musarum magistri, simulque alluditur ad inanem famam, qua Apollinis filius ferebatur : vide c. 94; Dion. XLV, 1. Ceterum, *Malliam* non feminam intelligo, sed domum, in qua iste cœtus habebatur. Hæc de sensu difficillimi loci mea est sententia. Non potest autem, quin in ejusmodi epigrammate multa insint, ab iis tantum prorsus intelligenda, qui eodem tempore viventes, homines, locos, et quicquid indigitatur levi joco, optime noverant.

3. *Omnia se a terris*, etc. Imitatus locus e Catullo videtur, Nupt. Pel. vs. 398 sqq. nost. ed. p. 285 sq.

Sed postquam tellus scelere est imbuta nefando;
. . . .
Omnia fanda, nefanda, malo permixta furore,
Justificam nobis mentem avertere Deorum.
Quare nec tales dignantur visere cœtus,
Nec se contingi patiuntur lumine claro.

— *Toros.* Ita edidi, plerisque interpretibus præeuntibus, pro *thronos*, quod vocabulum sola Plinii auctoritate nititur. *Tori* etiam loco nostro magis conveniunt. Nimirum adeo indignati dicuntur Dii ipsi hunc Deorum ficticiorum conventum, ut terras prorsus reliquerint, Olympum petituri, et Jupiter, lecto, cui incubare in templo solebat, relicto, ipse a Romanis recesserit,

Auxit cœnæ rumorem summa tunc in civitate penuria ac fames, acclamatumque est postridie, « omne frumentum Deos comedisse; » et, « Cæsarem esse plane Apollinem, sed Tortorem[4]: » quo cognomine is Deus quadam in parte Urbis colebatur. Notatus est et ut pretiosæ supellectilis Corinthiorumque præcupidus, et aleæ indulgens. Nam et proscriptionis tempore ad statuam ejus adscriptum est,

Pater argentarius, ego Corinthiarius;

quum existimaretur quosdam propter vasa Corinthia inter proscriptos curasse referendos. Et deinde bello Siciliensi epigramma vulgatum est:

Postquam bis classe victus naves perdidit,
Aliquando ut vincat, ludit assidue aleam.

LXXI. Ex quibus sive criminibus sive maledictis infamiam[1] impudicitiæ facillime refutavit, et præsentis et posteræ vitæ castitate. Item lautitiarum invidiam; quum et Alexandria capta, nihil sibi præter unum murrhinum calicem ex instrumento regio retinuerit, et mox vasa aurea assiduissimi usus conflaverit omnia. Circa libidines hæsit; postea quoque, ut ferunt, ad vitiandas virgines promtior, quæ sibi undique, etiam ab uxore, conquirerentur. Aleæ rumorem nullo modo expavit, lusitque simpliciter[2] et palam oblectamenti causa, etiam senex; ac præterquam[3]

quod augurabantur ex insecuta fame.

4. *Sed Tortorem*; Marsyæ. Laudat Wolfius Bottiger. Mus. Attic. I, p. 357, de hoc cognomine exponentem.

LXXI. 1. *Infamiam impudicitiæ*. Denuo *impudicitia* de marium stupro dicitur, quod objectum Augusto vidimus c. 68. Sequitur enim, *Circa libidines hæsit*, quod a feminarum commercio non alienum eum fuisse significat. Vide quæ notavimus ad Cæs. c. 49.

2. *Simpliciter et palam*; id est, sine omni dissimulatione, ut ostenderet, sese tale oblectamentum, infamiæ alias obnoxium, non pudori sibi ducere. Ita apud Plin. Epist. I, 13, *dissimulanter et furtim*, atque *simpliciter et libere* opponuntur.

3. *Præterquam Decembri mense*; qui præter aliam morum licentiam

Decembri mense, aliis quoque festis profestisque diebus. Nec id dubium est. Autographa quadam epistola, « Cœnavi, » ait, « mi Tiberi, cum iisdem[4]. Accesserunt convivæ Vinicius et Silius pater. Inter cœnam lusimus γεροντικῶς, et heri et hodie. Talis[5] enim jactatis, ut quisque canem aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat: quos tollebat universos, qui Venerem jecerat. » Et rursus aliis literis: « Nos, mi Tiberi, Quinquatrus[6] satis jucunde egimus. Lusimus enim per omnes dies, forumque[7] aleatorium calfecimus. Frater tuus magnis clamoribus rem gessit. Ad summam tamen perdidit non multum; sed ex magnis detrimentis præter spem paulatim retractus est. Ego perdidi viginti millia nummûm meo nomine; sed quum effuse in lusu liberalis fuissem, ut soleo plerumque. Nam si, quas manus[8] remisi cuique, exegissem, aut retinuissem, quod

ludo etiam aleæque dari solebat. Martial. IV, 14, 7:

Dum blanda vagus alea December
Incertis sonat hinc et hinc fritillis.

4. *Cum iisdem*. Nisi nomen aliquod latet in hac voce corruptum, est, « cum iisdem, quibuscum soleo, et quos nosti. » Postea γεροντικῶς Casaub. recte interpretatur, « ut faciunt senes otio redditi oblectamenti causa, non cupiditate lucri. »

5. *Talis enim jactatis*, etc. *Talos* quatuor ad lusum adhibebant, *tesseras* tres. Illis quatuor erant latera, quibus inscriptæ *unio*, *senio*, *ternio*, *quaternio* (ita enim numeri oppositi erant; in tesseris, quibus sex latera, *binio* etiam et *quinio*, ut in nostris). *Venus*, sive *jactus Venereus*, seu *basilicus*, in singulis talis diversos numeros ostendebat; *canis*, pessimus jactus et damnosissimus, eosdem in singulis.

6. *Quinquatrus*. Festum hoc in honorem Minervæ post V Id. Mart. sive d. 19 Mart. per quinque dies celebrabatur. Ovid. Fast. III, 809:

Una dies media est; et fiunt sacra Minervæ;
Nominaque a junctis quinque diebus habent.
Sanguine prima vacat; nec fas concurrere ferro:
Causa, quod est illa nata Minerva die.
Altera tresque super strata celebrantur arena:
Ensibus exsertis bellica læta Dea est.

Cf. interpp. ad Gell. II, 21; Varro, de Ling. Lat. V; et Calendaria, quæ tom. VIII Thes. Græv. reperiuntur.

7. *Forumque aleatorium*, alveum, tabulam aleatoriam, a *forus*, non *forum*, qui error fuit Torrentii et Casauboni. — *Calfecimus*; eleganter de lusus acritate et ludentium studio.

8. *Manus*. Brem. post alios intelligit de damnoso jactu, quem col-

cuique donavi, vicissem vel quinquaginta millia. Sed hoc malo. Benignitas enim mea me ad cælestem gloriam efferet.» Scribit ad filiam: «Misi tibi denarios ducentos quinquaginta, quos singulis convivis dederam, si vellent inter se inter cœuam vel talis vel par impar[9] ludere.» In ceteris partibus vitæ continentissimum fuisse constat, ac sine suspicione ullius vitii.

LXXII. Habitavit primo juxta Romanum Forum[1], supra Scalas anularias, in domo quæ Calvi[2] oratoris fuerat: postea in Palatio[3]; sed nihilominus ædibus modicis[4] Hortensianis, et neque laxitate, neque cultu conspicuis, ut in quibus porticus[5] breves essent Albanarum columnarum, et sine marmore ullo aut insigni pavimento conclavia. Ac per annos amplius quadraginta eodem cubiculo[6] hieme et

ludentibus Augustus condonaverit. Immo est pecunia post talem jactum in medium conferenda, quam non exegisse se dicit.

9. *Por impar.* Lusus erat puerilis. Horat. Sat. II, 3, 248, conjungit;

Ludere par impar, equitare in arundine longa.

LXXII. 1. *Juxta Romanum Forum.* Additur *Romonum* propter duo alia recens exstructa, Julium et Augusti: cf. ad cap. 29. — *Scalas anularias*, quæ et quod genus ædificii fuerint, et cui rei inservierint, unde denique nomen acceperint, ignorare se fatetur Nardin. Rom. Vet. V, 16; cum Ernestio dictas illas putamus ab aurifabris, qui annulos ibi venderent, uti *vicum sandaliarium* a sandaliariis, cap. 57.

2. *Calvi orotoris*; C. Licinii Calvi, de quo vide Cic. Brut. 81.

3. *Postea in Palatio*; unde domus Cæsarum *Palotia* appellari cœperunt. Conf. Dio, LIII, 16. Hanc Augusti domum palatinam incendio absumtam et restitutam, legimus supra, c. 57. Postea publicam fecit Augustus, quia Pontificem Maximum in aliis quam publicis ædibus habitare fas non erat: Dio, LV, 12. Conf. ad Cæs. 46.

4. *Ædibus modicis Hortensianis.* Palatium ex pluribus domibus constructum fuerat. Pars igitur, ut hinc liquet, vetus fuit Hortensii domus; pars alia, Catilinæ domus, quæ tamen postea separata est, ut indicat Suetonius in Verr. Flacco (de Illustr. Gramm. 17).

5. *Porticus breves... Albanorum columnarum*; ex marmore montis Albani, cui ob viciniam exiguum pretium.

6. *Eodem cubiculo hieme et æstote mansit.* Nota Romanorum in multitudine villarum, diversoque pro variis locis annique temporibus apparatu, luxuria.

æstate mansit; quamvis parum salubrem valetudini suæ Urbem hieme experiretur, assidueque[7] in Urbe hiemaret. Si quando quid secreto, aut sine interpellatione agere proposuisset, erat illi locus in edito singularis, quem *Syracusas*[8] et τεχνόφυον vocabat: huc transibat, aut in alicujus libertorum suburbanum; æger autem in domo Mæcenatis cubabat. Ex secessibus præcipue frequentavit maritima, insulasque Campaniæ, aut proxima Urbi oppida, Lanuvium, Præneste, Tibur: ubi etiam in porticibus[9] Herculis templi persæpe jus dixit. Ampla et operosa[10] prætoria gravabatur. Et neptis quidem suæ Juliæ, profuse ab ea exstructa, etiam diruit ad solum: sua vero, quamvis modica, non tam statuarum tabularumque pictarum ornatu, quam xystis[11] et nemoribus excoluit, rebusque vetustate ac raritate notabilibus: qualia sunt Capreis immanium belluarum ferarumque membra prægrandia, quæ dicuntur *Gigantum ossa*, et *arma Heroum*.

7. *Assidueque in Urbe hiemaret;* id est, quamvis omnes hiemes in Urbe transigeret, eaque valetudini suæ parum salubri, tamen ne cubiculum quidem mutavit. Alii aliter. Erasmus *hiemaret* explicavit, « incommodo hiemis affligeretur; » Grævius, « quamvis assidue in Urbe spurca esset tempestas (ut Columell. XI, 2, *hiemat et pluit*); » qua tamen interpretatione postea retractata, locum ita constituit: « quamvis parum salubrem valetudini suæ *hiemem* experiretur, assidueque in Urbe hiemaret. » Gronovius emendatione, quam nonnisi docta inventio commendaverit, pro *in Urbe*, legi maluit *muccide*, probatque Ernestius. Oudendorp. *hieme* cum altero Codice ejiciendum putat, et pro *in Urbe* legendum *inibi*. Si quid mutandum videretur, quod neque Wolfio placuit, legerem, *et quamvis.... experiretur, assidue in Urbe hiemavit.*

8. *Syracusas.* Vel Archimedis diætam respexisse existimant, vel omnino, quod magis placet, quum nullam Augusti et Archimedis videam similitudinem, morem Syracusanorum, exstruendi in edito loca ejusmodi singularia. Vide Cornel. Nep. Dion. 9.

9. *Ubi etiam in porticibus Herculis templi;* Tibur enim urbs Herculi sacra. Calig. 8. Martial. I, 13, « Herculei Tiburis arces. »

10. *Prætoria;* villas.

11. *Xystis;* porticibus, ad ambulationem et confabulationem exstructis.

LXXIII. Instrumenti ejus et supellectilis parcimonia apparet etiam nunc, residuis lectis atque mensis, quorum pleraque vix privatæ elegantiæ sint[1]. Ne toro quidem cubuisse aiunt, nisi humili et modice instrato[2]. Veste[3] non temere alia quam domestica usus est, ab sorore et uxore et filia neptibusque confecta: togis[4], neque restrictis, neque fusis: clavo, nec lato, nec angusto: calciamentis altiusculis[5], ut procerior, quam erat, videretur. Et forensia autem et calceos nunquam non intra cubiculum habuit, ad subitos repentinosque casus parata.

LXXIV. Convivabatur et assidue, nec unquam[1] nisi recta, non sine magno ordinum hominumque dilectu. Valerius Messala[2] tradit, neminem unquam libertinorum

LXXIII. 1. *Sint.* Malim cum altero MS. *sunt.* Alias dixisse Suetonium opinor, *fuerint*, pro Græc. εἶεν ἄν.

2. *Et modice instrato;* i. e. nullis pretiosis stragulis, quibus Romani æque superbiebant, ac toris altioribus.

3. *Veste non temere alia quam domestica usus est*, etc. Placet mihi, ut plerisque interpretibus, transpositio verborum, quàm primus suasit Torrentius: « Veste non temere alia domestica usus est, quam ab sorore, etc. » Nam quum *domestica vestis* opponatur *togis* et *forensibus* scilic. vestimentis, non potest esse *domi confecta*, sed *quam domi gerebat*, ut Vitell. 9, « ita ut erat, *in veste domestica* Imperator est consalutatus. » Fortasse tamen omnino est vestis *vilis*, haud pretiosa. Facit huc locus Sen. de Tranquill. An. cap. 1: « Tenet me summos amor parcimoniæ, fateor: placet *non in ambitionem cubile compositum*, *non ex arcula prolata vestis*, non mille ponderibus aut tormentis splendere cogentibus pressa; sed *domestica et vilis*, nec servanda, nec sumenda sollicite. » Vulgarem verborum ordinem toentur Wolf. et Walther. Observ. pag. 19, qui et ipse *domesticam* vestem simpliciorem habitum esse putat, *non temere*, h. e. non præter singularem causam cum splendidiore sive *forensi* mutatum.

4. *Togis.... fusis.* Cf. ad Cæs. 45. Clavum autem dum gessit justæ latitudinis, non imitatus est homines elegantiores, qui latiorem purpuram habebant.

5. *Calciamentis altiusculis;* uti Cæsar, qui auctore Dion. XLIII, 43, τῇ ὑποδέσει ὑψηλῇ ἐχρῆτο.

LXXIV. 1. *Nec unquam nisi recta;* scil. cœna, ubi ordine discumberent convivæ. Opponitur *sportulæ*. Martial. Epigr. VII, 50, 10:

Promissa est nobis sportula; recta data est.

— *Dilectu* cum pluribus MSS. dedimus, uti supra cap. 31.

2. *Valerius Messala;* cujus con-

adhibitum ab eo cœnæ, excepto[3] Mena, sed asserto in ingenuitatem[4], post proditam Sex. Pompeii classem. Ipse seribit, invitasse se quendam, in cujus villa maneret, qui speculator[5] suus olim fuisset. Convivia nonnunquam et serius inibat, et maturius relinquebat; quum convivæ et cœnare inciperent, priusquam ille discumberet, et permanerent, digresso eo. Cœnam ternis ferculis, aut, quum abundantissime, senis præbebat, ut non nimio sumtu, ita summa comitate. Nam et ad communionem sermonis tacentes vel summissim fabulantes provocabat, et aut aeroamata[6] et histriones, aut etiam triviales ex Circo ludios interponebat, ac frequentius aretalogos[7].

sulatus supra cap. 58 memoratur.

3. *Mena; sive Menodoro.* Hic famosus ille est desultor partium in bello inter Sext. Pompeium et Octavium. De nomine Mena ὑποκοριστικῶς facto ex Menodoro vide Fabric. ad Dion. XLVIII, 30. Gravissimam Pompeio præstitit operam ano. 714, vastata Italia, capta Sardinia, cui præfuit usque ad ann. 716, quo tradidit se Augusto, et insolam, et elassem, et exereitum: Dio, XLVIII, 45. Inde, sæpius afflictis ducibus Pompeianis, rediit ad Sextum ann. 718 (Dio, XLVIII, fin.). Sed eodem anno partes Augusti denuo amplexus (Dio, XLIX, 1), mansit in ejus fide, periitque sequenti anno, interfeetus a Pannoniis (Dio, XLIX, 37). Appianus semper integro oomine Μηνόδωρον eum dicit, Bell. Civ. V, 66, 70, et seq. Conf. Horat. Epist. I, 7, 61.

4. *Sed asserto in ingenuitatem.* Plura enim erant jura ingenuorum, quam libertinorum. De discrimine utrorumque cf. Heinecc. Ant. I, 4, 1. — *Natalibus restituti* dicebantur qui in ingenuitatem erant asserti seu vindicati.

5. *Speculator;* satelles.

6. *Acroamata.* Non de rebus, sed de hominibus hoc vocab. usurpari a scriptoribus Latinis, probavit Ernest. in Excurs. ad h. l. Ita Cornel. Nep. Att. 14, « Nemo in convivio ejus aliud *acroama* audivit quam anagnosteu. » Hoc loco intelligendos maxime musicos, docet locus Macrob. II, 4, « delectatus inter cœnam erat symphoniacis Toranii Flacci mangonis. »

7. *Aretalogos.* Intelligit Casaub. miseros philosophos, qui convivia beatorum frequentabant, et Romulidas saturos variis de virtute et vitio disputationibus oblectabant, quas Philo, Leg. ad Caium, τοὺς ἀπὸ παιδείας dicit, ad Augusti cœnam admissos. Sed quum de comitate cœnæ ejus sermo sit, malim intelligere cum aliis *scurras*, qui magno ore suam aliorumve virtutem prædicantes oblectationem risumque convivarum movebant. Ita etiam doctus interpres Ferguson,

LXXV. Festos et sollemnes dies profusissime[1], nonnunquam tantum jlocalariter, celebrabat. Saturnalibus, et si quando alias libuisset, modo munera dividebat, vestem, et aurum, et argentum: modo nummos omnis notæ, etiam veteres regios ac peregrinos: interdum nihil præter cilicia et spongias, et rutabula, et forpices, atque alia id genus, titulis[2] obscuris et ambiguis. Solebat et inæqualissimarum[3] rerum sortes, et aversas tabularum picturas in convivio venditare, incertoque casu spem mercantium vel frustrari, vel explere; ita ut per singulos lectos licitatio fieret, et seu jactura, seu lucrum communicaretur[4].

LXXVI. Cibi (nam ne hæc quidem omiserim) minimi erat, atque vulgaris fere. Secundarium panem, et [1] pisci-

Hist. Rom. VI, 4, p. 440. Cf. Turneb. Advers. X, 12, qui tamen sine justa causa ab ἀρετός, gratus, non ab ἀρετή, deducit vocabulum, atque Rupert. ad Juvenal. XV, 16; nost. edit. Vol. II, pag. 388. Ed.

LXXV. 1. *Profusissime, nonnunquam tantum jocolariter;* id est, maximo sumto, quem tamen nonnunquam in jocularia tantum profundebat. Alii repetendum putant *nonnunquam*, ac si dixisset, *nonnunquam profusissime, nonnunquam jocolariter*, auctore Gronov. ad Liv. III, 39. Ita *profusissime* pertineret ad *modo munera dividebat... et argentum*, et *jocolariter* ad sequentia, quod Suetonii mori sane convenit. — *Etiam veteres regios;* quos Romani reges signaverant.

2. *Titulis obscuris* et *ambiguis;* lemmatibus, inscriptionibus, quæ obscurum ambiguumque, plerumque obscœnum sensum haberent, unde risus materia, promtis ex involucris muneribus, comparatisque titulis, sæpius etiam ex eorum, qui acceperant, vel natura, vel indole. *Spongiæ* enim et *rutabula* id quo viri sumus occulte significant: *cilicia* et *forpices* ad feminas spectant. De *rutabulo* sane id Festus confirmat, et *spongiarum* esse genus ex quo penicilli fiant apud Plinium legimus, Hist. Nat. IX, 45. De peniculo vero et penicillo nihil dicere opus est, neque cur *cilicia* ac *forpices* ad feminas referantur.

3. *Inæqualissimarum rerum sortes..... venditare.* Lusum, simillimum ei, quem nos *loterie* dicimus, explicat Gesner. ad Fabri Thes. sub voc. *sors.*

4. *Communicaretur;* i. e. ab iis, qui huic mensæ accubabant, illius mensæ convivis, quid singulis vel lucri vel jacturæ accidisset, narraretur, ad joci risusque communionem.

LXXVI. 1. *Pisciculos minutos.* Ita etiam Terent. Andr. II, 2, 32; et *pisciculi parvi* Cicero, de Nat. Deor. II, 48. Exemplorum tum Græcorum tum Latinorum dedit copiam

culos minutos, et caseum bubulum manu [2] pressum, et ficos virides biferas [3] maxime appetebat: vescebaturque et ante cœnam quocunque tempore et loco, quo [4] stomachus desiderasset. Verba ipsius ex epistolis sunt: « Nos in essedo panem et palmulas gustavimus. » Et iterum: « Dum lectica ex regia [5] domum redeo, panis unciam cum paucis acinis uvæ duracinæ comedi. » Et rursus: « Ne Judæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter sabbatis [6] jejunium servat, quam ego hodie servavi, qui in balineo demum post horam primam noctis duas bucceas manducavi, priusquam ungi inciperem. » Ex hac inobservantia [7] nonnun-

Fischer. ad Weller. p. II, pag. 37.

2. *Manu pressum.* Burm. recte intelligit, quos *molles* vocat Columell. II, 11, et distinguit a *veteribus* et *aridis*. Lips. cumque eo Torrentius maluerunt *mane pressum*.

3. *Biferas.* Plin. Hist. Nat. XVI, 27 (50): « Sunt et biferæ in ficubus. In Cea insula caprifici triferæ sunt. Primo fetu sequens evocatur, sequenti tertius. » Dio, LVI, 30, ubi Liviam mortis Augusti suspectam fuisse narrat, venenatis ficis scelus patratum dicit.

4. *Quo stomachus*, etc. Lips. et Torrent. ejici voluerunt *quo*. Sed uti solet voce *quicunque* Suetonius etiam præter nexum cum sequentibus pro *omnis*.

5. *Ex regia.* Dubitant interpretes, utrum intelligenda regia Numæ, adjuncta ædi Vestæ, cujus atrium postea effecit, an regia regis sacrorum; neutram, puto, sed *basilicam* nescio quam, ubi ambulaverat Augustus. Ita supra, cap. 31, theatri Pompeii *regia* dicebatur.

6. *Sabbatis jejunium servat.* Ex ignorantia moris Judæorum Augustus ita scribit; jejunio enim celebrare illi sabbatum non solebant. Eodem errore Justin. XXXVI, 2: « Moses *septimum diem* more gentis Sabbatum appellatum in omne ævum *jejunio sacravit*, quoniam illa dies famem illis errorenque finierat, » ubi vide Bernecc. Cum aliis Ernest. *sabbata* intelligit de *hebdomade*, ut Luc. XVIII, 12, νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου, quod prorsus contrarium sententiæ Augusti, de die loquentis.

7. *Ex hac inobservantia*; scil. temporis et loci in cibo sumendo, qua certæ horæ nunquam se adstringebat. Casaub. interpretatur *inobservantiam*, indifferentem circa rationem victus animum, quod ad sensum est idem. Codices alii, *observantia*, i. e. ἐκ ταύτης τῆς συνηθείας, ut idem Casaub. vertit. Magis hoc placet Oudend.; sed jure monet Wolfius, ipsam insolentiam furmæ *inobservantia* causam erroris librariis fuisse. Tuetur eam etiam Spalding. ad Quintil. IV, 2, 107, ubi pro « quæ ne fecisse inobservantia quadam videatur, » al. ma-

quam, vel ante initum, vel post dimissum convivium solus cœnitabat, quum pleno convivio nihil tangeret.

LXXVII. Vini quoque natura parcissimus erat. Non amplius ter bibere eum solitum super cœnam in castris apud Mutinam, Cornelius[1] Nepos tradit. Postea, quoties largissime[2] se invitaret, senos sextantes non excessit, aut, si excessisset[3], rejiciebat. Et maxime delectatus est Rætico[4], neque temere interdiu bibit. Pro potione sumebat perfusum aqua frigida panem, aut cucumeris frustum,

nifesta correctione, *sine observantia*, et comparat Gall. *inadvertance*, et *inconsiderantiam* Nostr. Claud. cap. 39.

LXXVII. 1. *Cornelius Nepos tradit;* quo libro, incertum. Obiisse Cornelium principatu Divi Augusti, testatur Plin. Hist. Nat. X, 23 (30).

2. *Quoties largissime se invitaret;* largissime biberet. — *Senos sextantes*, etc. *Sextans* duos continebat *cyathos;* cyathus duodecimam partem *sextarii*, ut adeo *seni sextantes* duodecim cyathos vel sextarium efficerent. Ita *triens* tertia pars est sextarii sive quatuor cyathi Martial. VIII, 51, 24; *quadrans* sextarii quarta pars sive tres cyathi Martial. IX, 94, 2. Idem, XI, 36, 7,

Quincunces, et sex cyathos, bessemque bibamus,

nominibus ab assis divisione petitis. *Sextarius* autem sexta pars erat *congii*, congius octava *amphoræ*. Conf. Budæum, de Asse, V, pag. 567, edit. Lugdun. et Tabulam VII Martiali subjectam, tom. I, pag. 505 hujus Editionis nostræ.

3. *Aut, si excessisset, rejiciebat;* vomitu. Conf. Ernest. Clav. Cicer. in ἐμετικῇ. De hac Romanorum luxuria Senec. ad Helv. cap. 9: « Vomunt, ut edant; edunt, ut vomant; et epulas, quas toto orbe conquirunt, nec concoquere dignantur. »

4. *Rætico*. Plin. Hist. Nat. XIV, 6 (8), « In Veronensi item *Rætica* (vina), Falernis tantum posthabita a Virgilio. » (Locum dicit Georg. II, 96, « et quo te carmine dicam, Rætica? nec cellis ideo contende Falernis. » Idem tamen, eodem cap. XIV, « Divus Augustus Setinum prætulit cunctis, » quod nomen habuit ab oppido Setia prope Tarracinam. Idem narrat ibid., « Divi Augusti judiciorum ac palati peritissimum e libertis, censuram vini in epulas ejus facientem, dixisse hospiti de indigena vino, novum quidem sibi gustum esse eum, atque non ex nobilibus, sed Cæsarem non aliud poturum; » quod et ipsum ostendit, Augustum in exquirendis pretiosioribus vinis haud nimis fuisse delicatum. Suetonius h. l. secutus videtur Virgilium, Ræticum ob Augusti palatum laudantem, quo et insecutos principes usos, Plin. l. c. testatur.

vel lactuculæ thyrsum, aut recens[5] acidumve pomum succi vinosioris.

LXXVIII. Post cibum meridianum, ita ut vestitus calciatusque erat, retectis[1] pedibus paulisper conquiescebat, opposita ad oculos manu. A cœna lucubratoriam[2] se in lecticulam recipiebat. Ibi, donec residua diurni actus, aut omnia, aut ex maxima parte, conficeret, ad multam noctem permanebat. In lectum inde transgressus, non amplius, quum plurimum, quam septem horas, dormiebat, ac ne eas quidem continuas, sed ut in illo temporis spatio ter aut quater expergisceretur. Si interruptum somnum recuperare, ut evenit, non posset, lectoribus aut fabulatoribus arcessitis resumebat, producebatque ultra primam sæpe lucem. Nec in tenebris vigilavit unquam, nisi assidente aliquo. Matutina vigilia offendebatur: ac si vel officii, vel sacri causa maturius[3] evigilandum esset,

5. *Acidumve.* Præferunt Oudendorp. et Wolfius *aridumve*, quum arida etiam poma et in hiemem condita succo non careant. Sed retineo *acidum*. *Recens* dicitur de tempore maturitatis, *acidum* de genere pomi; genitivus *succi vinosioris* est ἐπεξηγητικός pro, ut quod utrumque pomi genus succi est vinosioris.

LXXVIII. 1. *Retectis pedibus*; i. e. apertis, sive stragula non tectis, qua alias meridiantes uti solebant, neque tamen exutis; accubabat enim, ut vestitus *calciatusque* erat. Ita interpretantur Oudend. et Wolf. Alii, ut Casaub. et Ernest., præpositioni *re* vim tribuunt ἐπιτατικήν, ut *retectis* sit *bene, diligenter tectis*, contra solemnem verbi usum, quem adeo negligi non potuisse a scriptore, docta disputatione evincit Bremius. Alii legere vel suasere *rectis*, *retractis*, *rejectis*, quos ridens Wolfius jocose addit, *resectis*. Modo resecti fuissent Augusti pedes, interpretes inani conjiciendi labore supersedissent. Heinsii emendationem *prætectis* probavit Burmann.; reliquit tamen Codicum verecundia vulgatam lectionem.

2. *Lucubratoriam se in lecticulam recipiebat*. Vide Casaub. ad h. l. qui morem veterum, meditandi et scribendi in lectulis, e Cicer. de Orat. III, 5; Sen. Epist. LXXII; Plin. Ep. V, 5; Ovid. Trist. I, 10, 37; Pers. Sat. I, 13, aliisque locis compluribus illustrat.

3. *Maturius evigilandum esset*; e somno surgendum. Vulgatum *vigilandum* i. e. si nox vigilia transigenda, ita emendandum esse, optimus quisque interpres judicavit. Sensus enim illud postulat, quum sermo sit de sacris et officiis ami-

ne id contra commodum faceret, in proximo[4] cujuscunque domesticorum cœnaculo manebat. Sic quoque sæpe indigens somni, et dum per vicos deportaretur, et deposita lectica, inter aliquas moras condormiebat.

LXXIX. Forma fuit eximia, et per omnes ætatis gradus venustissima; quamquam et omnis lenocinii negligens, et in capite comendo tam incuriosus, ut raptim compluribus simul tonsoribus operam daret, ac modo[1] tonderet, modo raderet barbam, eoque ipso tempore aut legeret aliquid, aut etiam scriberet. Vultu erat, vel in sermone, vel tacitus, adeo tranquillo serenoque, ut quidam e primoribus Galliarum confessus sit inter suos, eo se inhibitum ac remollitum, quo minus, ut destinarat, in transitu Alpium per simulationem colloquii propius admissus, in præcipitium propelleret. Oculos[2] habuit claros ac nitidos, quibus etiam existimari volebat inesse quiddam divini vigoris; gaudebatque, si quis sibi acrius contuenti, quasi ad fulgorem solis, vultum summitteret: sed in senecta sinistro

corum, quæ frequentasse eum legimus cap. 53, iisque ante lucem adeundis. Ita non dubito, quæ Burmanni etiam ad h. l. sententia, Cicer. ad Quint. fratr. II, 15, legendum esse, « citius, quam si de multa nocte *evigilassent*, » pro *vigilassent*. Respondet enim præcedens, « si serius, quam voluerunt, forte *surrexerint*. »

4. *In proximo cujuscunque..... cœnaculo*; hoc est, loco proximum, quo sacri vel officii causa eundum erat.

LXXIX. 1. *Ac modo tonderet.... barbam*. Dio, XLVIII, 34, narrat, barbam eum posuisse ann. 715, ætatis quarto et vicesimo, additque: καὶ ὁ μὲν καὶ ἔπειτα ἐπελειοῦτο τὸ γένειον. Quomodo differant *tondere* et *radere* barbam, diximus ad Cæs. 45.

2. *Oculos habuit claros*, etc. Plin. Hist. Nat. XI, 32 (54): « Divo Augusto equorum modo glauci fuere (oculi), supraque hominem albicantis magnitudinis; quam ob causam diligentius spectari eos, iracunde ferebat. » Aurel. Victor. Epit. 1: « Fuit corpore toto pulcher, sed oculis magis. Quorum aciem clarissimorum siderum modo vibrans, libenter accipiebat cedi ab intendentibus tanquam solis radiis aspectu suo. A cujus facie quum quidam miles oculos averteret, et interrogaretur ab eo, cur ita faceret, respondit: Quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum. »

minus vidit. Dentes raros, et exiguos, et scabros, capillum leniter inflexum et sufflavum, supercilia conjuncta, mediocres aures, nasum et a summo eminentiorem, et ab imo deductiorem, colorem inter[3] aquilum candidumque, staturam brevem (quam tamen Julius Marathus libertus, in memoria[4] ejus, quinque pedum et dodrantis fuisse tradit), sed quæ commoditate[5] et æquitate membrorum occuleretur, ut nonnisi ex comparatione adstantis alicujus procerioris intelligi posset.

LXXX. Corpore[1] traditur maculoso, dispersis per pectus atque alvum genitivis notis, in modum et ordinem ac numerum stellarum cælestis Ursæ; sed et callis quibusdam, ex prurigine corporis assiduoque et vehementi strigilis usu plurifariam concretis, ad impetiginis formam. Coxendice et femore et crure sinistro non perinde valebat, ut sæpe etiam inde claudicaret: sed remedio[2] habenarum

3. *Aquilum;* vel ab *aqua* secundum Fest., cujus incertus est color, neque albo neque nigro similem, ut tamen ab utroque proprietatem trahat; vel ab *aquila*, qualis in iis apparet color, quos solis æstus torruit: Gall., *basané*.

4. *In memoria ejus*. Non dubitavi ita scribere, id est, in libro de Augusto conscripto, pro vulg., *etiam in memoriam ejus*. Sic Claud. 1: « *vitæ memoriam* prosa oratione composuit. » Lips. conjecit, *libertus, et a memoria ejus*, quam emendationem commendat Wolf. Oudend. probat parum probabilem conjecturam Cannegieteri, *sed jam immemor ejus*. Scilicet putat, falsa de Augusti statura scripsisse Marathum, post mortem ejus immemorem. Brevis memoriæ homo fuerit necesse est. *Etiam*, quod omisimus, manifeste rejiciendum erat.

5. *Commoditate et æquitate*. Galli dicerent, *la juste mesure*, *la proportion*.

LXXX. 1. *Corpore.... maculoso*. Muller. in Sched. interpretatur *leproso*, quod *macula* de lepra dicitur et elephantiasi. Sed id repugnare videtur seq., *dispersis.... genitivis notis*.

2. *Sed remedio habenarum atque arundinum*, etc. Hanc emendationem recepi pro vulg. *arenarum* sive *harenarum*, quam protulit defenditque duabus acribus quidem, sed doctis dissertationibus, Trillerus. Crurum femorumque debilitatem putat contraxisse Augustum ex vulneribus atque luxationibus, de quibus supra cap. 20. Alligabantur igitur femori crurique luxatis *arundines*, i. e. fulcimenta lignea, seu

atque arundinum confirmabatur. Dextræ quoque manus digitum salutarem tam imbecillum interdum sentiebat, ut torpentem, contractumque frigore, vix cornei circuli supplemento scripturæ admoveret. Questus est et de vesica, cujus dolore, calculis demum per urinam ejectis, levabatur.

LXXXI. Graves et periculosas valetudines per omnem vitam aliquot expertus est: præcipue[1] Cantabria domita, quum etiam, destillationibus jecinore vitiato, ad desperationem redactus, contrariam et ancipitem rationem medendi necessario subiit, quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus, auctore Antonio Musa. Quasdam et anniversarias, ac tempore certo recurrentes, experiebatur: nam sub natalem suum plerumque langue bat, et initio veris præcordiorum inflatione tentabatur, austrinis autem tempestatibus gravedine. Quare quassato corpore, neque frigora, neque æstus facile tolerabat.

arundinea, per lora quædam longa, lata atque tenacia, quæ priscis medicis audiebant *habenæ*, *fasciæ*, *lintea*, *lora*, *vincula* et *ligamenta;* Cels. VIII, 10, et cap. 15, 16, 20. Lapsum inter *habenas et harenas* similem ostendit locus Manil. V, 195, ubi vice versa pro *habenis* legendum *harenis*. Vulgaris lectionis interpretationes cf. apud Burmann. Intelligunt plerique fomenta arenæ calidæ. Equidem et medico credere malui, et obsequi auctoritati Gellii, XIX, 8, qui ex Cæsaris libris, de Analogia, *harenas* in plurali numero vitiose dici contendit, et vituperasse narrat Frontonem hominem quemdam ob verbi vitium, qui « aquæ intercutis morbo *harenarum calentium* usu liberatum se » dixerat.

LXXXI. 1. *Præcipue Cantabria domita*. Duplicem Augusti morbum perhibet Dio, priorem, ad ann. 729, quo in Hispania erat, LIII, 25; alterum, ad ann. 731, c. 30, de quo supra Noster, cap. 59, ubi etiam de *Antonio Musa* dictum. — *Destillationibus* edidi cum Oudend., non *distillationibus*. Est enim Gr. *κατάῤῥους*. *Gravedines destillationesque* conjungit etiam Cels. I, 2. — *Contrariam et ancipitem rationem medendi.... subiit*. Plin. Hist. Nat. XIX, 8 (38): « Divus Augustus lactuca conservatus in ægritudine fertur prudentia Musæ medici, » quod de alio morbo intelligendum; de hoc, idem, XXIX, 1 (5), « *contraria medicina* gravi periculo exemtum » Augustum a Musa narrat.

LXXXII. Hieme quaternis cum[1] pingui toga tunicis, et[2] subucula et thorace laneo, et feminalibus, et tibialibus muniebatur: æstate, apertis cubiculi foribus, ac sæpe in peristylio[3] saliente aqua, atque[4] etiam ventilante aliquo, cubabat. Solis vero ne hiberni quidem patiens, domi quoque non nisi petasatus sub divo spatiabatur. Itinera lectica, et noctibus fere; eaque lenta ac minuta faciebat, ut Præneste vel Tibur biduo procederet: ac, si quo pervenire mari posset, potius navigabat. Verum tantam infirmitatem magna cura tuebatur, inprimis lavandi raritate. Ungebatur enim sæpius, et sudabat ad flammam: deinde perfundebatur[5] egelida aqua, vel sole multo calefacta. At, quoties nervorum causa marinis Albulisque[6] calidis

LXXXII. 1. *Cum pingui toga*; i. e. crassa. Juvenal. IX, 28, *pingues lacernas*, ubi vide Rupert. Martial. IV, 19, 1, « Seqnanicæ *pinguem* textricis *alumnam*; » VI, 11, 7, « me *pinguis* Gallia vestit. »

2. *Et subucula et thorace laneo.* Hanc veterum edd. lectionem rectam judicavit Ferrar. de Re Vestiar. III, 3 (Thes. Græv. tom. VI, p. 729), et edidit Burmann. Vulgo, *et subuculæ thorace laneo.* Quid si excidit *loco*, ut a prima manu esset, *et subuculæ loco thorace laneo.* Vix enim credibile, tot vestimenta superinduisse Augustum.

3. *In peristylio*; xysto; a columnarum ordinibus ita dicto. Cf. ad totum hoc caput Casaub.

4. *Atque etiam ventilante aliquo.* Mos ditiorum apud veteres, ut quando meridianum somnum maxime captarent, adstans aliquis ventulum faceret, simul refrigerandi causa, et muscarum culicumque abigendorum. Claudian. in Eutrop. I, 108:

Et quum se rapido fessam projecerat æstu,
Patricius roseis pavonum ventilat alis.

5. *Perfundebatur egelida aqua.* Cf. Cels. IV, 24, laudatum a Casaubon.

6. *Albulisque calidis*, etc. Plin. Hist. Nat. XXXI, 2 (6): « Juxta Romam *Albulæ aquæ* vulneribus medentur, *egelidæ* hæ, sed Cutiliæ in Sabinis gelidissimæ, » ubi vide Harduin. Conf. Strabo, V, 3, 11. Martial. I, 13:

Canaque sulphureis Albula fumat aquis.

Propter hunc locum, et quod Albulæ, ut sulphureæ, suapte natura calidæ sunt, Torrent. legi vult, *marinis calidis, Albulisque*, assentientibus aliis. Ego, quamquam nihil exploratum habeo de harum aquarum natura et usu, puto tamen, in nonnullis morbis majorem iis arte dari calorem, et eo opus esse conjicio e Strabonis loco, qui ὕδατα ψυχρά dicit; neque absone Reitzio addere Suetonius *calidis* videtur, nimirum ut exceptio eo melius appareat, quoniam superio-

utendum esset, contentus hoc erat, ut[7] insidens ligneo solio, quod ipse Hispanico verbo *duretam* vocabat, manus ac pedes alternis jactaret.

LXXXIII. Exercitationes[1] campestres equorum et armorum statim post civilia bella omisit, et[2] ad pilam primo folliculumque transiit, mox nihil aliud quam vectabatur et deambulabat, ita ut extremis[3] spatiis subsultim decurreret, [4]segestri vel lodicula involutus. Animi laxandi causa modo piscabatur hamo, modo talis aut[5] ocellatis nucibusque ludebat cum pueris minutis, quos facie et garrulitate[6] amabiles undique conquirebat, præcipue

re eapite de *frigidarum* usu dixerat.

7. *Ut insidens ligneo solio*; scamno balneari. Plin. Histor. Natur. XXXIII, 12 (54), « stratas argento mulierum balineas » ut sui temporis luxuriam damnat.

LXXXIII. 1. *Exercitationes campestres*; quæ in Campo Martio habebantur.

2. *Et ad pilam primo folliculumque*, etc. *Follis* seu *folliculus* minoris pilæ fuit genus. De variis hujus lusus modis cf. Adam. Ant. Rom. tom. II, p. 215 seq.

3. *Extremis spatiis.* Omisi, quod in multis abest, *in*, ob morem auctoris sæpius notatum. *Extremis spatiis* est sub finem ambulationis. Ita Cic. de Orat. I, 7, « quum... in ambulationem ventum esset; dicebat tum, Scævolam, *duobus spatiis tribusve factis*, dixisse. » Conf. Nizol. Observation. in Cicer. sub vocab. *spatium*. Finita igitur fere ambulatione, decurrere solebat Augustus et subsultare, quo corpus fortius motaret, ex præceptis medicorum.

4. *Segestri*; vel *segestrio*. Hanc Cujacii emendationem, prolatam Observ. XIII, 13, interpretes uno ore collaudarunt, et illustravit multiplici eruditione Casaubonus. Vulg. *sestertio* Turnebus, Advers. III, 18, explicabat de veste duum in omnem partem pedum et semissis.

5. *Aut ocellatis*, etc. *Ocellata* Casaub. interpretatur globulos vel lapideos vel eburneos vel ex alia qua materia, quibus olim puellæ ludebant, comparatque *teretes lapillos* Ovid. Metam. X, 260. *Talos nucesque* ut lusus puerilis instrumenta jungit etiam Horat. Sat. II, 171, et finitis Saturnalibus, Martial. V, 84, 1:

Jam tristis nucibus puer relictis
Clamoso revocatur a magistro.

Persius denique, de senili ætate, I, 10, « *nucibus* facimus quæcunque *relictis*. »

6. *Et garrulitate amabiles*; de quibus Senec. de Const. Sap. cap. 11: « Pueros quidem in hoc mercantur procaces, et eorum impudentiam acuunt, et sub magistro habent, qui probra meditate effundant: nec has contumelias vocamus, sed argutias. »

Mauros et Syros. Nam pumilos[7], atque distortos, et omnes generis ejusdem, ut ludibria naturæ malique[8] ominis abhorrebat.

LXXXIV. Eloquentiam studiaque liberalia ab ætate prima et cupide et laboriosissime exercuit. Mutinensi bello, in tanta mole rerum, et legisse, et scripsisse, et declamasse quotidie traditur. Nam deinceps neque in Senatu, neque apud populum, neque apud milites, locutus est unquam, nisi meditata et composita oratione, quamvis[1] non deficeretur ad subita extemporali facultate. Ac ne periculum memoriæ adiret, aut in ediscendo tempus absumeret, instituit recitare omnia. Sermones quoque cum singulis, atque etiam cum Livia sua graviores, nonnisi[2] scriptos, et e libello habebat, ne plus minusve loqueretur ex tempore. Pronunciabat dulci et proprio quodam oris sono, dabatque assidue[3] phonasco operam; sed non-

7. *Pumilos;* pumiliones, nanos. Vide Gell. XIX, 13.

8. *Malique ominis.* Beitzius ad hunc locum : Si quis homo monstrosus obviam veoiret mane egredienti vel in itinere, infelix habebatur, uti et de Æthiope Florus, IV, 7, 7, « obvius Æthiops nimis aperte ferale sigoum fuit, » unde *distorti* voeaotur *monstra* ae *prodigia* apud Senecam, Epist. L, et Quintil. Inst. I, 1.

LXXXIV. 1. *Quamvis non deficeretur,* etc. Edidi, quod ex uno MS. alii jam ioterpretes receperunt. Vulgo, *quamvis non deficeret,* quod, etsi illud probabilius ob ipsam dictionis insolentiam, quæ fraudem facere potuit librario, defendi tamen posse puto, non, ut Burmanno placuit, subaudito e præcedentibus *oratio,* sed ut ioterpungatur post *subita,* hoc sensu : quamvis non deficeret (Augustus) ad subita, quum extemporalis etiam ei esset facultas, sive ob extemporalem facultatem, subjunctis, ut sæpe, ablativis absolutis. Sed illud, ut dixi, præfero. Noster, de Ill. Gramm. 3, « quum jam non gressu modo *deficeretur,* sed et visu. » Cf. interpr. ad Phædr. I, Fab. 21, ubi est *defectus annis.* Ceterum, in edit. Bremiaoa insigni typothetæ errore deest *nisi* ante *meditata.*

2. *Scriptos.* Dedimus cum Oudend. conjecturam Burmanni, probatam etiam Ernest. Vulgo, *in scriptis;* MSS. simpliciter, *scriptis.* Longum eum Livia sermonem de elementia erga eos, qui insidias Principi struxissent, exhibet Dio, LV, 14 seq.

3. *Phonasco;* qui peroraoti so-

nunquam infirmatis faucibus, præconis voce ad populum concionatus est.

LXXXV. Multa varii generis prosa oratione composuit, ex quibus nonnulla in cœtu familiarium, velut in auditorio, recitavit; sicut *Rescripta Bruto de Catone:* quæ volumina quum jam senior ex magna parte legisset, fatigatus Tiberio tradidit perlegenda. Item *Hortationes ad philosophiam*, et aliqua *de vita*[1] *sua*, quam tredecim libris, Cantabrico tenus bello, nec ultra, exposuit. Poeticam summatim attigit. Unus liber exstat, scriptus ab eo hexametris versibus, cujus et argumentum et titulus est, *Sicilia.* Exstat alter æque modicus *Epigrammatum*, quæ fere tempore balnei meditabatur. Nam tragœdiam magno impetu exorsus, non succedente stilo, abolevit: quærentibusque amicis, « quidnam Ajax ageret, » respondit, « Ajacem suum[2] in spongiam incubuisse. »

LXXXVI. Genus eloquendi secutus est elegans[1] et temperatum, vitatis sententiarum ineptiis atque incon-

num præiret instrumento musico, et omnium tollendæ vel summittendæ vocis regulas edoceret. Quintil. I, 10, 27: « ut uno interim contenti simus exemplo C. Gracchi, præcipui suorum temporum oratoris, cui concionanti consistens post eum musicus, fistula, quam τονάριον vocant, modos, quibus deberet intendi, ministrabat; » ubi vide Spalding. nostri tamen loci immemorem. Gell. I, 11: « ecce autem, per tibicinia Laconica, *tibiæ* quoque illius *concionatoriæ* in mentem venit, quam C. Graccho cum populo agenti præisse ac præmonstrasse modulos ferunt. »

LXXXV. 1. *De vita sua.* Hæc sunt ὑπομνήματα Augusti, *commentarii*, citata a Plutarch. Anton. 22, et Appian. Illyr. 14; Bell. Civ. IV, 110.

2. *Ajacem suum*, etc. Macrob. II, 4: « Ajacem tragœdiam scripserat, eamdemque, quod sibi displicuisset, deleverat. Postea Lucius gravis tragœdiarum scriptor interrogabat eum, quid ageret Ajax suus: et ille, *in spongiam*, inquit, *incubuit.* » Nimirum jocose, ut verum Ajacem in gladium, ita suum in spongiam, qua deleverat scripta, incubuisse i. e. ad mortem decidisse, dicebat.

LXXXVI. 1. *Elegans et temperatum. Elegans* est, in quo delectus verborum, *temperatum* inter rusticam inconcinnitatem et nimiam affectationem. Ob hanc oppositorum rationem non recepi lectionem *concinnitate*, probatam ab

cinnitate, et « reconditorum verborum, » ut ipse dicit, « fœtoribus : » præcipuamque curam duxit, sensum animi quam apertissime exprimere : quod quo facilius efficeret, aut necubi lectorem vel auditorem obturbaret ac moraretur, neque[2] præpositiones verbis addere, neque conjunctiones sæpius iterare dubitavit, quæ detractæ afferunt aliquid obscuritatis, etsi gratiam augent. Cacozelos[3] et antiquarios, ut diverso genere vitiosos, pari fastidio sprevit, exagitabatque nonnunquam : in primis[4] Mæcenatem

Oudendorpio, Ernestio, Wolfio, et intelleetam de quæsito sententiarum ornatu ex autithetis, similitudine membrorum, verborum, ete. Ceterum, laudant dicendi genus Augusti Tacit. Ann. XIII, 3, « Augusto *promta ac profluens*, quæ deceret Prineipem, *eloquentia* fuit; » et Gell. X, 24, « Divus Augustus *linguæ Latinæ* non *nescius*, *munditiarum* patris sui iu sermouibus *sectator*, » et XV, 7, ubi epistolis D. Augusti, quas ad Cainm uepotem suum scripsit, tribuitur « elegantia orationis neque morosa neque aoxia, sed faeilis et simplex. » Exemplum improbatæ formæ insolentioris dat Quintilian. I, 6, 19: « Augustus quoque in epistolis ad C. Cæsarem seriptis emendat, quod is *caldum* dieere, quam *calidum* malit (Spald. contra dedit, « *calidum* dicere, quam *caldum*, » quod vix probaudum), non quia illud nou sit Latinum, sed quia sit odiosum, et, ut ipse Græeo verbo significavit, περίεργον. »

2. *Neque præpositiones verbis addere*. Græv. et Gronov. ediderunt *urbibus* pro *verbis*, secutusque est Ernest. Genuinum esse *verbis* docet Wolf., et affert exempli loco *adire ad aliquem*, *propugnare pro aliquo*, *inscribere aliquid in loco*, in hoc uno erraus, quod de genere eloquendi tantum, non de scriptura Suetonium loqui eontendit. Is enim diserte : « aut necubi *lectorem* vel *auditorem* obturbaret. » Ceterum, fragmenta Augusti nimis pauca sunt atque exigua, quam ut argumenta ex iis contra haue loci interpretationem peti queant. Bremius in textu dedit *urbibus*, in nota defendit *verbis*.

3. *Cacozelos*. Quintil. VIII, 3, 56 : « κακόζηλον, id est, mala affectatio per omne dicendi genus peccat. Nam et tumida, et exilia, et prædulcia, et abundantia, et arcessita, et exsultantia, sub idem nomen eadunt. Denique κακόζηλον vocatur quiequid est ultra virtutem, quoties ingeninm judieio caret, et speeie boni fallitur; omnium in eloquentia vitiorum pessimnm. » — *Antiquarii* sunt, qui verba formasque antiquos et obsoletas in sermone sectantur.

4. *In primis Mæcenatem*; quem Senee. Epist. XCII, « ingenium et graude et virile habuisse dicit, nisi illud seeum diseinxisset; » et Ep. CXIV : « non oratio ejus æque so-

suum, cujus μυροβρεχεῖς, ut ait, *cincinnos* usquequaque persequitur, et imitando[5] per jocum irridet. Sed nec Tiberio parcit, et exsoletas interdum et reconditas voces aucupanti. M. quidem Antonium ut insanum increpat, quasi ea scribentem, quæ mirentur[6] potius homines quam intelligant. Deinde ludens malum et inconstans in eligendo genere dicendi ingenium ejus, addit hæc: « Tuque dubitas, Cimberne[7] Annius, an Veranius Flaccus imitandi sint tibi? ita ut verbis, quæ Crispus Sallustius excerpsit ex Originibus Catonis, utaris? an potius Asiaticorum orato-

luta est, quam ipse discinctus? non tam insignita illius verba sunt, quam cultus, quam comitatus, quam domus, quam uxor? Magni ingenii vir fuerat, si illud egisset via rectiore, si non vitasset intelligi, si non etiam in oratione diffueret. Videbis itaque eloquentiam ebrii hominis involutam, et errantem, et licentiæ plenam. » Affert deinde verba nonnulla Mæcenatis, quæ optime docent, qui sint illi μυροβρεχεῖς *cincinni*, eadem metaphora ab Augusto dicti, qua Cicero *calamistris inurere* scribebat Cæsar. cap. 56.

5. *Et imitando per jocum irridet.* Macrob. II, 4: « Augustus, quia Mæcenatem suum noverat esse stylo remisso, molli et dissoluto, talem se in epistolis, quas ad eum scribebat, sæpius exhibebat; et contra castigationem loquendi, quam alias ille scribendo servabat, in epistola ad Mæcenatem familiari plura in jocos effusus subtexuit: *Vale, mel gemmeum Medulliæ, ebur ex Hetruria, laser Arctinum, adamas Supernas, Tiberinum margaritum, Cilniorum smaragde, jaspis figulorum, berylle Porsennæ, carbunculum Italiæ*, (alii *habeas*) etc. »

6. *Quasi ea scribentem quæ mirentur potius*, etc. Cicero idem objicit, Philipp. III, 22: « Nonne satius est esse mutum, quam loqui ea, quæ nemo intelligat! » Conf. Plutarch. Anton. 2.

7. *Cimberne Annius.* De hoc vide Heyn. ad Virg. Catalect. II, et Spalding. ad Quintil. VIII, 3, 28. Postea utrum *Veranius Flaccus* idem sit, qui Macrob. Saturn. III, 2, commemoratur, an scribendum *Verrius Flaccus* cum aliis, qui celeber et ipse fuit grammaticus, memoratus a Sueton. de Ill. Gramm. 17, fastorum Prænestinorum, ut creditur, auctor, et a Gellio, XVI, 14, et XVII, 6, ubi liber ejus *de Obscuris Catonis* citatur, post multas virorum doctorum disputationes æque incertum. Id modo patet, opponi hos grammaticos ut cacozelos et antiquarios oratorum Asiaticorum splendori verborum et magnificentiæ, qua Antonius delectabatur, unde iis assentior, qui pro *an* legendum censent *aut*, ne disjungantur duo homines, qui ex ipsius sententiæ ratione ad idem genus pertinent.

rum, inanibus[8] sententiis, verborum volubilitas in nostrum sermonem transferenda?» Et quadam epistola Agrippinæ[9] neptis ingenium collaudans, «Sed opus est,» inquit, «dare te operam, ne moleste scribas aut loquaris.»

LXXXVII. Quotidiano sermone quædam frequentius et notabiliter usurpasse eum, literæ ipsius autographæ ostentant. In quibus identidem, quum aliquos nunquam soluturos significare vult, «Ad Kalendas Græcas soluturos» ait; et quum hortatur, ferenda esse præsentia qualiacunque sint, «Contenti[1] simus hoc Catone;» et ad exprimendam festinatæ rei velocitatem, «Celerius, quam asparagi coquuntur.» Ponit assidue et pro stulto[2] *baceolum;* et[3] pro pullo, *pulleiaceum;* et[4] pro cerrito, *vacer-*

8. *Inanibus sententiis.* Plerique interpr. receperunt Gronovii emendationem, *inanis sententiis*, facillimum verborum nexum præstantem, el vulg. *inanibus* cum reliquis jungi posse negant. Servavi, ablativos absolutos esse existimans, eo sensu, «ila ul inanes insint sententiæ;» vel, «in maxima sententiarum inanitate,» quo modo lales ablativos inseri sentenliæ tritissimum. Si scripsisset Augustus *inanis sententiis*, posuisset hoc, credo, post *verborum volubilitas.* Gaudeo, idem fere sentientem invenisse Walther. Observ. pag. 19.

9. *Agrippinæ neptis;* quæ nupsit Germanico.

LXXXVII. 1. *Contenti simus hoc Catone;* i. e. quum verum Catonem non habeamus amplius, hic nobis pro Catone sil, hoc simus contenti, id quod de hominibus ætatis suæ dictum poslea ad res etiam transferre potuit. Interprelatur dictum auctor ipse verbis, *quum hortatur.... qualiacunque sint.* Catonis nomen apud Romanos, tesle Valer. Maxim. II, 10, 8, in proverbium cesserat, si quis sanctum et egregium civem significare vellet.

2. *Baceolum.* Vel cum Beroaldo leg. *blaceolum*, ul sil a Græco βλάξ, vel cum aliis *bacelum* a βάκηλος, quod Hesychio est ὁ μέγας καὶ ἀνόητος, nisi *baceolus* liberius formatum esl ab ipso Augusto e βάκηλος. Vide Casaub.

3. *Et pro pullo.* Intelligo cum aliis de colore pullo. Alii suaserunt, et *pro puleio*, *puleiaceum*. Sed recte objicil Ernesli: quomodo tam frequens *pulegii* sive *puleii* mentio?

4. *Et pro cerrito;* i. e. *cererito*, Δημητρολήπτῳ i. e. *insano.* Cf. Horat. Sat. II, 3, 278, qui locus *cerritus* scribendum esse per duplex *r* ob melri rationem, ostendit. *Vacerra* est *stipes*, unde Augustus novam formam fecit *vacerrosus.*

rosum; et[5] *vapide se habere*, pro male; et[6] *betizare*, pro languere, quod vulgo *lachanizare* dicitur; item *simus*, pro sumus; et *domos* genitivo casu singulari, pro *domus;* nec unquam aliter hæc duo, ne quis mendam magis quam consuetudinem putet. Notavi et in chirographo ejus illa præcipue: non dividit verba, nec ab extrema parte versuum abundantes literas in alterum transfert, sed ibidem statim subjicit[7] circumducitque.

LXXXVIII. Orthographiam, id[1] est formulam rationemque scribendi a grammaticis institutam, non adeo custodiit; ac videtur eorum potius sequi opinionem, qui perinde scribendum, ac loquamur, existiment. Nam quod sæpe non literas modo, sed syllabas, aut permutat, aut præterit, communis hominum error est. Nec ego id notarem, nisi mihi mirum videretur, tradidisse aliquos, legato eum consulari successorem dedisse, ut rudi et indocto,

5. *Vapide;* a *vapore*, i. e. vel morbo ardentiori, vel æstu tempestatis. Alii deducunt a *vappa*, quoniam Horat. Sat. I, 1, 104, conjungit *vappam* ac *nebulonem*. *Vapidum pectus* dicit etiam Persius, Sat. V, 117.

6. *Et betizare;* fortasse inductus obscœno versu Catull. LXV, 21. Verba, « quod vulgo *lachanizare* dicitur, » impugnata ab Ernestio, quod nulla hujus usus vestigia reperiuntur, jure defendit Bremius ex nostra linguæ communis Romanorum ignorantia. Ceterum, alii scribi maluerunt *betissare* et *lachanissare*, quoniam literam z pro *ss* inde ab Augusti demum temporibus a Romanis receptam e grammaticis constat.

7. *Sed ibid. stat. subj. circumducitque;* i. e. sub eodem versu extremo scribit, et circumducta linea indicat ad eum versum pertinere.

LXXXVIII. 1. *Id est.... institutam.* Hoc additamentum, glossatori a Burm. tributum, vindicat Ernest. ob majorem, quam quæ glossatoris videatur, elegantiam, deinde quod non quamvis, sed a grammaticis demum constitutam orthographiam interpretatur, adeoque non pro communi aliqua definitione, quales e margine nonnunquam in textum irrepserunt, habendum est, denique quod mori Suetonii tales explicationes addendi convenit. Idem cum Oudend. *custodit* ex altero Cod. edidit pro *custodiit*, quod per totum caput præsenti utitur auctor. Vulgatam lectionem bene defendit Walther. Observ. p. 19, quod cap. 84 est *exercuit*, cap. 85 *composuit*, c. 86 *secutus est*, et sequentia a verbis, *ac videtur*, auctor ex autographis referat, quare

cujus manu *ixi* pro *ipsi* scriptum animadverterit. Quoties[2] autem per notas scribit, *b* pro *a*, *c* pro *b*, ac deinceps eadem ratione, sequentes literas ponit; pro *x* autem duplex *a*.

LXXXIX. Ne Græcarum quidem disciplinarum leviore studio tenebatur: in quibus et ipsis præstabat largiter, magistro dicendi usus Apollodoro[1] Pergameno, quem jam grandem natu Apolloniam quoque secum ab Urbe juvenis adhuc eduxerat. Deinde eruditione etiam varia repletus est per[2] Arei philosophi, filiorumque ejus Dionysii et Nicanoris, contubernium: non tamen ut aut loqueretur expedite, aut componere aliquid auderet. Nam et, si quid res[3] exigeret, Latine formabat, vertendumque alii

commode tempore præsenti utitur. Ante oculos enim illa habebat in scribendo. Ita c. 87, « literæ ipsius autographæ *ostentant*. »

2. *Quoties autem per notas scribit*, etc. Vide Cæsar. 56, et conf. Dio, LI, 3. Postea restituimus *pro x*, quod omnes libri habent, temere mutatum a Casaubono in *pro z*. Literas enim *y* et *z* non esse Latinas, et in Græcis solummodo adhibitas vocabulis a tempore Augusti, recte monuerunt Græv. et Oud., qui a genuina lectione non recesserunt.

LXXXIX. 1. *Apollodoro Pergameno*. Conf. Strabo, XIII, 4, 3; Quintil. III, 1, 17: « Præcipue tamen in se converterunt studia Apollodorus Pergamenus, qui præceptor Apolloniæ Cæsaris Augusti fuit, et Theodorus Gadareus, etc. » Studiis vacasse Augustum juvenem Apolloniæ, legimus cap. 8.

2. *Per Arei philosophi... contubernium*. Hanc corruptissimi antea loci, quam Salmasius dedit, emendationem reddidi post Gronovium, Oudend., Wolfium. Varias lectiones, quæ nullum fere sensum præbent, vide apud Burmann. et Oudendorpium. Ille ita edidit: « Deinde etiam eruditione varia repletus, Sphæri, Arei philosophi, filiorumque ejus Dionysii et Nicanoris contubernium iniit. » Sed *Sphæri* nomen et ipsum ex emendatione demum in textum venit; *iniit* a multis MSS. omittitur. De *Areo philosopho* vide Fabric. ad Dion. LI, 16, ubi pepercisse dicitur Augustus Alexandrinis ob Deum Serapin, Alexandrum conditorem, et Ἄρειον τὸν πολίτην, ᾧ που φιλοσοφοῦντί τε καὶ συνόντι οἱ ἐχρῆτο. Cf. Plutarch. Anton. 80. *Sphærum*, qui prorsus huc non pertinet, memorat Dio, XLVIII, 33, ubi Fabric. a Sphæro Borysthenite, philosopho Stoico, quem Cic. Tusc. IV, 24, laudat, hunc differre, post Torrentium ad h. l. docet.

3. *Si quid res exigeret*. Ut quum Alexandriæ orationem habuit (Dio, LI, 16), quam ab Ario s. Areo Græce redditam videri, monuit ibi Fabric.

dabat. Sed plane poematum quoque non imperitus, delectabatur etiam comœdia veteri, et sæpe cam exhibuit publicis spectaculis. In evolvendis utriusque linguæ auctoribus nihil æque sectabatur, quam præcepta et exempla publice vel privatim salubria: eaque ad verbum excerpta, aut ad domesticos, aut ad exercituum provinciarumque rectores, aut ad Urbis magistratus plerumque mittebat, prout quique monitione indigerent. Etiam libros totos et Senatui recitavit, et populo notos per edictum sæpe fecit: ut orationes Q. Metelli[4] *de prole augenda*, et Rutilii[5] *de modo ædificiorum:* quo magis persuaderet, utramque rem non a se primo animadversam, sed antiquis jam tunc curæ fuisse. Ingenia seculi sui omnibus modis fovit. Recitantes et benigne et patienter audivit; nec tantum carmina et historias, sed et orationes et dialogos. Componi tamen aliquid de se, nisi et serio, et a præstantissimis, offendebatur; admonebatque Prætores, ne paterentur nomen suum commissionibus[6] obsolefieri.

XC. Circa religiones talem accepimus. Tonitrua et fulgura paulo infirmius expavescebat; ut semper et ubique pellem[1] vituli marini circumferret pro remedio, atque ad

4. *Q. Metelli.* Macedonicum intelligendum esse, Censorem primum ex plebe factum cum Q. Pompeio (ann. 623), patet e Liv. Epit. LIX: «Q. Metellus Censor censuit, ut omnes cogerentur ducere uxores, liberorum creandorum causa. Exstat oratio ejus, quam Augustus Cæsar, quum de maritandis ordinibus ageret, velut in hæc tempora scriptam, in Senatu recitavit.» Gell. I, 6, ubi Metelli orationem de ducendis uxoribus commemorat, *Numidicum* dicit (Censorem ann. 652), vel ex errore, vel quia idem argumentum sermone tractavit. Sequuntur eum Torrent. ad c. 34, Casaubon. ad h. l., et Fabric. ad Dion. LVI, 6. Sed vide Duker. ad Liv. l. c. et Oudend. ad h. l.

5. *Et Rutilii.* Intelligendus videtur P. Rutilius Rufus, de quo vide Clav. Cic. Fortasse oratione modum præscripsit, ultra quem ædificare non liceret. Curæ hanc rem Augusto fuisse narrat Strab. V, 3, 7.

6. *Commissionibus;* oratorum poetarumve certaminibus, in theatro vel amphitheatro habitis, unde eorum cura ad Prætoris, qui ludis præerat, munus pertinebat.

XC. 1. *Pellem vituli marini*, etc.

omnem majoris tempestatis suspicionem in abditum et concameratum locum se reciperet; consternatus olim per nocturnum iter transcursu [2] fulguris, ut prædiximus.

XCI. Somnia neque sua, neque aliena de se, negligebat. Philippensi [1] acie, quamvis statuisset non egredi tabernaculo propter valetudinem, egressus est tamen amici somnio monitus; cessitque res prospere, quando captis castris lectica ejus, quasi ibi cubans remansisset, concursu hostium confossa atque lacerata est. Ipse [2] per omne ver plurima, et formidolosissima, et vana, et irrita videbat:

Plin. Hist. Nat. II, 55 (56): « ex iis, quæ terra gignuntur, lauri fruticem non icit (fulmen), nec unquam quinque altius pedibus descendit in terram. Ideo pavidi altiores specus tutissimus putant, aut tabernacula *e pellibus belluarum*, *quas vitulos appellant*; quoniam hoc solum animal ex marinis non percutiat; sicut nec e volucribus aquilam, quæ ob hoc armigera hujus teli fingitur. »

2. *Transcursu fulguris.* Vide c. 29. Pro *prædiximus*, al. e glossemate *supra diximus*, nisi utrumque additicium est.

XCI. 1. *Philippensi acie... amici somnio monitus.* Vell. II, 70: « ipse Cæsar, etiamsi infirmissimus valetudine erat, obibat munia ducis, *oratus etiam ab Artorio medico*, ne in castris remaneret, manifesta denunciatione quietis territo. » Valer. Max. I, 7, 1: « Ejus (Augusti) *medico Artorio* somnum capienti nocte, quam dies insecutus est, quo in campis Philippicis Romani inter se exercitus concurrerunt, Minervæ species oborta præcepit, ut illum gravi morbo implicitum moneret, ne propter adversam valetudinem proximo prælio non interesset. Quod quum Cæsar audisset, lectica se in aciem deferri jussit: ubi dum supra vires corporis pro adipiscenda victoria excubat, castra ejus a Bruto capta sunt. Quid ergo aliud putamus, quam divino munere effectum, ne destinatum jam immortalitati caput indignam cælesti spiritu fortunæ violentiam sentiret? » Cf. Plutarch. Ant. 22, et Brut. 41; Appian. IV, 110; Dio, XLVII, 41; Flor. IV, 7, 9; Lact. Inst. II, 7, 22; Tertull. de Anima, c. 46. Nostro loco alii, *medici* pro *amici*. Utrumque verum, ut patet e locis citatis. *Amici* tamen præferendum, quod Plutarchus habet τῶν φίλων τινὸς utroque loco, et *medici* substitutum videtur e serioribus scriptoribus. Eadem confusio erat Cæs. cap. 4.

2. *Ipse per omne ver.... videbat.* Causam medicorum filii quærant in eo, quod cap. 81, « initio veris præcordiorum inflatione tentabatur. » Valetudinis diversam conditionem diversa somnia gignere, quis non est expertus, ut arctissimis inter se vinculis corpus animusque teneri verissime dicantur?

tempore rariora, et minus vana. Quum[3] dedicatam in Capitolio ædem Tonanti Jovi assidue frequentaret, somniavit, queri Capitolinum Jovem, cultores sibi abduci; seque respondisse, Tonantem pro janitore ei appositum: ideoque mox tintinnabulis fastigium ædis redimiit, quod ea fere januis dependebant. Ex nocturno[4] visu, etiam stipem quotannis die certo emendicabat a populo, cavam manum asses porrigentibus præbens.

XCII. Auspicia et omina quædam pro certissimis observabat. Si mane sibi calceus[1] perperam, ac sinister pro dextero, induceretur, ut dirum; si, terra marive ingrediente se longinquam profectionem, forte rorasset, ut lætum, maturique et prosperi reditus. Sed et ostentis præcipue movebatur. Enatam inter juncturas lapidum ante domum suam palmam in compluvium[2] Deorum Penatium transtulit; utque coalesceret, magno opere curavit. Apud insulam Capreas, veterrimæ ilicis demissos jam ad terram languentesque ramos convaluisse adventu suo, adeo lætatus est, ut eas[3] cum republica Neapolitanorum permu-

3. *Quum dedicatam.... dependebant.* De æde *Jovis Tonantis* vide cap. 29. Somnium narrat Dio, LIV, 4. — *Quod ea fere januis*, etc. ut sonitu janitores excitarentur. Imperfectum *dependebant*, pro quo Oudend. suaserat *dependeant*, bene se habere, ut actionem Augusti respiciens, neque tamen Suetonii ætate hunc morem omissum significans, docet Wolfius.

4. *Ex nocturno visu.... præbens.* Conf. Dio, LIV, 35. Illustrat rem Casaubonus ex more veterum, quo rerum felicitatem contrariæ conditionis mentione temperabant, Nemesin ut rerum lætarum comitem exoraturi.

XCII. 1. *Si... calceus perperam... induceretur*, etc. Plin. II, 7 (5): « Divus Augustus lævum prodidit sibi calceum præpostere inductum, quo die seditione militari prope afflictus est. »

2. *In compluvium*, etc. *Compluvium* sive *impluvium* aperta erat area in mediis ædibus, ad lumen immittendum excipiendamque pluviam. Ara ibi erat Deorum Penatium. Vide Clav. Cicer. sub voc. *Penates*. Contra Lares colebantur in foco, qui erat in atrio. Cf. ibid. *Lares*.

3. *Ut eas.... permutaverit, Ænaria data.* Cf. Dio, LII, 43, ad ann. 725; Strabo, V, 4, 9.

taverit, Ænaria data. Observabat et dies quosdam, ne aut postridie [4]nundinas quoquam proficisceretur, aut Nonis quicquam rei seriæ inchoaret; nihil in hoc quidem aliud devitans, ut ad Tiberium scribit, quam δυσφημίαν nominis.

XCIII. Peregrinarum[1] cerimoniarum sicut veteres ac præceptas reverentissime coluit, ita ceteras contemtui habuit. Namque Athenis[2] initiatus, quum postea Romæ pro tribunali de privilegio sacerdotum Atticæ Cereris cognosceret, et quædam secretiora proponerentur, dimisso consilio[3] et corona circumstantium, solus audiit disceptantes. At contra, non modo in peragranda Ægypto paulo deflectere ad visendum Apin supersedit, sed et Caium nepotem, quod Judæam prætervehens apud Hierosolymam[4] non supplicasset, collaudavit.

XCIV. Et quoniam ad hæc ventum est, non ab re fuerit subtexere, quæ ei prius, quam nasceretur, et ipso natali die, ac deinceps evenerint, quibus futura magnitudo

4. *Postridie nundinas.* Fortasse ob *novemdiales*, mortuis sacros. Macrob. Saturn. I, 13: « quoties incipiente anno dies cœpit, qui addictus est nundinis, omnis ille annus infaustis casibus luctuosus fuit; maximeque Lepidiano tumultu opinio ista firmata est. » Vide Casaub. ad h. l. et Fabric. ad Dion. XL, 47, et XLVIII, 33. — In *Nonis δυσφημία nominis* (patet enim hanc, non *ominis*, veram esse lectionem) quærenda est in dissecta voce, ubi oritur *non is*, quo ire et omnino agere aliquid vetabantur.

XCIII. 1. *Peregrinarum cerimoniarum.* Genitivo generis præposito subjunguntur species: vide supra, c. 48, *regnorum*. Pro *præceptas*, id est, antea captas, usitatas, al. *receptas*, quod interpretationem sapit.

2. *Athenis initiatus;* quum devicto Antonio, ann. 723, eo venisset.

3. *Consilio.* Ita optimi interpretes dederunt pro *concilio*. Consilium est judicum, quod opponitur vulgi circumstantis coronæ. Postea *paulo* pro *paulum* ex plerisque Codd. restituit Oudendorp.

4. *Apud Hierosolymam.* Burm. et Oudend. præferunt *Hierosolyma* ob usum Suetonii, Ner. 40, Tit. 5. Conf. Ernest. ad Tacit. Hist. V, 2. Sed sæpius scriptores eidem formæ se non adstringunt, quando variæ frequentabantur. *Supplicare* est *sacrificare*.

ejus et perpetua felicitas sperari animadvertique posset. Velitris antiquitus tacta de cælo parte muri, responsum est, cjus oppidi civem quandoque rerum potiturum : qua fiducia Veliterni, et tunc statim, et postea sæpius, pæne ad exitium sui, cum populo Romano[1] belligeraverunt. Sero tandem documentis apparuit, ostentum illud Augusti potentiam portendisse. Auctor est Julius[2] Marathus, ante paucos, quam nasceretur, menses, prodigium Romæ factum[3] publice, quo denunciabatur regem populo[4] Romano naturam parturire : Senatum exterritum censuisse ne quis illo anno genitus educaretur; eos, qui gravidas uxores haberent, quod ad se quisque spem traheret, curasse ne Senatusconsultum ad[5] ærarium deferretur. In[6] Asclepiadis Mendetis Θεολογουμένων libris lego, Atiam, quum ad sollemne Apollinis sacrum media nocte venisset, posita in templo lectica, dum ceteræ matronæ dormirent, obdormisse; draconem repente irre-

XCIV. 1. *Belligeraverunt.* Sic dedimus cum MSS. aliquot, pro *belligeraverant.*

2. *Julius Marathus;* libertus Augusti, qui memoriam ejus scripsit. Cf. supra, c. 79.

3. *Factum publice;* loco publico, unde apparebat ad totam Rempublicam prodigium pertinere.

4. *Populo Romano.* Recepi dativum cum Gronov., Burm., Oudend., ut *parturire* sit *parturientem destinare.* Alii *populi Romani.* Postea in ed. Burm. vitiose est *a se*, pro *ad se.*

5. *Ad ærarium;* Saturni. In hoc ante quam Senatusconsulta deposita essent, non valebant.

6. *In Asclepiadis Mendetis*, etc. De hoc *Asclepiade* Ægyptio (*Mendes* enim a nomo Mendesio dicitur) nihil constat. Rem narrat Dio, XLV, 1, ubi de sequentibus etiam conferendus. Ceterum, vitiosam esse lectionem *dum ceteræ matronæ dormirent*, nemo non vidit. *Dum* enim h. l. esse debet Gall. *pendant que*, quod docet et modus subjunctivus, et quod causam significat, cur Atia lecticam in templo posuerit. Nisi quis igitur totum comma resecandum censet cum Torrentio, probanda est emendatio vel Grævii, *dum ceteræ matronæ domum irent*, quæ placuit Oudendorpio et Fabricio ad Dionis l. c., vel Ernestii, *dum... venirent*, vel *convenirent*, quæ sane præcedentibus *posita in templo lectica* optime convenit, laudata etiam a Wolfio. Alias conjecturas, si tanti est, vide apud Burmannum.

psisse ad eam, pauloque post egressum; illamque expergefactam, quasi a concubitu mariti, purificasse[7] se: et statim in corpore ejus exstitisse maculam, velut depicti draconis, nec potuisse unquam exigi, adeo ut mox publicis balineis perpetuo abstinuerit: Augustum natum mense decimo, et ob hoc Apollinis filium existimatum. Eadem Atia, prius quam pareret, somniavit, intestina sua ferri ad sidera, explicarique per omnem terrarum et cæli ambitum. Somniavit et pater Octavius, utero Atiæ jubar solis exortum. Quo natus est die, quum de Catilinæ conjuratione ageretur in Curia, et Octavius ob uxoris puerperium serius affuisset, nota ac vulgata res est, P. Nigidium[8], comperta moræ causa, ut horam quoque partus acceperit, affirmasse, dominum terrarum orbi natum. Octavio postea, quum per secreta Thraciæ exercitum duceret, in Liberi[9] patris luco barbara cerimonia de filio consulenti, idem affirmatum est a sacerdotibus: quod, infuso super altaria mero, tantum flammæ emicuisset, ut supergressa fastigium templi ad cælum usque ferretur; unique[10] [olim] omnino Magno Alexandro, apud easdem aras sacrificanti, simile provenisset ostentum. Atque etiam insequenti statim nocte videre visus

7. *Purificasse se*; ne sacra polluerentur.

8. *P. Nigidium*; quem usque adeo cæli peritia excelluisse refert Dio, ut prohibitis quibusdam studiis dare operam crederetur.

9. *In Liberi patris luco*. Attulit Ernest. ad hunc locum illustrandum Macrob. Saturn. I, 18: « Item in Thracia eumdem haberi Solem atque Liberum accipimus; quem illi Sebazium nuncupantes magnifica religione celebrant, ut Alexander scribit; eique Deo in colle Zilmisso ædes dicata est specie rotunda, cujus medium interpatet tectum. Rotunditas ædis monstrat hujusce sideris speciem, summoque tecto lumen admittitur, etc. »

10. *Unique [olim] omnino*, etc. *Olim* uncis inclusi cum Oudend. Deest enim in pluribus, et minime necessarium est h. l. et inconcinnum. Postea dedi *insequenti statim nocte* pro *sequenti nocte statim*, ob frequentem usum illius verbi apud Sueton. et ordinem verborum concinniorem. Favent Codd.

est filium mortali specie ampliorem, cum fulmine et sceptro, exuviisque[11] Jovis Optimi Maximi, ac radiata corona, super laureatum[12] currum, bis senis equis candore eximio trahentibus. Infans adhuc, ut scriptum apud C. Drusum[13] exstat, repositus vespere in cunas a nutricula, loco plano, postera luce non comparuit; diuque quæsitus, tandem in altissima turri repertus est, jacens contra solis exortum. Quum primum fari cœpisset, in avito suburbano obstrepentes[14] forte ranas silere jussit; atque ex eo negantur ibi ranæ coaxare. Ad quartum lapidem[15] Campanæ viæ, in nemore prandenti ex improviso aquila panem ei e manu rapuit: et, quum altissime evolasset, rursus ex improviso leniter delapsa, reddidit. Q. Catulus[16] post dedicatum Capitolium duabus continuis noctibus somniavit: prima, Jovem Optimum Maximum

11 *Exuviisque Jovis Optimi Maximi* togæ pietæ tunicæque palmatæ cultu, qui triumphantium vestitus erat, a Jove sumtus.

12. *Super laurealum currum.* Variæ ad hunc locum fuere virorum doctorum conjecturæ, quas vide apud Burmann. et Ondend. Optima emendatio esset, quæ altero Codice nititur, *super deauratum currum*, probata ab Ernestio, Ruhnkenio, Wolfio, nisi bene se haberet vulgata. In triumphis enim non currus modo, sed fores etiam arasque lauris redimitas fuisse, nota res est. Ceterum non opus est, ut *super*, quod pendet a *videre*, cum Bremio accipiamus pro *insuper*, *præterea*, quamquam sæpius a Nostro ita usurpatum. Ablativi autem *bis senis... trahentibus* bene subjunguntur descriptioni, ut Græcorum genitivi. Quod ad *equos candore eximios* attinet, conf. interpr. ad Curt. III, 3, 11, ubi, « *currum* deinde Jovi sacratum *albentes* vehebant equi, » et ad Flor. I, 5, 6; Oudendorp. ad h. l.

13. *Apud C. Drusum.* Jure Muller. in Sched. legendum censet, *Cæsarem Drusum*. Idem *locum planum* imum esse docet conclave (*une pièce du rez-de-chaussée*), oppositum turri, quæ in eadem domo erat.

14. *Obstrepentes forte ranas*, etc. Ob hanc rem Mæcenatem putant ranam sigillo insculptam habuisse, quod narrat Plin. H. N. XXXVII, 1. Conf. Meibom. Mæcen. cap. 13, de ea opinione disserentem.

15. *Ad quartum lapidem*, etc. Conf. Dio XLV, 2. *Campanam viam* Fabrett. Inscript. p. 481, mediam dicit inter Ostiensem et Appiam, cum qua ab aliis confunditur.

16. *Q. Catulus*, etc. Conf. Dionis loc. cit.

e prætextatis compluribus, circum aram ludentibus, unum secrevisse, atque in ejus sinum signum[17] Reipublicæ, quod manu gestaret, reposuisse. At[18] insequenti, animadvertisse se in gremio Capitolini Jovis eundem puerum; quem quum detrahi jussisset, prohibitum monitu Dei, tanquam is ad tutelam Reipublicæ educaretur. Ac die proximo, obvium sibi Augustum, quum incognitum alias haberet, non sine admiratione contuitus, simillimum dixit puero, de quo somniasset. Quidam prius somnium Catuli aliter exponunt, quasi Jupiter[19] compluribus prætextatis, tutorem a se poscentibus, unum ex eis demonstrasset, ad quem omnia desideria sua referrent; ejusque osculum[20] delibatum digitis ad os suum retulisset. M. Cicero[21], C. Cæsarem in Capitolium prosecutus, somnium pristinæ noctis familiaribus forte narrabat: puerum, facie liberali, demissum cælo catena aurea, ad fores Capitolii constitisse, eique Jovem flagellum tradidisse; deinde, repente Augusto viso, quem ignotum adhuc ple-

17. *Signum Reipublicæ.* Dio vertit, εἰκόνα τινὰ τῆς Ῥώμης, ut inepta adeo appareat interpretatio Casauboni, quam sequuntur Reitz. et Bremius, de δημοσίᾳ σφραγῖδι, cui insculptam fuisse putant urbis Romæ imaginem.

18. *Insequenti.* Junctim scribendum sic esse, non *in sequenti*, docet præcedens *prima* sine præpositione, et auctoris usus.

19. *Quasi Jupiter*, etc. Simile somnium Ciceroni tribuit Plutarch. Cic. 44, diversum prorsus ab eo, quod de eodem Cicerone proxime narrat Sueton.

20. *Ejusque osculum .... ad os suum retulisset.* Intelligo cum Ernest. de digitis, pueri labellis impositis, deinde ad sua admotis, quo osculum ab illo ad se revera referebatur. Hic pueros osculandi modus apud nos adhuc etiam est usitatus. Burm. putat, Jovem prius digitis osculum, i. e. parvi pueri os, leviter tetigisse, simulque eum levasse, et ori suo admovisse pueri os, eumque sequuntur Oudendorp. et Wolfius. Sed argutantur, ut mihi videtur, in primitiva significatione vocis *osculum*, quod proprie nobis est *le baiser*, neque *delibare* pro *leviter tangere* dictum facile probaverim, quum de suavio maxime Latini hac voce utantur.

21. *M. Cicero*, etc. Conf. Dio, l. c., ubi notat Fabricius, *flagellum* symbolum fuisse eripiendæ Romanis libertatis, quum flagris servos tantum coercerent.

risque avunculus Cæsar ad sacrificandum acciverat, affirmavit ipsum esse, cujus imago secundum quietem sibi obversata sit. Sumenti [22] virilem togam tunica lati clavi, resuta ex utraque parte, ad pedes decidit. Fuerunt, qui interpretarentur, non aliud significare, quam ut is ordo, cujus insigne id esset, quandoque ei subjiceretur. Apud Mundam [23] D. Julius castris locum capiens, quum silvam cæderet, arborem palmæ repertam conservari, ut omen victoriæ, jussit : ex ea continuo enata soboles adeo in paucis diebus adolevit, ut non æquipararet modo matricem, verum et obtegeret, frequentareturque [24] columbarum nidis, quamvis id avium genus duram et asperam frondem maxime vitet. Illo et præcipue ostento motum Cæsarem ferunt, ne quem alium sibi succedere, quam sororis nepotem, vellet. In secessu Apolloniæ Theogenis mathematici [25] pergulam, comite Agrippa, ascenderat: quum Agrippæ, qui prior consulebat, magna et pæne incredibilia prædicerentur, reticere ipse [26] genituram suam, nec velle edere perseverabat, metu ac pudore, ne

22. *Sumenti virilem togam*, etc. Conf. Dio, l. c. *Latum clavum* simul cum toga virili singulari Cæsaris beneficio adolescentulo Octavio datum videri, quum vetere more ab iis demum sumeretur, qui post gestos honores in Senatum admitterentur, monuimus ad cap. 38. Aliam minus probabilem rationem dat Ferrarius, de Re Vest. III, 13. — *Ex utraque parte;* anteriore et posteriore. *Resuta;* resolutis suturis; de quibus ipsis idem Ferrar. III, 16. Postea, sine causa Ernest. scribendum duxit *significari*. Supple *id*.

23. *Apud Mundam*, etc. Conf. Dio, XLIII, 41, ubi Cæsarem post hoc prælium maximarum rerum spem concepisse narrat.

24. *Frequentareturque columbarum nidis.* Augurium firmabat quod Veneri, a qua originem habere per Æneam Julia gens credebatur, columbæ sacræ sunt.

25. *Pergulam.* Ernest. interpretatur ὑπερῷον, diætam in loco edito. Docuit in *pergula* Crassitius Grammaticus, auctore Nostro, de Illustr. Gramm. 18. — *Agrippam* cum Augusto Apolloniæ fuisse, docet etiam Vell. II, 59.

26. *Genituram suam;* horam et momentum quo natus erat, ut ex sideribus mathematicus in ejus fatum inquireret.

minor inveniretur. Qua tamen post multas adhortationes vix et cunctanter edita, exsiluit Theogenes, adoravitque eum. Tantam mox fiduciam fati Augustus habuit, ut thema [27] suum vulgaverit, nummumque [28] argenteum nota sideris Capricorni, quo natus est, percusserit.

XCV. Post necem Cæsaris, reverso ab Apollonia et ingrediente eo Urbem, repente [1] liquido ac puro sereno, circulus [2] ad speciem cælestis arcus orbem solis ambiit: ac subinde Juliæ, Cæsaris filiæ, monumentum fulmine ictum est. Primo [3] autem consulatu, ei augurium capienti duodecim se vultures, ut Romulo, ostenderunt; et [4] im-

27. *Ut thema suum vulgaverit.* Conf. Dio, LVI, 25. *Thema*; Gall., « son horoscope. » *Genesin* vocat Juvenal. Sat. XIV, 248 : « Nota mathematicis genesis tua. »

28. *Nummumque argenteum*, etc. Plures nummos diversæ materiæ, quibus insculpta Capricorni nota, Augusti seu Σεβαστοῦ nomen præ se ferentes, dedit Patin. ad h. l. tabula XIII, N° 2. Conf. Fabric. ad Dion. l. c.

XCV. 1. *Repente liquido ac puro sereno. Serenum* substantive dictum, ut sæpius; nec audiendus Reitz., qui adjectivorum alterum ex interpretatione ortum existimat. Sæpius præter necessitatem plura ejusdem potestatis vocabula jungit Noster.

2. *Circulus... orbem solis ambiit.* Vell. II, 59 : « quum intraret Urbem, solis orbis (super caput ejus) curvatus æqualiter rotundatusque, in colorem arcus, velut coronam tanti mox viri capiti imponens, conspectus est. » Senec. Natur. Quæst. I, 2, « circa solem visum coloris varii circulum, qualis esse in arcu solet » narrat. *Versicolorem circulum* dicit Plin. H. N. II, 28. Conf. Oros. VI, 28; Dio, XLV, 4, cui compares Zonar. X, 13.

3. *Primo autem consulatu*, etc. Dio, XLVI, 46, factum hoc narrat primo die Comitiorum, quibus consulatum Octavianus est adeptus; quod confirmare videtur opinionem Casauboni, candidato consulatus, non Consuli, hoc augurium contigisse existimantis. Sed præterquam, quod Octavianus consulatum rapuit, non legitime professus est, magistratibus tantum, non candidatis, auguria capere licuisse constat.

4. *Et immolanti*, etc. Subjungit hoc Suetonius per ὕστερον πρότερον, ut monuere Casaub. ad h. l. et Wesseling. Observ. II, 18, p. 218. Accidit enim hoc Octaviano ante consulatum, ut docet Dio, qui suo loco rem narrat XLVI, 35. Plin. H. N. XI, 37 (73) : « Divo Augusto Spoleti sacrificanti primo potestatis suæ die, sex victimarum jecinora replicata intrinsecus ab ima fibra reperta sunt; respon-

molanti omnium victimarum jecinora replicata[5] intrinsecus ab ima fibra paruerunt, nemine peritorum aliter conjectante, quam læta per hæc et magna portendi.

XCVI. Quin et bellorum omnium eventus ante præsensit. Contractis[1] ad Bononiam Triumvirorum copiis, aquila, tentorio ejus supersedens, duos corvos hinc et inde infestantes afflixit, et ad terram dedit; notante omni exercitu, futuram quandoque inter collegas discordiam talem, qualis secuta est, atque exitum præsagiente. In Philippis[2], Thessalus quidam de futura victoria nunciavit, auctore D. Cæsare, cujus sibi species itinere avio occurrisset. Circa Perusiam, sacrificio[3] non litante, quum augeri[4] hostias imperasset, ac subita eruptione hostes omnem rei divinæ apparatum abstulissent, constitit inter haruspices, quæ periculosa et adversa sacrificanti denunciata essent, cuncta in illos recasura qui exta haberent. Neque aliter evenit. Pridie, quam[5] Siciliensem

somque duplicatorum intra aonum imperiom. »

5. *Replicata*. Docta est super h. l. disputatio Forwerckii, qua ostendit, *jecinora replicata*, διττά, seo *duplicia*, *duplicata* (ut Val. Max. I, 6, 9, *caput jecinoris duplex* dicit), esse prægrandia, solitam magnitodinem excedentia. Comparat Cic. de Divin. I, 14, « tenebræ *conduplicantur*; » id est, augentur; ad Herenn. III, 4, « *duplicatur* voluntas, » i. e. augetur; Virgil. Ecl. II, 67, « sol *duplicat* umbras, » cui respondet, *majores cadunt umbræ*, etc. Nimirum, ob nimiam magnitudioem ita se replicnerant exta, ut duplicia viderentur. — *Paruerunt*. Dio, εὑρέθη; Plin. *reperta sunt*. Inepte olim editt., *patuerunt*. Conf. Oudend. ad. h. l.

XCVI. 1. *Contractis ad Bononiam*, etc. Conf. Dio, XLVII, 1; Zonar. X, 16.

2. *In Philippis*, etc. Coof. Dio, XLVII, 41.

3. *Sacrificio non litante*. Ita Græcis victima ipsa dicitur καλλιερεῖν. Vide Wesseliog. ad Herodot. IX, 19, et Schafer. ad Lamb. Bos. pag. 213; de Lat. *litare*, Oudend. ad Lucan. VI, 523, et ad h. l.; Heyn. ad Virgil. Æneid. IV, 50.

4. *Augeri hostias*; aliam soper aliam adduci, donec bona exta reperisset.

5. *Pridie, quam Siciliensem pugnam*, etc. Dio, XLIX, 5, post rem apud Siciliam male gestam id accidisse Augusto narrat. Plin. H. N. IX, 16 (22): « Siculo bello ambulante in litore Augusto, piscis e

pugnam classe committeret, deambulanti in litore piscis e mari exsiluit, et ad pedes jacuit. Apud Actium[6], descendenti in aciem asellus cum asinario occurrit : homini Eutychus, bestiæ Nicon erat nomen. Utriusque simulacrum æneum victor posuit in templo, in quod castrorum suorum locum vertit.

XCVII. Mors quoque ejus, de qua dehinc dicam, divinitasque post mortem, evidentissimis ostentis præcognita est. Quum lustrum[1] in campo Martio magna populi frequentia conderet, aquila eum sæpius circumvolavit; transgressaque in vicinam ædem, super nomen[2] Agrippæ, ad primam literam, sedit : quo animadverso, vota, quæ in proximum lustrum suscipi mos est, collegam[3] suum Tiberium nuncupare jussit : nam se, quamquam[4] conscriptis paratisque jam tabulis, negavit suscepturum quæ non esset soluturus. Sub idem tempus[5] ictu fulminis ex inscriptione statuæ ejus prima nominis litera effluxit. Responsum est, centum solos dies posthac victurum, quem

mari ad pedes ejus exsiliit; quo argumento vates respondere, Neptunum patrem adoptante tum sibi Sexto Pompeio (tanta erat navalis rei gloria), sub pedibus Cæsaris futuros, qui maria tempore illo tenerent. » Ceterum, quod ait Baumgart., dativum *deambulanti* pendere ab *ad pedes jacuit*, a quibus verbis durius sejunctus sit, inserto *piscis e mari exsiluit*, nisi legamus *deambulante*, scil. eo, hoc minime rectum opinor : *Augusto deambulanti piscis exsiluit* propria vox erat, et apertissimus sensus omne commentum excludit.

6. *Apud Actium*, etc. Conf. Plutarch. Anton. 65; Zonar. X, 30. — De *templo* ibi condito vide ad cap. 18.

XCVII. 1. *Quum lustrum... conderet;* ut Censor. Apposite Liv. I, 44 : « Ibi instructum exercitum omnem suovetaurilibus lustravit (Serv. Tullius); idque *conditum lustrum* appellatum, quia is censendo finis factus est. »

2. *Super nomen Agrippæ;* cujus monumentum in campo Martio memorat Dio, LIV, 28.

3. *Collegam suum Tiberium.* Conf. ad cap. 27.

4. *Quamquam conscriptis paratisque jam tabulis.* Solebant enim scriptis subsignatisque tabulis vota suscepta confirmare, et tabulas ipsas nonnunquam Deorum genibus, quibus voverant, cera affigere.

5. *Sub idem tempus*, etc. Conf. Dio, LVI, 29.

numerum C litera notaret; futurumque, ut inter Deos referretur, quod ÆSAR[6], id est, reliqua pars e Cæsaris nomine, Etrusca lingua Deus vocaretur. Tiberium igitur[7] in Illyricum dimissurus, et Beneventum usque prosecuturus, quum interpellatores aliis atque aliis causis in jure dicendo detinerent, exclamavit (quod et ipsum mox inter omina relatum est), « Non, si omnia morarentur, amplius se posthac Romæ futurum. » Atque itinere inchoato, Asturam[8] perrexit; et inde præter consuetudinem, de nocte ad occasionem auræ evectus, causam valetudinis contraxit ex profluvio alvi.

XCVIII. Tunc Campaniæ ora proximisque insulis circuitis, Caprearum quoque secessui quatriduum impendit, remississimo ad otium et ad omnem comitatem animo. Forte Puteolanum sinum prætervehenti vectores nautæque de navi Alexandrina, quæ tantum quod appulerat, candidati coronatique, et thura libantes, fausta omina et eximias laudes congesserant: « Per illum[1] se vivere, per illum navigare, libertate atque fortunis per illum frui. » Qua re admodum exhilaratus quadragenos aureos comitibus divisit: jusque jurandum et cautionem exegit a singulis, non alio datam summam quam in emtionem Alexandrinarum mercium absumturos. Sed et ceteros continuos

6. *Æsar.* Hoc vocabulum Casaubonus deducit ab *αἶσα*, fatum, id est, Deus.

7. *Tiberium igitur,* etc. Vell. II, 123: « Cæsar Augustus, quum Germanicum nepotem suum, reliqua belli patraturum, misisset in Germaniam, Tiberium autem filium missurus esset in Illyricum, ad firmanda pace, quæ bello subegerat, prosequens eum, simulque interfuturus athletarum certamini ludicro, quod ejus honori sacratum a Neapolitanis est, processit in Campaniam. »

8. *Asturam.* Insula fuit in ejusdem nominis flumine in Volscis, ubi Ciceroni villa, unde factum postea videtur oppidum. Cf. Cellar. Geogr. Ant. II, 9, pag. 809.

XCVIII. 1. *Per illum se vivere,* etc. Talia et Horat. Augusto accinit, Carm. IV, 5, 17:

Tutus bos etenim rura perambulat;
Nutrit rura Ceres, almaque Faustitas;
Pacatum volitant per mare navitæ,
Culpari metuit Fides.

dies inter varia munuscula, togas insuper ac pallia distribuit, lege proposita, ut Romani Græco, Græci Romano habitu et sermone uterentur. Spectavit assidue et exercentes ephebos, quorum aliqua adhuc copia ex [2] vetere instituto Capreis erat. Iisdem etiam epulum in conspectu suo præbuit, permissa, immo exacta, jocandi licentia, diripiendique[3] pomorum et obsoniorum rerumque missilium. Nullo denique genere hilaritatis abstinuit. Vicinam Capreis insulam Ἀπραγόπολιν appellabat, a desidia secedentium illuc e comitatu suo. Sed ex dilectis unum, Masgaban nomine, quasi conditorem insulæ, κτιστὴν[4] vocare consuerat: hujus Masgabæ, ante annum defuncti, tumulum quum e triclinio animadvertisset magna turba multisque luminibus frequentari, versum compositum e tempore clare pronunciavit:

Κτιστοῦ δὲ τύμβον εἰσορῶ πυρούμενον·

conversusque ad [5] Thrasyllum, Tiberii comitem, contra accubantem, et ignarum rei, interrogavit, cujusnam poetæ putaret esse. Quo hæsitante, subjecit alium:

Ὁρᾷς φάεσσι Μασγάβαν τιμώμενον;

ac de hoc quoque consuluit. Quum ille nihil aliud responderet, quam, cujuscunque essent, optimos esse, cachinnum sustulit, atque in jocos effusus est. Mox Neapolim trajecit, quamquam etiam tum infirmis intestinis morbo variante: tamen[6] et quinquennale certamen gymnicum,

2. *Ex vetere instituto;* Græco; nam Græci Capreas incoluerant.

3. *Diripiendique pomorum*, etc. De hoc loquendi modo vide Gronov. ad Gell. XVI, 8; Sanctii Minerv. III, 8. Ipse Cicero, Philipp. V, 3, « agrorum suis latronibus condonandi. » Nostro tamen loco MSS. alii, *rerumque missilia*. De *missilibus* cf. Neron. 11. Vide Bulenger. de Venat. Circi, cap. 23 (Thes. tom. IX, p. 794).

4. Κτιστὴν *vocare consuerat.* Videtur hic Masgabas ejus jussu colonos deduxisse Capreas, a Neapolitanis permutatione acceptas. Vide cap. 92.

5. *Thrasyllum;* de quo vide Tiber. cap. 14.

6. *Tamen et quinquennale certa-*

honori suo institutum, perspectavit; et cum Tiberio ad destinatum locum contendit. Sed in redeundo, aggravata valetudine, tandem[7] Nolæ succubuit : revocatumque ex itinere Tiberium diu secreto sermone[8] detinuit, neque post ulli majori negotio animum accommodavit.

XCIX. Supremo die, identidem exquirens an jam de se tumultus foris esset, petito spiculo, capillum sibi comi, ac malas[1] labentes corrigi, præcepit. Et admissos amicos[2] percontatus, « Ecquid iis videretur mimum vitæ commode transegisse, » adjecit[3] et clausulam:

men, etc. Conf. Dio, LVI, 29, ad ann. 767, et Vell. supra laud. Oppidatim fere in Augusti honorem a provinciis lndos quinqnennales fnisse constitutos, legimns c. 59.

7. *Tandem Nolæ succubuit*. Vell. l. c., « Quamquam jam motus imbecillitatis inclinatæque in deterius principia valetndinis senserat, tamen obnitente vi animi, prosecutus filium, digressnsque ab eo Beneventi, *ipse Nolam* petiit; et ingravescente in dies valetndine, qnnm sciret, quis, volenti omnia post se salva remanere, arcessendus foret, festinanter revocavit filium. Ille ad patrem [patriæ] exspectato revolavit maturius. » Tacit. Annal. I, 5 : « vixdum ingressus Illyricum Tiberius, properis matris literis accitnr; neque satis compertum est, spirantem adhnc Augustum *apud urbem Nolam*, an exanimem repererit. » Ita etiam Aurel. Victor, Cæs. I. Unns Entrop. VII, 5, « obiit... in oppido Campaniæ *Atella;* » qnocum consentit Eusebius, in Chronico.

8. *Diu secreto sermone detinuit.* Conf. Tiber. 21. Dio, LVI, 31, ut incertnm tradit. Vell. l. c., nil præter hoc : « Tum secnrum se Augustus prædicans, circumfusnsque amplexibns Tiberii sui, commendans illi sua, atque ipsius opera, nec quicqnam jam de fine, si fata poscerent, recusans, subrefectns primo conspectu alloquioque carissimi sibi spiritus, mox quum omnem curam fata vincerent, in sua resolutus initia... animam cælestem cælo reddidit. »

XCIX. 1. *Malas labentes*. Al. *labantes*, quod probavit Casaub. Illud exemplis defendit Oudendorp.

2. *Et admissos amicos*, etc. Cf. Dio, LVI, 30.

3. *Adjecit et clausulam*. Horat. Art. Poet. 155 : « donec cantor, Vos plaudite, dicat. » Quam usurpat Augustus, clausula comicorum histrionnm videtur propria fuisse. Ceterum, facit huc inprimis Senecæ locus, Epist. LXXVII : « Qnomodo fabula, sic vita; non quamdiu, sed quam bene acta sit, refert. Nihil ad rem pertinet, quo loco desinas: quocunqne voles desine : tantum bonam clausnlam impone. » Et lepide VOLTAIRE, *Poésies mêlées*, CCXL, in carmine cui titulus, *Adieux à la vie:*

Εἰ δὲ πᾶν ἔχει καλῶς, τῷ παιγνίῳ
Δότε κρότον, καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε.

Omnibus deinde dimissis, dum advenientes ab Urbe de Drusi [4] filia ægra interrogat, repente in osculis Liviæ, et in hac voce defecit: « Livia, nostri conjugii memor vive, ac vale; » sortitus exitum facilem, et qualem semper optaverat. Nam fere, quoties audisset, cito ac nullo cruciatu defunctum quempiam, sibi et suis εὐθανασίαν similem (hoc [5] enim et verbo uti solebat) precabatur. Unum omnino ante efflatam animam signum alienatæ mentis ostendit, quod, subito pavefactus, a quadraginta se juvenibus abripi, questus est. Id quoque magis præsagium, quam mentis deminutio, fuit; siquidem totidem milites Prætoriani extulerunt eum in publicum.

C. Obiit [1] in cubiculo eodem, quo pater Octavius, duobus Sextis [2], Pompeio et Appuleio, Consulibus, decimo quarto Kalendas Septembris, hora diei nona, septuagesimo et sexto ætatis anno, diebus quinque et triginta minus. Corpus [3] Decuriones municipiorum et coloniarum a Nola Bovillas usque deportarunt noctibus, propter anni tempus, quum interdiu in basilica cujusque oppidi, vel in ædium sacrarum maxima, reponeretur. A Bovillis

Quand, sur la scène de ce monde,
Chaque homme a joué son rôlet,
En partant, il est à la ronde
Reconduit à coups de sifflet, etc.

4. *De Drusi filia*; Livilla, ex Antonia minore. Vide Claud. 1. — Dedimus *interrogat* pro *interrogabat* cum Burmann. et Oudend.

5. *Hoc enim et verbo*, etc. Interpretatur Wolfius: nam etiam verbo hoc uti solebat, non tantum sententia et voto. Alii *enim et* dictum putant pro *etenim*, ut Gr. γὰρ καί.

C. 1. *Obiit in cubiculo eodem*, etc. Tacit. Annal. I, 9: « Multus hinc ipso de Augusto sermo, plerisque vana mirantibus; quod idem dies accepti quondam imperii princeps et vitæ supremus; quod Nolæ in domo et cubiculo, in quo pater ejus Octavius, vitam finivisset; » ubi vide Lips.

2. *Duobus Sextis*, etc. A. U. 767. Conf. Dio, LVI, 29. — *Decimo quarto Kalendas Septembris*. Conf. Dio, LVI, 30, ibique Fabric. et ad locum nostrum Oudend.

3. *Corpus Decuriones... deportarunt*. Conf. Dio, cap. 31.

equester[4] ordo suscepit, Urbique intulit, atque in vestibulo domus collocavit. Senatus et in [5] funere ornando, et in memoria honoranda, eo studio certatim progressus est, ut inter alia complura censuerint quidam, funus triumphali [6] porta ducendum, præcedente [7] Victoria, quæ est in Curia, canentibus næniam principum liberis utriusque sexus : alii, exsequiarum die ponendos [8] annulos aureos, ferreosque sumendos : nonnulli, legenda ossa per sacerdotes [9] summorum collegiorum. Fuit et, qui suaderet, appellationem mensis Augusti in Septembrem transferendam : quod hoc genitus Augustus, illo defunctus esset; alius, ut omne tempus a primo die natali ad exitum ejus, seculum Augustum appellaretur, et ita in fastos referretur. Verum, adhibito honoribus modo, [10] bifariam laudatus est : pro æde D. Julii a Tiberio, et pro Rostris

4. *Equester ordo;* qui impetraverat id a Consulibus per Claudium, quem perferendæ legationis patronum elegerat. Vid. Cland. 6.

5. *In funere ornando.* Tacit. Ann. I, 8, « nihil primo Senatus die agi passus (Tiberius), uisi de supremis Augusti. » Conf. Dio, l. c.

6. *Funus triumphali porta ducendum.* Tacit. Aunal. I, 8 : « tum consultatum de honoribns ; ex qnis maxime iusignes visi : ut porta triumphali dnceretur funus, Gallus Asinius ; ut legum latarum tituli, victarum ab eo gentinm vocabnla auteferreutur, L. Arruutius ceusnere. » Funus autem ab Equitibus triumphali porta ductum fuisse narrat Dio, LVI, 42, cujus loci immemor fuit Lipsius, ad Tacit. l. c. temere pugnans cum Casaubouo, qui idem notaverat.

7. *Præcedente Victoria;* quam iu Curia Julia coustituerat Augustus. Conf. Dio, LI, 22, ubi plura de hoc signo dat Fabricius.

8. *Ponendos annulos aureos;* a Seuatoribus Equitibnsque. Vide Kirchmann. de Auuulis, c. 15. De mutatis in luctu anuulis agit idem, de Funeribus Roman. II, 17.

9. *Per sacerdotes summorum collegiorum;* quæ quatuor fueruut, Poutifices, Augures, Septemviri Epulonum, Quindecimviri, ad qnos postea accesserunt Sodales Augustales. Vide Casaub. ad h. l., Lips. ad Tacit. Aunal. III, 64, et Fabric. ad Diou. LIII, 1.

10. *Bifariam laudatus est.* Conf. Dio, LVI, 34. — *Pro æde D. Julii;* hoc est pro *Rostris novis* seu *Juliis*, de quibus Fabric. ad Diou. XLIII, 49. Ab his distinguuutur *Rostra vetera*. Alii h. l. legunt, *pro Rostris, sub veteribus*, quod ferri uon posse docuere Ernest. et Oudeudorp.

veteribus a Druso, Tiberii filio; ac Senatorum[11] humeris delatus in Campum, crematusque. Nec defuit[12] vir prætorius, qui se effigiem cremati euntem in cælum vidisse juraret. Reliquias [13] legerunt primores equestris ordinis, tunicati et discincti, pedibusque nudis, ac [14] Mausoleo condiderunt. Id opus inter Flaminiam viam ripamque Tiberis sexto suo consulatu exstruxerat; circumjectasque silvas et ambulationes in usum populi jam tum publicarat.

CI. Testamentum, L. Planco[1], C. Silio Consulibus, tertio Nonas Aprilis, ante annum et quatuor menses, quam decederet, factum ab eo, ac duobus[2] codicibus, partim ipsius, partim libertorum Polybii et Hilarionis manu scriptum, depositumque apud se, virgines Vestales cum tribus signatisque aeque voluminibus protulerunt. Quæ omnia in Senatu aperta atque recitata sunt.

11. *Ac Senatorum humeris*, etc. Dio, LVI, 42.

12. *Nec defuit vir prætorius*, etc. Dio, LVI, 46, Numerium Atticum vocat, quem Livia dono vicies LLS. corruperit, ut idem de Augusto juraret, quod olim de Romulo Proculus. Pro *juraret*, al. *jurasset*.

13. *Reliquias legerunt primores*, etc. Dio, LVI, 42, nominat etiam Liviam, cujus jussu sine dubio fecerunt Equites. Idem narrat, antea ex rogo aquilam ad cælum evolasse, animum defuncti eo portaturam, quod illustrat significationem ostenti, quod Noster, cap. 97, primo loco inter mortis præsagia retulit.

14. *Ac Mausoleo condiderunt*. De hoc μνημείῳ vide Bartolii Vett. Sepulcr. (Thes. Gronov. tom. XII, p. 57), et Donat. de Urbe Roma, III, 16 (Thes. Græv. tom. III, p. 746). Describit illud Strabo, V, 3, 8 (tom. II, p. 169, ed. Siebenkees.).

CI. 1. *L. Planco, C. Silio Consulibus;* A. U. 766.

2. *Ac duobus codicibus*, etc. Id est, ita, ut idem testamentum duobus voluminibus contineretur, quorum alterum ipse, alterum liberti conscripserant, quibus se vivo omnia nota esse noluit. Alii de duobus exemplis interpretantur. Sed ita diversis locis deposita fuisse, recte monuerunt Ernest., Oudend., Bremius. Tacit. Annal. I, 8, « testamentum, *illatum per Virgines Vestæ*, Tiberium et Liviam heredes habuit, etc. » Conf. Dio, LVI, 32; Zonaras, pag. 543; Tiber. c. 23. De Vestalibus, testamentorum custodibus, vide quos citavimus ad Cæs. 83.

Heredes[3] instituit primos, Tiberium ex parte dimidia et sextante, Liviam ex parte tertia, quos et ferre[4] nomen suum jussit : [5] secundos, Drusum, Tiberii filium, ex triente, ex partibus reliquis Germanicum liberosque[6] ejus tres sexus virilis : tertio gradu, propinquos amicosque complures. Legavit[7] populo Romano quadringenties, tri-

3. *Heredes instituit primos*, etc. Tacit. l. c., « Tiberium et Liviam heredes habuit. Livia in familiam Juliam nomenque Augustæ assumebatur : in spem secundam nepotes pronepotesque; tertio gradu primores civitatis scripserat, plerosque invisos sibi, sed jactantia gloriaque ad posteros. » — *Liviam ex parte tertia*. Scribit Dio, l. c. petiisse impetravisseque Augustum a Senatu, ut sibi contra leges veteres tantum Liviæ relinquere liceret. Lex, qua solvi Liviam oportebat, ut trientem acciperet, Voconiane fuerit, an Papia Poppæa, disputant Jurisconsulti. Vide Reimar. ad Dion. — De Augusti herede Tiberio Saint-Réal, *Considérations sur Livie :* « Ce qui me parait le plus surprenant dans ce « choix qu'Auguste fit d'un héritier hors de sa famille, c'est qu'il « ne préférait pas Drusus, qu'il aimait beaucoup, et qui méritait « d'être aimé, à Tibère, son frère, « qu'il n'aimait point, et qui était « d'un caractère peu propre à se « faire aimer. Ils étaient tous deux « fils de Livie, et Drusus avait cet « avantage sur l'autre, qu'il était « né dans le tems des premières « amours d'Auguste pour sa mère : « c'est de lui qu'elle était grosse « quand il l'épousa, et quelques-« uns ont cru, avec assez de vrai-« semblance, qu'il était son fils. « Drusus avait même pour Auguste « des empressemens et des tendres-« ses engageantes, et auxquelles « Auguste répondait d'autant plus « volontiers, qu'il n'était pas possi-« ble de trouver un mérite plus vé-« ritable ni plus touchant que ce-« lui de Drusus. Cependant Tibère « fut adopté, et fut l'héritier d'Au-« guste : Livie le voulut ainsi, et « il n'était pas permis à son époux « de s'opposer à ses volontés : fa-« tale nécessité pour un homme « d'un génie élevé, et capable de « réfléchir sur un esclavage si in-« tolérable ! »

4. *Quos et ferre nomen suum jussit*. Tiber. cap. 26, *Augusti* nomen hereditarium Tiberio, sed epistolis tantum ad reges ac dynastas additum ab eo dicitur. Livia *Juliæ Augustæ*, 'Ιουλίας Σεβαστῆς, nomen tulit.

5. *Secundos*. De *secundis heredibus* cf. ad Cæs. 83.

6. *Liberosque ejus tres ;* Neronem, Drusum, et C. Cæsarem. Infra, Calig. 7.

7. *Legavit populo Romano*, etc. Tacit. l. c. utramque summam conjunctim effert, « Legata non ultra civilem modum, nisi quod populo et plebi CCCCXXXV, prætoriarum cohortium militibus singula numum millia, legionariis CCC, cohortibus civium Romanorum

bubus tricies quinquies sestertium : Prætorianis militibus singula millia nummorum, cohortibus urbanis quingenos, legionariis trecenos nummos : quam summam repræsentari jussit : nam et confiscatam semper repositamque habuerat. Reliqua legata varie dedit : produxitque quædam ad vicies [8] sestertium, quibus solvendis annuum diem [9] finiit, excusata rei familiaris mediocritate : nec plus perventurum ad heredes suos, quam millies et quingenties, professus : quamvis viginti proximis annis quaterdecies millies ex testamentis amicorum percepisset : quod pæne omne cum duobus paternis patrimoniis, ceterisque hereditatibus, in Rempublicam absumsisset. Julias, filiam neptemque [10], si quid his accidisset, vetuit sepulcro suo inferri. De tribus [11] voluminibus uno mandata de funere suo complexus est : altero indicem [12] rerum a se gesta-

CCCCC nnmos viritim dedit, » uti locus nunc restitutus legitur. Cum Nostro consentit Dio, nisi quod tricies quinquies HS. tribubus datum omisit. Nimirum, quod *populo Romano* legatum erat, in ærarium publicum condebatur; quod *tribubus* sive *plebi*, viritim vel vicatim distribuebatur.

8. *Ad vicies sestertium*. Recepimus cum Wolfio emendationem Perizonii, quam Casaubonus in quibusdam reperisse testatur. Vulgo, *ad vicena sestertia*, quæ exigua summa fuisset, neque conveniens verbo *produxit*, quod valet *extendit*, *auxit*.

9. *Annuum diem*; anni spatium, intra quod solverentur.

10. *Julias, filiam neptemque*, etc. De nepte silet Dio : Juliæ autem filiæ testamento patris aliquid legati nomine relictum dicit. — *Si quid his accidisset*. Nos etiam, ne mortem proprio vocabulo significemus, hac ipsa Latinorum formula, *s'il vous arrive quelque chose, s'il arrivait quelque chose*.

11. *De tribus voluminibus*, etc. Dio quartum memorat, LVI, 33, quod ab Augusto relicta Tiberio et Reipublicæ gubernandi præcepta continebat. Hoc cum tertio Suetonius conjunxit.

12. *Indicem rerum a se gestarum*. Hujus pars servata nobis est in Monumento Ancyrano, quod hunc præ se fert titulum : « *Rerum gestarum Divi Augusti*, quibus orbem terrarum imperio populi Romani subjecit, et *impensarum*, quas in Rempublicam populumque Rom. fecit, incisarum *in duabus aheneis pilis*, quæ sunt Romæ positæ, exemplar subjectum; » ex quo collegit Lipsius ad Tacit. Ann. I, 11, nostro loco legendum *in æneis pilis*, pro *tabulis*. Sed quum

rum, quem vellet incidi in æneis tabulis, quæ ante Mausoleum statuerentur: tertio breviarium[13] totius imperii, quantum militum sub signis ubique essent, quantum pecuniæ in ærario et fiscis et vectigaliorum residuis. Adjecit et libertorum servorumque nomina, a quibus ratio exigi posset.

eodem redeat, nihil mutandum sine Codd., uti judicavit jam Casaubonus.

13. *Breviarium totius imperii.* Supra, cap. 28, *rationarium imperii* appellabat. Argumentum dat etiam Tacit. Annal. I, 11: « Opes publicæ continebantur: quantum civium sociorumque in armis: quot classes, regna, provinciæ, tributa, aut vectigalia, et necessitates ac largitiones. Quæ cuncta sua manu perscripserat Augustus; addideratque consilium coercendi intra terminos imperii, incertum metu, an per invidiam. » — Omnino plura de Augusto vide in subsequenti nostra Gallica disquisitione.

NOTE
SUR
OCTAVE.

La mort de César avait jeté dans tous les esprits l'inquiétude et le trouble qui suivent naturellement les catastrophes imprévues. On s'intéressait à la cause des conjurés, parcequ'il est rare que la multitude sache se défendre du prestige de la nouveauté; mais un sentiment plus profond, plus unanime, s'accordait à déplorer la fin tragique du dictateur: César, dans la tombe, n'était point encore séparé de la fortune publique, et le bruit de sa chute annonçait déjà tout ce qu'on avait à craindre après lui. Ici nous retrouvons un exemple des combinaisons singulières que présente souvent la destinée des empires: il semble qu'il ait été du sort de Rome de ne pouvoir faire un pas vers la grandeur suprême, sans être ébranlée jusques dans ses fondemens, et que toujours, dans son histoire, les accroissemens les plus remarquables de domination et de gloire se trouvent liés par un enchaînement invincible aux plus éclatans revers. Ainsi la journée d'Allia, désastreuse épreuve d'une république à peine affermie, payait chèrement les conquêtes et les triomphes de Camille : ainsi le nom de Zama et la renommée des Scipions nous apparaissent au milieu des vastes funérailles de Cannes : plus tard, c'est le génie de Rome, qui, longtems accablé sous le fardeau pesant

de Marius et de Sylla, se relève, et traverse en deuil les champs de Pharsale, pour aller dompter l'Égypte et la Numidie, ou consacrer sur les bords de l'Euxin les trois paroles de la victoire : aujourd'hui, c'est un nouveau triumvirat, c'est une seconde proscription, qui nous mène, à travers l'anarchie des guerres civiles, au règne pacifique et majestueux d'Auguste.

On a jugé diversement l'action de Brutus : les uns, ennemis nés de toute usurpation, et frappés des résultats que promettait l'entreprise, se sont joints au parti qui l'a proclamé le dernier des Romains; les autres, en opposant au fanatisme républicain les qualités personnelles de César, ce titre glorieux de Père de la Patrie, décerné par l'admiration publique à d'importans services, et surtout en insistant sur l'origine équivoque du principal conjuré, ont isolé le meurtre des raisons d'état qui pouvaient le justifier, pour n'y voir qu'une scélératesse froidement combinée, et peut-être un double parricide. Sans examiner de plus près ces deux opinions, il faut convenir d'abord, que Brutus ne connaissait pas l'esprit de son siècle, en se flattant du retour de la liberté et des formes qu'elle avait autrefois dans Rome : il aurait dû comprendre que la loi, foulée aux pieds, ne se rétablit point d'une première violence qui la dégrade ouvertement, et que l'âge de la décadence datait irrévocablement des excès et des emportemens de Sylla, dont le plus grand crime n'avait pas été de tout envahir, mais de frayer la route aux ambitions qui s'élevaient à son école, et de montrer qu'après lui on pourrait oser davantage. Ainsi déjà le mal était sans remède, longtems avant que le nom de César pût éveiller le moindre soupçon; et ce grand homme a rencontré dans ceux qui lui devaient tout des juges impitoyables, pour avoir senti le

premier qu'une république usée courait à la monarchie; pour avoir tenté ce que tout autre à sa place, ce que Pompée lui-même aurait essayé comme lui; ce que l'adresse plus heureuse d'Octave ne tarda point à réaliser. En général, il n'appartient qu'au succès de légitimer les coups d'état; et comme la mort de César ne changea rien à la question que Brutus croyait décider par le poignard, la mémoire de cette conjuration fameuse n'en restera pas moins à jamais chargée du poids d'un crime inutile, et la postérité qui la contemple toute couverte du sang répandu à Philippes, serait en droit de lui demander si le genre humain aurait eu plus à gémir de la domination de César, que des barbaries du triumvirat. Et ce qui prouve que le peuple ne voulait plus d'une liberté devenue étrangère à ses mœurs, c'est qu'au lieu des acclamations généreuses de la reconnaissance et de la joie, il ne répondit à l'appel de ceux qui se disaient ses vengeurs, qu'en incendiant leurs maisons avec des cris de rage. L'armée elle-même, entraînée d'abord par l'enthousiasme de Brutus et de Cassius, ne poussa point le zèle au delà de ses premiers revers; et désespérant d'une cause qu'il ne fallait plus songer à défendre, passa sans regret sous les drapeaux du plus fort, et se mit aux gages de qui pouvait la payer : de sorte que la journée de Philippes eut non seulement pour résultat tous les fruits de la victoire, mais l'avantage plus important de démontrer que le parti républicain n'attendait que l'occasion de demander et d'obtenir grâce; car les efforts du jeune Pompée, qui ne jouissait d'ailleurs parmi les siens que de la considération attachée à son nom, méritent à peine d'entrer en ligne dans cette lutte imposante, et rappellent la haine héréditaire d'une famille contre une famille, qui n'était pas le dévouement désintéressé du patriotisme contre les

oppresseurs de la patrie. Laissons à Brutus le mérite de la bonne foi dans la pensée qui le dirigea ; tenons-lui compte, si l'on veut, d'une inspiration qui nous révèle toute l'énergie, toute l'indépendance de sa grande âme ; mais après avoir fait la part de l'homme, jugeons-le comme citoyen, et reconnaissons franchement que non seulement il s'était mépris sur le vœu national, mais qu'il présumait beaucoup trop d'un siècle flétri par Sylla. C'est Sylla qui aurait dû ne pas naître, ou qui devait tomber sous les coups d'uu Brutus. On a dit de lui qu'il mena violemment les Romains à la liberté : mais que signifiait dans la bouche de Sylla, dans la bouche de Brutus même, ce nom de liberté? Était-ce autre chose que le triomphe des priviléges? n'était-ce point surtout l'affranchissement du sénat? Supposons maintenant qu'il fût dans les besoins comme dans les sentimens du peuple de rentrer sous la tutelle de l'aristocratie ; supposons que des réformes salutaires, suivies de la retraite inespérée du réformateur, aient rendu à la nation tout ce qu'elle avait perdu, tout ce qu'elle regrettait : pouvait-on ne pas prévoir que tôt ou tard l'esprit d'usurpation saurait distinguer dans l'exemple donné par Sylla ce qu'il y avait de profitable à la tyrannie, sans que jamais un seul de ses imitateurs fût tenté comme lui de courir les chances d'une abdication? Tout avait péri, tout s'était confondu dans les débordemens de cette monstrueuse dictature : le premier pas une fois autorisé, il ne restait plus qu'à porter la chaîne qu'on s'était donnée, en se traînant successivement de dépendance en dépendance, et dès lors la seule chose désirable peut-être, c'était qu'un homme tel que César se chargeât d'apprendre que le règne des lois était passé. Voilà ce qu'indiquait le tems ; voilà les réflexions qui se présentaient naturellement à Brutus, et

qui devaient l'arrêter : mais imbu des principes de Caton, que son inflexible stoïcisme rappelait sans cesse aux beaux jours de l'égalité républicaine, il s'aveugla sur la réalité, pour n'avoir pas à rougir de ses concitoyens, et poussé par une frénésie de vertu dont les suites devaient coûter si cher, il crut, en abattant une tête trop élevée, détruire la tyrannie du pouvoir, et ne fit que la déplacer. On se résume d'après la vraisemblance : si la vie de César eût été respectée, Rome, au lieu de s'agiter dans les affreuses convulsions qui la firent changer d'état, se serait familiarisée d'elle-même avec l'idée de rajeunir ses institutions, pour conserver son empire au dehors, et nous n'aurions pas le regret de voir une monarchie de plus naître et s'élever sous des auspices de sang.

Ici le nom d'Octave prend place dans l'histoire, et toute la célébrité du mal vient éclairer ce nom funeste. Le témoignage des faits suivra de près la renommée: hâtons-nous d'ajouter que si l'assurance est une vertu, c'était se donner en exemple que d'accepter l'héritage de César, avant que la nation se fût autrement prononcée sur les desseins de Brutus. Nul doute que ses premiers transports d'indignation et de fureur, en apprenant la perte qu'elle venait de faire, ne donnassent à présumer beaucoup de ses dispositions, et qu'on ne dût voir dans ses excès les garanties de son dévouement: mais, à considérer plus attentivement les choses, peut-être aussi toutes ces démonstrations engageantes ne prouvaient-elles que l'artifice et les menées d'Antoine, sous l'apparence trompeuse des regrets publics; et d'ailleurs, le moindre succès des conjurés ne suffirait-il point pour rappeler au peuple son inconstance ordinaire, et faire pencher tout à coup la balance de leur côté? Au milieu de ces différens sujets d'inquiétude, Octave n'hésite pas un moment, et nous tou-

chons d'abord à la partie brillante de son rôle. Il rejette les conseils timides qui lui disaient de sacrifier des prétentions aussi hasardeuses, et seul contre tous, avide dans un âge qui n'est point encore celui de l'ambition, il vient réclamer l'exécution du testament de son grand-oncle. On aurait tort néanmoins d'attribuer à la fermeté de son caractère cette démarche décisive, qu'il n'aurait certainement pas faite sans le défaut d'expérience. Ce ne fut qu'une témérité de jeunesse, justifiée par l'événement, mais dont il était loin d'avoir pesé toutes les conséquences. Quoi qu'il en soit, la présomption même ici nous flatte et nous attache, tant on aime à retrouver dans l'héritier de César quelque trait de ressemblance avec son père adoptif. Et si l'on veut, sans devancer les années, accorder au présent la justice que trop de gens lui refusent, comment ne pas être frappé de la confiance d'un enfant qui sans titres, sans appui, sans recommandation personnelle, ne craint pas de se livrer aux chances d'une pareille crise, et d'affronter tout ce que Rome avait alors de redoutable et de grand? Comment supposer qu'à dix-neuf ans, un jeune homme sortant des écoles pour se jeter dans les affaires, non seulement ne reculera point devant des noms tels que ceux d'Antoine et de Cicéron, mais qu'il se jouera impunément et du premier capitaine et du premier magistrat de son siècle? Un parti à créer, des armées à combattre, l'exemple terrible du châtiment réservé à l'usurpation, rien ne l'arrête, rien ne l'épouvante: il n'ose encore ni se rendre compte de ses vœux, ni démêler ses espérances; mais un sentiment confus lui dit que sa destinée l'appelle, et ses efforts pour la suivre n'ont peut-être de comparable que la difficulté même d'y parvenir.

Octave ignoré jusqu'alors, et lancé tout à coup sur un théâtre nouveau pour lui, reconnut sa faiblesse, et n'a-

vança plus qu'à pas mesurés. Il avait pris le nom de son bienfaiteur: c'était avoir assez fait pour sa mémoire, et se prononcer autant que la reconnaissance l'exigeait; remarquons seulement qu'ici le devoir était d'accord avec l'intérêt, et que ce nom de César, entouré des respects de la terre, valait à lui seul tout l'héritage qui le suivait: du reste, il fallut se contenter d'avoir jeté d'abord assez d'éclat pour attirer l'attention, et démentir aussitôt ce qu'un pareil début semblait promettre: les circonstances, la réflexion, tout ramenait au parti de la prudence, et disait qu'une plus longue témérité ne serait que périlleuse. Mais dans une ville où chacun ne travaillait que pour soi, dans un état qui n'offrait plus d'autre alternative que celle de commander en maître ou d'obéir en sujet, Octave, en s'arrêtant à propos, ne cédait rien de ses prétentions: mieux averti des obstacles qu'il aurait à vaincre, il dérobait sa marche au grand jour, et préparait, replié sur lui-même, cette guerre de déceptions, monument inoui d'astuce et d'opiniâtreté. Depuis lors on le voit, l'œil fixé vers le but, que distinguait déjà son ambition moins incertaine, tenter tous les ressorts, toutes les manœuvres de l'intrigue, toutes les combinaisons d'un esprit souple et délié, pour arriver d'abord au partage du pouvoir: éblouissant le peuple, dont il fallait se faire connaître; caressant l'armée, dont il attendait tout; humble et soumis avec le sénat, qui cherchait à se débarrasser d'Antoine; fastueux dans la représentation, magnifique dans ses promesses, habile à semer les craintes et les défiances, plus attentif à profiter du moindre avantage, patient, laborieux, circonspect, donnant peu au hasard, et toujours l'homme de la circonstance et du moment. Tels furent les premiers fondemens du vaste édifice de sa grandeur : dénué des qualités entraînantes qui au-

raient pu hâter son élévation, il se renferma dans les ressources moins actives d'un naturel facile et pliant, et sûr de lui-même, tant qu'il ne s'agirait que de suivre l'occasion, il composa de bonne grâce avec le succès, désespérant de le brusquer. De là cette infatigable diligence pour plaire et pour séduire : cette duplicité, cette dissimulation profonde, que la gêne et les embarras de sa position rendaient de plus en plus nécessaires : ses liaisons hypocrites avec Cicéron qu'il n'aimait pas, mais dont le crédit pouvait lui servir tôt ou tard : ses ménagemens, ses condescendances pour Antoine, qui prenait plaisir à l'humilier, mais que la supériorité du rang avait mis hors d'atteinte, et préservait encore de la justice des représailles : de là, aussitôt qu'il eut réveillé le zèle et gagné l'appui des vétérans de César, ces tentations préméditées, qui le poussent à se réunir avec eux aux légions républicaines; partagé entre la honte d'une pareille alliance, et le ressentiment des mépris du consul, et témoignant assez par ses doutes que son ambition ne serait pas toujours aussi scrupuleuse: de là, tant qu'il se défia de ses forces, et qu'il eut besoin d'amasser pour l'avenir, ces infidélités, cette vénalité de conscience, qui ne le laissa jamais en suspens que sur le prix de la perfidie : ces engagemens pris et rompus, avec les mêmes démonstrations de zèle, avec le même empressement de trahison : ces sermens renouvelés et de nouveau démentis, au moindre avertissement de l'intérêt présent : tantôt l'appui du sénat contre Antoine, et tantôt l'associé d'Antoine dans ses projets d'envahissement; n'abaissant son rival, que pour s'en rapprocher avec d'autant moins de crainte, et ne secondant sa haine contre le sénat sans vigueur qui les détestait l'un et l'autre, que pour achever la ruine de l'ennemi commun, avant de commencer à

voir dans son complice un dernier coupable à poursuivre : du reste, toujours plein de l'unique pensée de ses espérances; toujours isolé, toujours fixe, au milieu de ces grandes agitations; et détaché de tous les partis, en les servant et les combattant tour à tour. C'est ainsi qu'il parvient au consulat, et que se forme le terrible pacte d'oppression, connu sous le nom du triumvirat.

On s'arrête avec peine sur cette époque effrayante, dépôt d'infortune, confié aux archives du tems, pour l'éternel opprobre des heureux coupables qui l'ont signalée; mais comme elle nous montre à découvert le caractère et le système d'Octave, entravés jusqu'ici par les nécessités d'un état précaire, la scène intéresse malgré le carnage et les victimes qui la souillent, et ce drame funèbre présente dans ses horreurs plus d'une leçon utile. La réflexion qui frappe d'abord, c'est comment trois hommes, citoyens d'une république encore libre, et qui n'avaient pour la troubler de premier mérite que leur audace, ont réussi à s'arroger impunément le droit de vie et de mort sur une population tout entière, tremblante à leurs genoux : mais d'un autre côté on se demande aussi comment les conjurés n'avaient pas mieux prévu le danger qui les menaçait, en se jetant dans l'entreprise la plus hardie qui jamais ait été risquée, et par quelle inconcevable imprudence ils se pressèrent de porter le premier coup, sans avoir pris une seule des mesures qui devaient le rendre mortel : car la domination de César n'expirait pas avec lui; la journée des Ides de Mars ne serait qu'un nouveau signal de tumulte et de guerre; et l'attaque ne présentait pas à beaucoup près toutes les difficultés de la défense. Au lieu d'un accord et d'une résistance unanimes, premiers garans du succès, Brutus et Cassius sont réduits à passer en Grèce, laissant derrière eux les seules forces réelles du

parti sous un chef sans expérience* : Pompée, qui ne pensait qu'à lui, mais trop faible et trop au-dessous de son rôle, pour ne point céder à l'autorité de l'exemple si Brutus l'eût entraîné, Pompée se retranche sur les côtes de Sicile, content des exploits stériles et de la gloire obscure d'un pirate : le sénat, délibérant sans armée, s'épouvante, et ne prend conseil que de sa peur : Cicéron, aveuglé jusqu'au dernier moment, perd la confiance et l'estime de Brutus ; et la liberté, délaissée au milieu de tant de bras levés pour elle, attend que la proscription vienne la tuer lentement dans chacun de ses défenseurs. Mais il était difficile qu'un plan formé par le délire de la passion reposât sur de meilleures bases : on ne vit que le but, sans s'inquiéter des obstacles ; on négligea les précautions, pour s'en remettre aux évènemens du triomphe de la bonne cause ; les espérances tinrent lieu de ressources ; on fit honneur au peuple de tous les sentimens qu'il n'avait pas ; et le triumvirat prit naissance.

Un avancement aussi rapide, aussi peu contesté, encourageait les efforts d'Octave, et lui donnait la mesure des hommes et des choses : il se jugeait lui-même sans prévention ni flatterie ; mais il apprenait aussi à n'avoir pas meilleure opinion de ses adversaires ; et pénétré mieux que personne de tout ce qui lui manquait, il sentit que le travail suffirait pour une tâche de patience, et se reconnut digne de la nation dégénérée qu'il voulait achever de corrompre. Un seul homme pouvait le traverser dans ses vues, en courant la même carrière d'ambition : c'était Antoine, son collègue, esprit turbulent, poussé par une femme plus turbulente encore ; capitaine estimé, et digne de l'être ; honoré naguère de la confiance et de l'amitié

* Décimus Brutus.

du grand César; et joignant aux qualités du général cette popularité, cet éclat de bravoure, qui doublent son autorité sur le soldat. Si, par la plus malheureuse des fatalités, la puissance des triumvirs n'eût pas été destinée à conserver longtems l'équilibre qui fit sa durée, et qu'Antoine, souvent retenu dans les plaisirs du moment, eût proportionné sa vigilance à de pareils avantages, la partie, déjà fort inégale entre les deux concurrens, se serait infailliblement décidée en sa faveur : mais son humeur entreprenante n'avait rien de suivi, et s'endormait volontiers, réveillée brusquement par les instigations de Fulvie, ou les progrès du danger : on eût dit qu'il trouvait la route trop agréable pour se presser d'arriver, et qu'il en était à ses yeux de la royauté comme de l'amour, dont l'attente et les désirs valent mieux que les jouissances : du reste, peu fait pour le commandement, si ce n'est dans le bruit des armes et des camps; esclave de ses passions dominantes, l'intempérance et la volupté; et se croyant dispensé du soin de plaire, pourvu qu'il fût obéi.

C'est ordinairement sur le droit du glaive que s'établit une domination envahie l'épée à la main, parceque le mal ne produit que le mal, et que l'impunité du crime ne le préserve point de ses frayeurs: ici la raison politique s'aidait de toute la haine envenimée des partis, qui n'a jamais pardonné; de ces inimitiés personnelles d'amour-propre ou d'intérêt blessé, encore plus actives, plus constantes dans leur acharnement; de l'avarice et de la cupidité des chefs, qui s'engageaient à solder le meurtre, à récompenser la délation, à gorger d'or les dénonciateurs et les bourreaux; enfin, d'une ardeur longtems comprimée de rapine et de vengeance, que les retards avaient irritée, et qui réclamait avec sa proie et ses vi-

ctimes tous les dédommagemens promis aux lenteurs du passé. Le signal ne se fit pas attendre, et la seconde proscription, digne sœur de la première, prouva qu'on avait appris de Sylla comment se traitaient les guerres civiles. L'histoire en est assez connue, sans entrer dans de nouveaux détails. Tout le monde sait que rien n'y fut oublié, que rien n'y fut perdu pour le crime: tout le monde se rappelle aussi que Brutus, spectateur oisif des maux dont il était cause, expia dans de vains transports d'indignation l'irréparable faute de son héroïsme, en se reprochant peut-être ces flots de sang romain, qui lui demandaient vengeance, et n'étaient pas entendus.

La première idée des massacres épouvanta la jeunesse et la timidité d'Octave: son âme, rompue à l'intrigue, n'était point encore endurcie à la férocité des révolutions, et les momens de crise l'ont toujours surpris et déconcerté. D'ailleurs il était rare que son égoïsme n'eût pas quelqu'arrière-pensée, et ces dehors de modération cachaient réellement une fourberie de plus: en désavouant ses collègues, sans apporter d'autre obstacle au bouleversement projeté, il se ménageait dans l'opinion un retour de bienveillance, et profitait habilement du désastre dont il leur laissait la responsabilité: on peut même dire qu'il a réussi en partie à mettre les apparences de son côté, puisque les auteurs s'accordent à ne parler de la mort de Cicéron que pour la reprocher au seul Antoine, qui n'avait certainement pas plus mérité leurs invectives, en exigeant la tête d'un ennemi déclaré, que son lâche et vil complice, en lui sacrifiant un homme dont les bienfaits et l'amitié ne s'étaient pas démentis. Octave ainsi retenu par le frein salutaire de l'exécration publique, dernier rempart des opprimés, tant que la tyrannie veut bien le compter pour quelque chose, faiblissait d'un autre côté

devant les considérations plus pressantes du moment, que son caractère et sa règle ordinaire s'accordaient à trouver sans réplique. Antoine et Lépide, l'un par cette fougue d'impatience qui ne souffrait point de contrariété, l'autre pour se conformer à l'exemple, et se donner le seul relief qu'il pût acquérir, demandaient hautement qu'il fût libre enfin à chacun de se faire justice, et le ton de leurs instances voulait une réponse franche et décisive : peut-être même s'indignaient-ils déjà d'avoir à discuter les restrictions et les réserves pusillanimes d'un consul, que sa vaine dignité laissait encore si loin de leur expérience, et dont ils commençaient à pénétrer les vues. Dans tous les cas, une plus longue résistance de la part d'Octave ne manquerait pas d'amener des explications fâcheuses : les mésintelligences pouvaient survenir ; et sa première loi était d'éviter une rupture avec Antoine, dont il n'avait pas encore tiré tout ce qu'en attendait sa prévoyance : on aurait bientôt à lutter contre des adversaires plus redoutables que les républicains restés en Italie, et ce n'était point Octave qui pouvait terrasser Brutus. Cette raison prévalut : il se rendit, et l'orage éclata. Mais une fois obligé de quitter la ruse, et de suivre ouvertement l'impulsion de ses collègues, sa politique, pour agir moins sourdement, n'en devint que plus ardente à se satisfaire ; et comme si leur exemple devait le piquer d'émulation, ce fut lui qui, par un monstrueux échange de cruauté, se chargea presque seul de tout le mal dont il avait d'abord essayé de leur laisser le fardeau. Son cœur, altéré de sang, ne respira plus que la destruction, et les arrêts de sa bouche dénaturée rappelèrent durement aux Romains le *Væ victis* du Gaulois. Et réellement l'histoire est forcée d'avouer que sa cruauté passa toutes les bornes qu'Antoine lui-même s'était pre-

scrites, et que cette époque désastreuse n'a pas gardé la mémoire d'un seul de ses pardons : soit que par une suite naturelle de sa faiblesse et de son âge, il ne fût pas maître des mouvemens qui l'égaraient ; soit plutôt que sous l'apparence des emportemens aveugles de la colère et de la vengeance, qui pouvaient un jour lui servir d'excuse, sa haine, froidement implacable, voulût presser la guerre d'extermination qu'elle avait jurée aux républicains : et ce qui prouve que tout, dans cette âme ténébreuse, était système et combinaison, jusqu'à la scélératesse, c'est qu'une fois débarrassé de ses ennemis, il revint de lui-même aux sentimens ordinaires de l'humanité, et parut changer de caractère, en changeant d'état et de nom. Enfin la proscription se lassa d'égorger, et la fortune des triumvirs ne tarda point à consolider son ouvrage dans les champs de Philippes. Antoine fut le héros de cette fatale journée, et prépara de ses mains victorieuses la couronne que son indigne rival n'eut que l'adresse de lui dérober : mais les idées de bravoure et de gloire militaire étaient trop loin du cœur d'Octave, pour qu'il songeât même à se défendre du reproche insupportable aux Romains d'avoir connu la peur ; et comme il n'a jamais visé qu'au profit des succès, son amour-propre n'a jamais été jusqu'à le rendre jaloux de les obtenir, ou d'y contribuer par lui-même. Le fait est qu'il a personnellement peu de chose à prétendre dans les immenses résultats de ce choc mémorable, et que son plus grand mérite fut d'avoir su se conserver Antoine assez longtems, pour qu'un bras vigoureux portât le coup décisif. Il se chargea seulement du soin de compléter la victoire, en traînant au supplice des prisonniers sans défense, dont il n'avait pas soutenu les regards sur le champ de bataille : précaution digne de lui, et qui prouve à quel point il craignait de lais-

ser debout un seul appui qui retînt dans sa chute la liberté mourante. Sa prévoyance ne l'a point trompé : cette liberté, vieillie dans Rome, au bruit des combats de la tribune et des orages domestiques, rencontrait ici le terme où tout s'arrête, et descendait, pour ne plus se réveiller, dans le cercueil de ses derniers défenseurs.

Les événemens qui suivirent font ressortir d'une manière encore plus frappante le génie opposé des deux hommes à qui le sort des armes livrait la dépouille de l'état, et nous montrent de loin la fortune prête à se déclarer, aussitôt que l'inévitable jalousie du pouvoir ne permettra plus entre eux ni communauté ni partage. Antoine, dont la guerre était l'élément, dépose avec elle tout l'éclat qu'il empruntait de son épée : il court en Asie, où l'attendaient les délices du repos et de la mollesse, et s'arrête à compter les rois serviteurs qui viennent en foule saluer son réveil : bientôt après, sa folle passion pour Cléopâtre achève de l'énerver, et le vainqueur de Brutus, vaincu par les artifices d'une femme, oublie dans les pernicieuses langueurs de l'Égypte que le monde a les yeux sur lui, et qu'il n'est point encore au bout de la carrière. Octave, qui reprenait avec la paix extérieure son activité d'intrigue et ses meilleurs avantages, se tourne vers l'Occident, et vient asseoir dans Rome la majesté des Césars. Nous observons en effet que depuis son retour il ne quitta plus l'Italie, et que cette prise de possession lui tint lieu de droit acquis : c'est que rien n'agit sur le peuple comme la puissance d'habitude, et qu'à force d'entendre la voix du maître, et de recevoir de sa bouche le reproche ou l'encouragement, on s'accoutume d'abord à le servir, et bientôt à ne plus souffrir d'autre autorité que la sienne.

La cause des triumvirs avait été trop bien défendue,

pour qu'il fût possible de différer les récompenses promises aux soldats. Antoine, qui ne savait pas commettre l'injustice de sang-froid, et que ses goûts appelaient ailleurs, n'avait peut-être voulu que se décharger sur son collègue des difficultés d'une mesure révoltante, en lui cédant sans opposition le gouvernement de l'intérieur: peut-être aussi ne comprenait-il point assez tout ce que Rome avait d'important par elle-même, ou se regardait-il comme trop fort de son nom, pour que la différence des lieux méritât son attention. C'était un aveuglement impardonnable, et cette faute a dû lui coûter plus d'un repentir. A la vérité, l'arrivée d'Octave en Italie le plaçait entre une partie de la nation, demandant grâce au moins pour la terre qui la nourrissait, et l'armée, réclamant avec confiance le prix de ses fatigues et de ses privations: mais après tant d'excès, après tant d'impunité, convenait-il d'hésiter ou de craindre, et de voir autre chose que la nécessité du moment? Les citoyens furent sacrifiés, parcequ'on pouvait se passer d'eux; et l'armée se partagea leurs biens envahis, parcequ'on avait encore besoin d'elle; d'ailleurs les réclamations et les plaintes d'une multitude désarmée n'étaient qu'importunes, tandis que des soldats avides d'obtenir, et trompés dans leur attente, pouvaient devenir dangereux. Tout le système d'Octave était là: mettre en sûreté l'intérêt, à quelque prix que ce fût, ou céder à la crainte, si le péril pressait trop. Aussi le voit-on bientôt, d'une main égorger dans Pérouse, au mépris de sa parole, les trois cents derniers républicains échappés à la persécution; de l'autre, appeler à son aide Antoine et Lépide, qu'il aurait mieux aimé ne pas tirer de leur sommeil, pour écraser Pompée, dont le voisinage et les progrès menaçaient de plus en plus l'Italie: tant qu'enfin, promenant ses regards autour

de lui, et ne rencontrant partout sur cette terre silencieuse que les signes du respect et de l'obéissance, sa colère factice s'adoucit; pour la première fois on l'entend parler de regrets et d'indulgence; et le changement des tems prescrivant une politique nouvelle, il proclame de sa voix souveraine le repos de la patrie, et s'empare du premier cri de la reconnaissance publique, qui ne tardera point à vaincre pour lui sur les mers d'Actium. En attendant, les soins de la police et de l'administration paraissent l'occuper tout entier : il embellit la ville, comme une partie de ses domaines; il fonde des bibliothèques, il encourage l'étude et les progrès de l'esprit, parceque les arts, dégénérés et corrompus, sauront couvrir de fleurs le joug de l'oppression; et se délasse avec Mécène au milieu des acclamations d'un peuple, heureux enfin de respirer hors des angoisses de la terreur. Antoine perdait alors des momens précieux à guerroyer contre les Parthes, ou semblait insulter à plaisir à la détresse commune, par les prodigalités effrénées dont il payait les nuits d'Alexandrie. On a peine à concevoir cette contradiction dans le caractère d'un homme que son impétuosité pousse d'abord, à travers tous les obstacles, jusqu'au pied du trône, et qui, n'ayant plus qu'un pas à faire pour y monter, se détourne, et remet à d'autres tems la fatigue du dernier effort : mais Antoine, soutenu par la violence des crises, qui retrempaient sa vigueur, et capable de tout au fort de la tempête, tombait avec le calme, et s'effaçait dans le repos : inhabile ou dédaigneux dès qu'il s'agissait de persévérance, il aurait été roi, si la couronne se ramassait dans le fracas d'une mélée. Ses dernières imprudences, plus scandaleuses, amenèrent bientôt la rupture que souhaitait son rival. Au moment où le retour de l'ordre promettait en Italie de meilleurs jours; au mo-

ment où les paroles artificieuses d'Octave protestaient avec le plus d'affectation de son respect pour les lois et les vieilles maximes de Rome; il donne solennellement à Cléopâtre le titre de son épouse, et proclame rois des rois les enfans qu'il avait eus d'elle. C'était à la fois choquer la nation dans ses mœurs, et démentir les nouveaux principes de convenances sociales qui la tiraient de ses ruines. Il n'en fallait pas tant pour soulever son indignation, amassée dès longtems par l'infatigable et sourde animosité d'Octave, qui saisissait l'occasion d'en appeler à l'arbitrage de Rome sur des contestations de pouvoir sans cesse renaissantes, et de s'en remettre à sa volonté libre du choix d'un maître unique. Antoine fut condamné, et devait l'être : les acclamations de l'empire, qui n'étaient plus celles de la patrie, lui signifièrent sa déchéance et l'avènement de son collègue. On voit qu'il n'y a plus de comparaison à faire entre les deux partis : l'un, en état de révolte contre les derniers restes de l'autorité légitime, et traînant à sa suite l'attirail odieux des rois et des pompes de l'Orient; l'autre, excité par les encouragemens du sénat, par la présence de ses dieux, et marchant appuyé sur une armée toute romaine, que précédaient les vœux et les imprécations de l'Italie ; mais ce qu'il ne faut point omettre, c'est qu'avant de provoquer un éclat, Octave s'était assuré des légions de Lépide, en le dépouillant du triumvirat, et que toujours soigneux de chercher dans les autres ce qu'il ne trouvait pas en lui-même, il était prêt à se servir d'Agrippa contre Antoine, comme il s'était servi d'Antoine contre Brutus. Les deux colosses se heurtèrent, et Rome, conduite pour la première fois à la victoire par un élan de servitude, alla s'inscrire au promontoire d'Actium parmi les peuples dont l'histoire se resserre dans la vie de leurs princes.

La souveraineté d'Auguste ne changea rien aux dispositions favorables d'Octave, parceque l'intérêt le plus pressant du monarque était de faire oublier le triumvir. Il s'éloigna de l'armée, dont le règne finissait, pour se rapprocher du peuple, réparateur des maux dont il n'est pas cause, et voulut obtenir des efforts de l'industrie et du palliatif des arts la seule guérison qu'il eût promise aux blessures de l'état. C'est alors que s'élevèrent de toutes parts ces monumens gigantesques, derniers trophées de la grandeur romaine, et que brillèrent en foule ces écrivains séduisans, payés pour faire entendre à leurs concitoyens qu'ils étaient encore les premiers hommes de la terre, en adorant un pouvoir que les fictions de la poésie confondaient avec celui des dieux. César, après avoir lu les épigrammes sanglantes de Catulle, riait et l'invitait à souper; on ne dit pas que Virgile ait reçu d'Auguste un pareil honneur, pour prix des vers célèbres consacrés à Marcellus: nous apprenons seulement qu'il trouva dans la munificence impériale les témoignages moins familiers et plus réels de la satisfaction du maître. C'est que le mobile des monarchies, ou, si l'on veut, de tous les états décrépits, ce n'est point l'honneur, comme le prétend Montesquieu, mais l'argent, et que d'ailleurs il entrera toujours dans les vues d'un despote, de ne pas convenir que le génie cherche une récompense plus digne de lui. Malheureusement les beaux esprits de ce tems-là semblaient avoir pris à tâche de prouver le contraire : jamais la vertu de l'or n'a mieux secondé le chant des muses.

Au milieu de ce concert de louanges, dont la nation finissait par être dupe, Auguste, sous prétexte d'épurer les lois, en créait de nouvelles, plus conformes à l'ordre de choses qui s'établissait, et ramenait les autres au principe absolu d'une autorité sans partage. Il inventa l'as-

sociation révoltante du prince et des tribunaux, et soumit la juridiction civile à sa juridiction suprême; abus énorme, que la magistrature avilie fut réduite à déplorer en silence, et dont la politique moderne n'a pas entièrement perdu le souvenir : il augmenta le nombre des prêtres, et leur donna de nouveaux priviléges, parceque, dans un gouvernement où les cérémonies religieuses tenaient taut de place, on ne pouvait ni trop favoriser la crédulité du peuple, ni trop payer la complaisance des autels : Suétone remarque très-bien aussi, qu'après avoir toléré quelque tems la franchise de penser et d'écrire, il finit par se lasser d'uue liberté qui dégénérait en licence, et publia son édit contre les libelles : mais Suétone, qui vivait beaucoup plus tard, se contente ici de copier les chroniques impériales, et sans dépasser les bornes de la probabilité, il est au moins permis de croire que la plupart des écrits réprouvés par Auguste, n'étaient que l'expression de la vérité, malsonnante à ses oreilles. Du reste, sa domination illimitée n'eut jamais rien des brusqueries et des violences du despotisme : il s'étudiait au contraire à ne point la laisser paraître, ou du moins à cacher ce qu'elle avait de plus choquant. Ainsi, tandis que la paix et la guerre dépendaient de son caprice; tandis que ses besoins et son choix réglaient d'avance les impôts, et désignait les magistrats; il rétablissait le sénat dans ses innocentes prérogatives; il rendait au peuple des assemblées, que dirigeaient ses ministres; feignant de réclamer un secours de lumières dont il savait fort bien se passer, et d'appeler à la discussion des intérêts publics les deux corps de l'état, qui ne décidaient rien que par sa volonté.

Quoi qu'on ait pu dire, pour attacher à ce nom fameux la mémoire de quelques vertus, son âme froide et sèche

n'a pas plus connu l'amour du bien, que la passion du mal : il a fait l'un, comme il a fait l'autre; toujours en comptant avec lui-même, jamais par cette inspiration subite qui prévient jusqu'à la pensée. Sa modération n'était que le repos de la cruauté, prête à se réveiller, s'il la croyait de nouveau nécessaire; sa clémence tant vantée n'a jamais épargné que des coupables trop obscurs, pour que leur vie ou leur mort ne fût pas également indifférente; et son amitié qui ne respecta rien, pas même la couche de Mécène, délibérait, en élevant Agrippa jusqu'au pied du trône, s'il ne vaudrait pas mieux l'empoisonner, que lui donner la main de Julie. On a parlé de son attachement pour Livie : mais, sans rappeler ici la mort suspecte de Marcellus; sans réveiller ces bruits de complicité que Tacite ne dément pas; n'était-ce point plutôt l'assujettissement d'un cœur épuisé par de longues secousses, que l'inaction livre à toute sa faiblesse, et qui cède enfin, pour goûter le plaisir de n'avoir pas toujours à combattre?

Auguste a vécu soixante-seize ans : une génération nouvelle entourait son trône pacifique : la mort, en parcourant cette immense population, emportait chaque jour quelque souvenir du triumvirat : tous les états se ressentaient des améliorations du tems : le peuple achevait d'oublier que la main dont il recevait tant, était celle qui l'avait dépouillé de tout : on fut heureux sans les bienfaits de la liberté, parcequ'on ne la connaissait plus; et le siècle des lettres porta le nom du prince qui leur a dû tout son éclat, parceque la règle générale des monarchies veut que la nation disparaisse devant son chef.

Une ambition démesurée, des crimes sans passion, des barbaries sans courage, voilà les premiers titres d'Octave à l'exécration des hommes : un règne paisi-

ble, uniforme, et dénué de grands événemens, voilà son histoire comme empereur. Mais ce règne, à peu près insignifiant par lui-même, avait hérité de la plus vigoureuse république qui fut jamais, et de sept siècles accumulés de travaux et de gloire : il réunissait en lui tout ce que Rome avait produit jusqu'alors : conquêtes, alliances, relations commerciales, discipline des armées, réformes intérieures, premiers modèles des lettres, tout concourait à son illustration future, en lui versant à la fois les richesses et les leçons du passé. C'est l'amas fécond de tant de matériaux, prêts à mettre en œuvre, qui nous explique tout le merveilleux d'un édifice bâti comme par enchantement, et dont les moindres débris nous frappent encore de respect. C'est au mérite du succès, c'est à la nature même du pouvoir absolu, c'est au privilége singulier d'une époque d'illusions, qui n'eut pour premiers historiens que des poëtes, qu'il faut rapporter l'exagération du personnage d'Auguste, et les brillantes impostures dont s'enveloppe la vérité. Mais l'homme tout entier se retrouve dans Octave, qu'il importait par cela même de suivre plus attentivement; et cet homme qui, sans démentir ses principes d'égoïsme, avait cicatrisé des plaies profondes, et mérité peut-être l'indulgence de la postérité, gâta volontairement sa cause, en finissant comme il avait commencé : Tibère vint recueillir l'héritage florissant d'Auguste, qu'on avait vu lui-même, sous le nom d'Octave, succéder aux droits de Jules-César.

H. J. Rouxelle.

Paris, 15 février 1826.

EXTRAIT DU DISCOURS PRÉLIMINAIRE, PLACÉ EN TÊTE DE LA TRADUCTION DE TACITE, PAR *M. Dureau de Lamalle.* [1]

Tant qu'il (Auguste) avait eu Antoine et Lépide pour complices de son usurpation, il en avait moins senti les incenvéniens et les dangers. Une partie des vexations et des injustices pouvait se rejeter sur eux; la haine publique se partageant entre les trois oppresseurs, les effets en étaient moins sensibles pour Octave, et ses jonrs plus en sûreté, parceque sa mort, fesant passer sa puissance à ses collègues, n'eût fait qu'appesantir le joug des Romains, eu réunissant sur deux le pouvoir de trois.

Ce n'était plus la même chose, depuis qu'il était resté le seul maître. Toute la charge et tous les périls retombaient sur lui seul. Salvidiénus et Lépide (fils du triumvir) avaient conspiré contre lui : d'antres pouvaient conspirer encore, et être plus heureux. Les vingt-trois conps de poignard par lesquels Jules-César avait expié les ontrages faits à un peuple libre, se représentaient sans cesse à son esprit, et troublèrent plus d'une fois son sommeil. Ce fut alors qu'Octave dut bien sentir toute la vanité de la puissance; et ce fut alors anssi qu'il songea à donner à son antorité une base plus sûre, en l'appuyant sur les lois et sur le consentement de sa nation, en rétablissant la puissance et la dignité du sénat, afin de pouvoir opposer un corps intermédiaire aux demandes des soldats, et aux mécontentemens du peuple. Il eut le courage de casser tous les actes de son triumvirat, flétrissant ainsi lui-même une moitié de son administration, afin d'affermir et de légitimer l'autre. Il remit ou parut vouloir remettre au sénat cette puissance qui lui avait coûté tant de soins, tant de combats, et surtout tant de crimes. Il la reprit du consentement et sur les instances du sénat, et il la reprit sous un titre républicain, sous celui de prince. Ce moment fut l'époque de la nouvelle constitution que les Romains appelèrent *le principat.* Le sénat eut tonte l'administration civile, tous les jngemens importans,[2]

[1] On sera bieu aise de trouver ici la partie la plus instructiva des éclaircissemens donués par M. Dureau de Lamalle sur le *principat* d'Anguste. Ce morceau *classique*, l'une des meilleures choses dont nons soyons redevables au savant traducteur de Tacite, nous appartenait de droit, et complète naturellement la notiee qui précède. Nons regrettons seulement de ne pouvoir le rapporter en entier, et de ne pas suivre la progression des idées, qui s'enchaineut et se développent si bien sons la plume de l'auteur. R.

[2] Juste-Lipse, dans une de ses notes sur le chapitre 28 du livre XIV des An-

et la moitié des provinces de l'empire. Toutes les lois de la république, oubliées ou insultées depuis Jules-César, reprirent ou durent reprendre leur cours. Toutes les anciennes magistratures furent conservées, avec les mêmes fonctions et les mêmes décorations. De son côté, le prince eut les armées, et les provinces où étaient les armées; il fut revêtu de la puissance tribunicienne; le grand pontificat fut attaché à sa place; il obtint le pouvoir consulaire dans Rome, le pouvoir proconsulaire dans les provinces.

Ce fut de la réunion de tous ces titres et de tous ces pouvoirs, que se constitua le pouvoir impérial. Pour bien l'apprécier, il importe d'examiner ce que chacun de ces titres donnait de puissance séparément: par là on jugera de ce que devait produire leur réunion.

Le prince, comme revêtu de la puissance tribunicienne, n'était, sous un autre nom, qu'un simple tribun du peuple. Il est même remarquable que, quoique Auguste eût reçu cette puissance à perpétuité, lui et tous ses successeurs prenaient de nouveau, chaque année, possession de leur puissance tribunicienne, comme on fesait d'un simple tribunat. Ce n'était qu'une forme; mais cette forme rappelait et conservait l'esprit de la constitution.

Deux prérogatives rendaient cette magistrature précieuse à Auguste: d'abord ce droit d'opposition, qui fesait qu'un tribun du peuple, avec ce seul mot *Veto*, sans être tenu de motiver sa résistance, rendait nulles les ordonnances des consuls et des préteurs, suspendait les délibérations du peuple et du sénat, empêchait la promulgation des lois. L'autre prérogative, c'était le respect qu'il croyait qu'elle imprimerait pour sa personne. Celle d'un tribun était inviolable: rien de plus terrible que les peines et les malédictions prononcées par la loi Sacrée contre quiconque eût osé, non seulement attenter à ses jours, mais même lever la main sur lui. C'est de ce privilège que quelques empereurs firent par la suite un si terrible abus, lorsqu'ils introduisirent les accusations de lèse-majesté. Du reste, les tribuns n'avaient aucun commandement dans Rome: il est vrai que personne, pas même les consuls, ne pouvait leur commander. Toute leur fonction se réduisait à protéger les

nales, remarque très-bien aussi qu'au moyen du droit d'appel, tous les jugemens importans du sénat étaient soumis à la ratification du prince. Si les raisons de Juste-Lipse ne paraissent pas suffisantes pour démontrer que ce vice énorme datait du gouvernement d'Auguste, il est du moins prouvé que le mal existait sous Tibère; et ce n'est certainement pas aller trop loin, que de faire honneur à la politique de l'un d'une invention si bien comprise par la politique de l'autre. Auguste, sur les secrets du pouvoir, n'en savait pas moins que son successeur.

M. Dureau de Lamalle convient lui-même ailleurs que *ce fut là un des inconvéniens de la constitution.* R.

particuliers opprimés. La seule différence qui fut introduite, c'est que les tribuns n'avaient le droit de protection que dans l'enceinte de Rome, et qu'il fut étendu pour le prince à mille pas en dehors.

En qualité de grand pontife, le prince n'avait d'inspection que sur la religion, et il ne l'avait que conjointement avec tous les colléges des prêtres. Cette dignité, indépendamment de l'éclat que la religion répand sur ses ministres, avait, comme les autres sacerdoces, l'avantage d'être perpétuelle et inamovible. Aussi Auguste, qui de tout tems avait songé à en faire une des décorations du principat, se donna bien garde de rendre douteuse une prérogative aussi importante, en ôtant le grand pontificat au triumvir Lépide, à qui il avait ôté tout le reste. Ce trait de la conduite d'Auguste est un de ceux peut-être qui décèlent le plus son caractère, cette politique froide à laquelle il soumettait toutes ses haines et toutes ses affections. Auguste avait contre ce Lépide des ressentimens implacables: toute sa vie, il se plut à l'accabler des plus humiliantes mortifications; et il lui laisse une dignité éminente, une dignité qu'il convoitait au fond de son cœur, et il la lui laisse toute la vie de Lépide, qui fut longue, parcequ'il importait à l'ambition d'Auguste que cette dignité lui parvînt dans tout l'éclat et dans toute l'intégrité de ses priviléges. Un jour Labéon avait nommé ce Lépide parmi les autres sénateurs. Auguste s'échappa à marquer son mécontentement: *Comment*, dit Labéon, *ne reconnaîtrais-je pas pour sénateur un homme qui est resté grand pontife?* Auguste n'eut plus qu'à dissimuler et contre Lépide, et contre Labéon.

Les princes, avec leur pouvoir proconsulaire, étaient ce que furent les proconsuls de la république. Ceux-ci seulement perdaient ce titre en entrant dans Rome, au lieu que les princes l'y conservaient; et si, lorsqu'ils allaient dans les provinces, leur autorité était supérieure à celle des autres proconsuls qui s'y trouvaient en même tems, ce ne fut point une distinction exclusive du principat: cette même distinction avait été accordée à Pompée sous la république, et depuis les empereurs elle fut décernée à des particuliers, à Germanicus sous Tibère, à Corbulon sous Néron.

Le pouvoir le plus important pour les princes était celui qu'ils tiraient de leur titre de *général* ou *empereur*. Ce pouvoir était déjà très-grand sous la république même. Toutes les lois, qui partout ailleurs, dans Rome, dans l'Italie et dans les provinces, rendaient, pour ainsi dire, sacrée la personne d'un citoyen romain, se taisaient dans le camp, où le général exerçait une autorité presque despotique. Il pouvait emprisonner, dégrader, châtier, punir de mort. Toutes les formes légales étaient suspendues: il jugeait sans appel, et l'exécution suivait de très-près le

jugement. Mais ce pouvoir énorme, nécessaire après tout pour le maintien de la discipline et pour la promptitude de l'obéissance, ne s'étendait que sur les soldats, ne s'exerçait qu'à l'armée. Il venait expirer aux portes de Rome, où le général perdait, en entrant, son droit de commander, et même jusqu'à son titre de commandant. Le généralat impérial, donnant le même pouvoir, avait les mêmes bornes. D'après la constitution, les empereurs du principat n'avaient pas plus d'autorité sur le dernier des citoyens, que les empereurs de la république, car c'était le même nom. La seule prérogative du principat fut que les premiers conservaient dans Rome leur titre d'empereur, leur autorité sur les armées; au lieu que les autres, comme je l'ai dit, l'y perdaient.

Leur puissance consulaire était la seule chose qui donnât aux princes une autorité légale dans Rome, et c'est celle dont il importe le plus de fixer l'étendue et les limites.

Tous les magistrats, à l'exception des tribuns, étaient aux ordres des consuls. Les consuls avaient le pouvoir de rendre nulles les élections, en refusant de prononcer le résultat des suffrages; d'exclure du nombre des candidats ceux qu'ils croyaient indignes; ils pouvaient emprisonner tout citoyen qui n'était pas, dans le moment, revêtu de quelque magistrature, convoquer extraordinairement le sénat; ils le présidaient, ils proposaient les affaires, ils recueillaient les voix, ils congédiaient l'assemblée. Tels étaient les droits que la constitution donnait aux consuls.

Je ne parle point de ce pouvoir extraordinaire qui, dans des momens de crise, leur fut attribué quelquefois, en vertu de ce décret du sénat si connu, par lequel on autorisait les magistrats à pourvoir *à ce que la république ne souffrît aucun dommage*. Les consuls avaient alors une souveraineté momentanée, qui durait autant que le péril. Ils pouvaient prendre les mesures les plus violentes, lever des troupes, infliger des châtimens, réprimer à leur gré les séditieux. Ce pouvoir n'était point attaché au consulat. Il n'était l'effet que d'un décret particulier, émané du sénat même; et je ne pense point, quoi qu'en dise La Bletterie, que ce pouvoir eût été conféré à Auguste, parcequ'il n'avait lieu que dans des cas très-rares et très-urgens, qu'il eût été insensé, qu'il était impossible d'assigner avant les circonstances qui les déterminaient.

Quoique Auguste eût reçu la puissance consulaire à perpétuité, il accepta plusieurs fois, depuis, le consulat annuel, et son exemple fut une loi pour ses successeurs. C'était un trait de popularité, de paraître briguer un titre qu'ils partageaient avec des citoyens; c'était honorer le consulat et leurs collègues.

D'ailleurs Auguste, toujours fidèle à son système de modération ap-

parente; satisfait d'avoir, pour ainsi dire en secret, la réalité de ce pouvoir consulaire, en avait refusé toutes les décorations extérieures qui pouvaient l'annoncer aux yeux, et le rappeler aux esprits. Il ne prit jamais le titre de consul perpétuel; il ne prit point les douze faisceaux. Il usa seulement du droit qu'avaient les consuls de commander aux questeurs, et d'inspecter les finances. Du reste, il n'accepta, pour toute distinction dans le sénat, qu'une simple chaire curule entre les deux consuls.

Voilà pourquoi ils n'étaient pas fâchés d'y joindre de tems en tems le consulat annuel, qui avait conservé toutes ces distinctions frappantes qui imposent à la multitude. Domitien, entre autres, qui avait toutes les petitesses de l'envie et de la vanité, porta à l'excès cette ambition. Son principat ne fut qu'un long et perpétuel consulat.

Les consuls n'opinaient point. On avait redouté l'influence qu'une magistrature suprême, quoique passagère, pouvait avoir sur les opinions. Les princes, quand ils étaient consuls, n'opinaient pas non plus. Les consuls n'exerçaient point une autorité arbitraire; ils étaient soumis aux lois, et ils juraient de les observer. Ces mêmes règles, ces mêmes formalités, contenaient et limitaient le pouvoir consulaire des princes. Trajan, toutes les fois que dans son principat il fut nommé consul, prêta le serment que prêtaient les magistrats de la république. Il se tenait debout devant l'ancien consul, qui restait assis; il répétait mot à mot le serment qu'on lui dictait, et par lequel il se dévouait, lui et sa famille, à la colère des dieux, s'il manquait d'observer les lois. Au sortir du consulat, il jurait qu'il avait rempli son serment. Auguste, dans son sixième consulat, époque de l'établissement de la nouvelle constitution, avait rempli les mêmes formes, s'était lié par un serment pareil.

Quand le prince n'était pas consul, il ne présidait pas. Ce n'était qu'un sénateur, qui opinait à son rang, comme les autres, et dont on pouvait fort bien ou combattre, ou ne pas suivre l'opinion; car son titre de prince ne lui donnait pas la moindre autorité, ni civile, ni militaire.

Du tems de la république, ce titre était affecté au citoyen que les censeurs, en fesant le dénombrement, inscrivaient le premier sur la liste du sénat; et Auguste l'avait reçu de la même manière. C'était Agrippa, censeur conjointement avec lui, qui l'avait nommé prince.

Le principat n'était point une magistrature: c'était une sorte de décanat, qui se conférait au mérite le plus éminent.

La seule prérogative dont les princes du sénat eussent joui pendant quelque tems, ce fut celle d'opiner le premier, et ils l'avaient perdue

depuis Pompée. Cette prérogative avait passé aux consuls désignés, qui la conservèrent sous les empereurs.

Le prince du sénat n'avait pas même de décorations extérieures; et tandis que l'empereur ou le général s'annonçait, hors de Rome, par la pourpre et l'écarlate; que dans Rome le consul s'annonçait par la prétexte, les licteurs, et les faisceaux; le prince du sénat n'avait rien qui le distinguât des autres citoyens. Et ce fut la grande raison pour laquelle Auguste choisit de préférence ce titre, pour désigner les chefs de la nouvelle constitution qu'il établissait. Il entrait dans la politique de cet ambitieux hypocrite, de ne s'offrir à l'imagination d'un peuple jaloux du nom de liberté, qu'avec un titre modeste, qui ne réveillait aucune idée d'autorité, de commandement, de puissance; qui s'attirait le respect, sans inspirer la crainte; et sous lequel il cachait, pour ainsi dire, tous les autres pouvoirs qu'il avait réunis sur sa tête.

Mais, encore une fois, tous ces pouvoirs étaient circonscrits. Comme tribun, il n'avait que son droit d'opposition; comme proconsul, il n'avait d'autorité que dans les provinces; comme empereur, que dans les camps; consul, il était subordonné à toutes les lois qui liaient les consuls; et enfin, comme prince, il n'était pas même magistrat.

Le mal fut qu'Octave n'obtint que successivement tous ces pouvoirs; que sa puissance légale fut trop bornée d'abord; qu'elle ne fut pas, dans les commencemens, ce qu'elle devint par la suite.

....

Octave, le jour de sa feinte abdication, n'avait que le commandement des armées, et la puissance tribunicienne. Il n'obtint le pouvoir proconsulaire que quatre ans après, et le pouvoir consulaire qu'au bout de dix ans. Une année, on lui accordait le droit de convoquer extraordinairement le sénat; une autre, le droit de proposer une affaire dans chaque assemblée. Tantôt on l'exemptait d'une loi, tantôt d'une autre, et toujours par autant de concessions partielles. Cela mit de l'instabilité dans la constitution; cela fit qu'il n'y eut jamais de point fixe et arrêté. Comme le sénat ne pouvait savoir si le dernier privilège que son chef avait accepté, était le dernier qu'il voulait recevoir, il allait toujours renchérissant sur ses premiers décrets. Auguste n'avait reçu le droit de proposer qu'une seule affaire dans chaque assemblée : Marc-Aurèle eut le droit d'en proposer cinq; Pertinax, quatre; Probus, trois. Auguste et Tibère avaient obtenu pour leurs fils et petits-fils, la dispense de posséder les dignités cinq ans, dix ans plus tôt que la loi annaire ne le permettait: Marc-Aurèle obtint la puissance tribunicienne pour Commode, à quinze ans; Jovien alla jusqu'à faire son fils consul au berceau.

La plupart de ces titres et de ces honneurs n'ayant été accordés que

successivement à Auguste, et même à ses successeurs, ce n'étaient plus alors des droits inhérens à la souveraineté, c'étaient des récompenses décernées à des citoyens : et rien ne prouve mieux, contre l'opinion vulgaire, que les empereurs n'étaient pas des souverains, n'étaient pas des monarques;[1] car quel est le sujet qui s'arrogerait le droit de récompenser son maître? Mais cela même, en prouvant la puissance et la liberté constitutionnelle du sénat, contribua à sa dégradation et à son avilissement.


Ces titres et ces distinctions étant une récompense, ne pas les déférer aux mauvais princes, c'eût été accuser leur administration; et comme il importait de ne point irriter leurs soupçons et leur jalousie, plus ils méritaient de censure, plus le sénat leur prodiguait de louanges; plus ils devaient abuser de leur pouvoir, plus il fallait l'augmenter.

[1] M. Dureau de Lamalle a raison; mais l'opinion vulgaire n'a pas tort : il ne s'agit que de s'entendre sur les mots. Si l'on veut absolument qu'un empereur se montre avec la couronne sur la tête, et le sceptre à la main, Auguste ne fut pas empereur, car les Césars ne ceignirent le diadème que vers le tems d'Aurélien : si ce titre suppose l'exercice de la puissance souveraine, sous quelque forme, et de quelque manière qu'on l'exerce, Auguste, comme tous ceux qui vinrent après lui, régna en souverain, en empereur tout-puissant. Il n'y a pas d'érudition qui détruise cette vérité-là. B.

TIBERIUS.



TIBERIUS.



Laguiche Del. P. Audouin Sculp.

BIBLIOTHÈQUE CLASSIQUE LATINE, par N. E. LEMAIRE

C. SUETONII TRANQUILLI

TIBERIUS NERO.

[illegible] gens Claudia (fuit enim [illegible] nec potentia minor nec dignitate) [illegible] Regillis oppido [illegible]. Inde Romam recens [illegible] magna [illegible] commigravit, [illegible] Tatio [illegible] vel, quod magis constat [illegible] Claudio [illegible] post reges exactos [illegible] patricias cooptata. Agrum [illegible]

1. [illegible] Vide de Claudiis [illegible] — Ex Regillis [illegible] quam [illegible] Cf. [illegible] An. II, [illegible] Claudius [illegible]

2. [illegible] accepit [illegible] autem Liv. II, 16: « Seditio inter belli pacisque auctores orta in Sabinis, aliquantum inde virium transtulit ad Romanos: [illegible] cui postea Appi [illegible] magna clientium comitatus manu, Romam transfugit. His civitas data, agerque trans Anienem: [illegible] Claudia tribus [illegible] qui ex eo venerant agro, appellata. » Idem, IV, 4, in [illegible] « nobilitatem [illegible] plerique oriundi ex Albanis et Sabinis, non genere [illegible] sed per cooptationem in Patres habetis, aut ab regibus lecti, aut post reges exactos [illegible] » Cf. Dionys. V, 40, qui de tempore cum Nostro consentit, ad annum 250 U. C. æræ Cat. (exactos reges dicit ann. 244, adeoque *sexto fere anno post*) Clau-



TIBERIUS



Laguiche Del. *P. Audouin Sculp.*

BIBLIOTHÈQUE CLASSIQUE LATINE, par N.E. LEMAIRE.

C. SUETONII TRANQUILLI

TIBERIUS NERO.

Cap. I. Patricia gens [1] Claudia (fuit enim et alia plebeia, nec potentia minor, nec dignitate) orta est ex Regillis, oppido Sabinorum. Inde Romam recens conditam cum magna clientium manu commigravit, auctore Tito Tatio, consorte Romuli, vel, quod magis constat, Atta Claudio, gentis principe, post reges exactos sexto fere anno, a Patribus in patricias [2] cooptata. Agrum insuper trans

I. 1. *Gens Claudia.* Vide de Claudiis Glandorp. Onomast. pag. 222 seq. Plebeii fuere Claudii Marcelli. — *Ex Regillis.* Sedes hujus urbis, quam reliqui scriptores *Regillum* dicunt, incerta. Cf. Cellar. Geogr. Ant. II, 9, p. 776. Cognomen inde accepit Claudius *Regillensis* vel *Regillani.*

2. *Cooptata:* pertinet ad *gentem*, ut *accepit* et *adepta est*. Maluerunt enim alii *in patricios cooptato.* Cooptata est illa auctore T. Tatio, vel, quod magis constat, Atta Claudio vel *Clauso*, ne hæc jungas cum *commigravit*, præferasque ideo aliorum lectionem: « *atque* a Patribus in patricias cooptata, agrum..... accepit. » Consentiunt autem Liv. II, 16: « Seditio inter belli pacisque auctores orta in Sabinis, aliquantum inde virium transtulit ad Romanos: namque Atta Clausus, cui postea Appio Claudio fuit Romæ nomen, quum pacis ipse auctor a turbatoribus belli premeretur, nec par factioni esset, ab Regillo, magna clientium comitatus manu, Romam transfugit. His civitas data, agerque trans Anienem: vetus Claudia tribus, additis postea novis tribulibus, qui ex eo venerant agro, appellata. » Idem, IV, 4, in oratione Canuleii: « nobilitatem istam vestram..... plerique oriundi ex Albanis et Sabinis, non genere nec sanguine, sed *per cooptationem in Patres* habetis, aut ab regibus lecti, aut *post reges exactos jussu populi.* » Cf. Dionys. V, 40, qui de tempore cum Nostro consentit, ad annum 250 U. C. æræ Cat. (exactos reges dicit ann. 244, adeoque *sexto fere anno post*) Clau-

Anienem clientibus, locumque sibi ad sepulturam sub Capitolio[3] publice accepit. Deinceps, procedente tempore, duodetriginta consulatus, dictaturas quinque, censuras septem, triumphos septem, duas ovationes, adepta est. Quum prænominibus cognominibusque variis distingueretur, Lucii prænomen consensu repudiavit, postquam e duobus gentilibus, præditis eo, alter latrocinii, cædis alter convictus est. Inter cognomina autem et Neronis assumsit, quo[4] significatur lingua Sabina fortis ac strenuus.

II. Multa multorum Claudiorum egregia merita, multa etiam secus admissa in Rempublicam exstant. Sed ut præcipua commemorem, Appius[1] Cæcus societatem cum rege Pyrrho, ut parum salubrem, iniri dissuasit. Claudius[2] Caudex primus, freto classe trajecto, Pœnos Sicilia

dii seu Clausi adventum referens; Tacit. Annal. XI, 24.

3. *Sub Capitolio*. Singularis erat honos sepultura intra Urbem, præter Virgines Vestales tributus viris clarissimis, de qua re copiose agit Kirchmann. de Funer. Rom. II, 26. — Pro *locumque*, In Codd. aliis *lucumque*.

4. *Quo significatur.... strenuus*. Gell. XIII, 22: « id autem sive *Nerio* sive *Nerienes* est, Sabinum verbum est, eoque significatur virtus et fortitudo. Itaque ex Claudiis, quos a Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia atque præstanti fortitudine, Nero appellatus est. Sed id Sabini accepisse a Græcis videntur, qui vincula et firmamenta membrorum νεῦρα dicunt, unde nos quoque Latine *nervos* appellamus. *Nerio* igitur Martis vis et potentia et majestas quædam esse Martis demonstratur. »

II. 1. *Appius Cæcus*, etc. Liv. Epit. XIII: « Cineas legatus a Pyrrho ad Senatum missus petiit, ut componendæ pacis causa rex in Urbem reciperetur, de qua re quum ad frequentiorem Senatum referri placuisset, App. Claudius, qui propter valetudinem oculorum jam diu consiliis publicis se abstinuerat, venit in Curiam, et sententia sua tenuit, ut id Pyrrho negaretur. » Cf. Plutarch. Pyrrh. 18 et 19.

2. *Claudius Caudex*, etc. A. U. 490. Vell. II, 38, « Primus in Siciliam trajecit exercitum Consul Claudius. » Vide Flor. II, 2, 5; Polyb. I, 11. Cognomen interpretatur Senec. de Brev. Vit. 13: « Quis Romanis primus persuasit navem conscendere? Claudius is fuit, *Caudex* ob hoc ipsum appellatus, quia plurium tabularum contextus *caudex* apud antiquos vocabatur; unde publicæ tabulæ *codices* dicuntur, et naves nunc quoque, quæ ex antiqua consuetudine per Tiberim com-

expulit. Claudius[3] Nero advenientem ex Hispania cum ingentibus copiis Hasdrubalem, priusquam Hannibali fratri conjungeretur, oppressit. Contra Claudius[4] Appius Regillanus, Decemvir legibus scribendis, virginem ingenuam per vim, libidinis gratia, in servitutem asserere conatus, causa plebi fuit secedendi rursus a Patribus. Claudius[5] Drusus, statua sibi cum diademate ad Appii Forum posita, Italiam per clientelas occupare tentavit. Claudius [6]Pulcher apud Siciliam, non pascentibus in auspicando pullis, ac per contemtum religionis mari demersis, quasi ut biberent, quando esse nollent, prælium navale iniit: superatusque, quum Dictatorem dicere a Senatu juberetur, velut iterum illudens discrimini publico, Gliciam viatorem suum dixit. Exstant et feminarum exempla, diversa æque: siquidem gentis ejusdem utraque Claudia fuit, et[7] quæ navem cum sacris matris Deum Idææ obhærentem Tiberino vado extraxit, precata pro-

meatus subvehunt, *caudicariæ* vocantur. »

3. *Claudius Nero*, etc. Liv. XXVII fin. Polyb. fragm. lib. XI init. A. U. 547. Meminit Horat. Carm. IV, 4, 37:

> Quid debeas, o Roma, Neronibus,
> Testis Metaurum flumen, et Asdrubal
> Devictus.

4. *Claudius Appius Regillanus, Decemvir*, etc. Liv. III, 44 seq. Dionys. XI, 28 seq. A. U. 307. Instituerat M. Claudium clientem, qui Virginiam in servitutem assertam libidini suæ traderet, unde ipse dicitur *asserere conatus*. Nomen *Virginiam* ante *virginem ingenuam* excidisse, Muller. judicat in schedis.

5. *Claudius Drusus*, etc. Hominem et rem cum reliquis interpretibus ignoro. Insertum jam fuisse in Liviorum gentem per adoptionem, docet cognomen Drusi.

6. *Claudius Pulcher*, etc. Liv. Epit. XIX: « Claudius Pulcher Consul contra auspicia profectus, jussis immergi pullis, qui cibari nolebant, infeliciter adversus Carthaginienses classe pugnavit, et revocatus a Senatu, jussusque Dictatorem dicere, Claudium Gliciam dixit, sortis ultimæ hominem, qui coactus abdicare se magistratu, postea ludos prætextatus spectavit; » ex quo loco *Gliciam* restituendum nostro loco, ubi corrupte legebatur *Iliciam* vel *Ilyciam*, dudum viri docti monuerunt. De re vide Flor. II, 2, 29; Cic. de Nat. Deor. II, 3; Valer. Max. I, 4, 3; coll. Pighii Ann. tom. II, pag. 50.

7. *Et quæ navem... extraxit*. Liv.

palam, « ut ita demum se sequeretur, si sibi pudicitia constaret; » et quæ novo[8] more judicium majestatis apud populum mulier subiit, quod in conferta multitudine ægre procedente carpento palam optaverat, « ut frater suus Pulcher revivisceret, atque iterum classem amitteret, quo minor turba Romæ foret. » Præterea notissimum est, Claudios omnes, excepto duntaxat P. Clodio, qui, ob expellendum Urbe Ciceronem, plebeio[9] homini, atque etiam natu minori, in adoptionem se dedit, optimates assertoresque unicos dignitatis ac potentiæ patriciorum semper fuisse, atque[10] adversus plebem adeo violentos et contumaces, ut ne capitis quidem quisquam reus apud populum mutare vestem, aut deprecari sustinuerit; nonnulli in altercatione et jurgio Tribunos plebis

XXIX, 14, *Claudiam Quintam* dicit. Ita etiam Cic. de Harusp. Resp. 13, et Ovid. Fast. IV, 305. De matre Deum *Idæa* (non *Idea*, ut est in Burmanno aliisque), id est, Cybele, cf. Virgil. Æneid. III, 111, et X, 252, ubi æque, « Alma *parens Idæa Deum.* » — *Precata propalam*, etc. Puellæ verba exornat Ovidius, d. l. vs. 319:

Supplicis, alma, tuæ, genitrix fecunda Deorum,
Accipe sub certa conditione preces:
Casta negor: si tu damnas, meruisse fatebor;
Morte luam pœnas judice victa Dea.
Sed si crimen abest, tu nostræ pignora vitæ
Re dabis, et castas casta sequere manus.

8. *Novo more;* quod femina tale crimen subiit, quod in sexum vulgo non cadit, unde Valer. Max. VIII, 1, 4, damn. « insontem crimine votum impium subvertit. » Rem narrant inter ceteros Liv. Epit. XIX, « Claudia, soror P. Claudii, qui contemtis auspiciis male pugnaverat, a ludis revertens, quum turba premeretur, dixit: *Utinam frater meus viveret, iterumque classem duceret!* Ob eam causam mulcta ei dicta est; » et Gell. X, 6, qui Appii Cæci filiam dicit, mulctamque dictam a C. Fundanio et Tiber. Sempronio Ædilibus Pl. æris gravis viginti quinque millia.

9. *Plebeio homini*, etc. P. Fonteio. Cic. pro Domo, c. 14, « factus es ejus filius contra fas, cujus per ætatem pater esse potuisti. » — *In adoptionem;* sensu latiore, pro *arrogatione*. Cf. ad Aug. 65.

10. *Atque adversus plebem*, etc. *Familia superbissima ac crudelissima in plebem Romanam* dicitur Liv. II, 56. De contumacia autem Appii rel, eumdem Livium vide, cap. 61, ubi inter alia: « illum non minæ plebis, non Senatus preces perpellere unquam potuere, *non modo ut vestem mutaret, aut supplex prensaret* homines; sed ne ut ex consueta quidem asperitate ora-

pulsaverint. Etiam[11] virgo Vestalis fratrem, injussu populi triumphantem, ascenso simul curru, usque in Capitolium prosecuta est, ne vetare, aut intercedere fas cuiquam Tribunorum esset.

III. Ex hac stirpe Tiberius Cæsar genus trahit, et quidem utrumque: paternum, a Tiberio Nerone; maternum, ab Appio Pulchro; qui ambo Appii Cæci filii fuerunt. Insertus est et Liviorum familiæ, adoptato in eam materno[1] avo. Quæ familia, quamquam plebeia, tamen et ipsa admodum floruit, octo consulatibus, censuris duabus, triumphis tribus, dictatura etiam ac magisterio equitum honorata; clara et insignibus viris, ac maxime Salinatore, Drusisque. Salinator[2] universas tribus in cen-

tionis, quum ad populum agenda causa esset, aliquid leniret atque summitteret. » *Mutare vestem*, sordidam induere, uti reis et deprecantibus solitum.

11. *Etiam virgo Vestalis*, etc. Valer. Maxim. V, 4, 6: « Claudia Vestalis virgo quum *patrem* suum triumphantem e curru violenta Tribuni pl. manu detrahi animadvertisset, mira celeritate utrisque se interponendo, amplissimam potestatem inimicitiis accensam deposuit. » *Patrem* dicit etiam Cic. pro Cœl. c. 14, ut vel librarii, vel scriptoris nostri error, vel diversa, quam secutus hic est, sententia *fratrem* hoc loco produxisse videatur. Librario culpam imputat Pighius, Ann. tom. II, p. 473, ad ann. 610.

III. 1. *Materno avo*; cui nomen fuit L. Livio Druso Claudiano ex adoptione. Memoratur Vell. II, 71, « Drusus Livius, Juliæ Augustæ pater; » et cap. 75, « Livia, nobilissimi et fortissimi viri, Drusi Claudiani filia. » Atque de patris Liviæ in Liviam gentem, et filiorum in Juliam adoptione, intelligendus etiam Tacit. Annal. V, 1, ubi Julia Augusta, id est, Livia dicitur « nobilitatis per Claudiam familiam, et adoptione Liviorum Juliorumque, clarissimæ; » et VI, 51, ubi, « pater Tiberio Nero, et utrimque origo gentis Claudiæ, quamquam mater in Liviam et mox Juliam familiam adoptionibus transierit. » Vide Lips. ad Tacit. V, 1, et Oudendorp. ad hunc locum.

2. *Salinator*, etc. qui Consul fuit ann. 534 et 546: Dictator ann. 547; et Censor ann. 549. Vid. Liv. passim libris XXVII, XXVIII et XXIX. De censura agit XXIX, 37, ubi Salinatori Livio inditum cognomen dicitur ob inventum novum vectigal *ex salaria annona*, populo gravissimum. Postea: « M. Livius... præter Mæciam tribum, quæ se nec condemnasset, neque condemnatum aut Consulem aut Censorem fecisset, populum Romanum omnem, quatuor et triginta tribus,

sura notavit levitatis nomine, quod, quum se post priorem consulatum multa irrogata condemnassent, Consulem iterum Censoremque fecissent. Drusus, hostium duce Drauso cominus trucidato, sibi posterisque suis cognomen invenit. Traditur etiam [3]Proprætore ex provincia Gallia retulisse aurum, Senonibus olim in obsidione Capitolii datum, nec, ut fama est, extortum a Camillo. Ejus[4] abnepos, ob eximiam adversus Gracchos operam patronus Senatus dictus, filium reliquit, quem in simili dissensione multa varie molientem diversa factio per fraudem interemit.

IV. Pater Tiberii, Quæstor C. Cæsaris, Alexandrino bello classi[1] præpositus, plurimum ad victoriam contulit. Quare et Pontifex in[2] locum P. Scipionis substitutus, et ad deducendas in Galliam colonias, in quis Narbo et Arelate erant, missus est. Tamen Cæsare occiso, cunctis

ærarios reliquit, quod et innocentem se condemnassent, et condemnatum Consulem et Censorem fecissent, neque infitiari possent, aut judicio semel, aut comitiis bis ab se peccatum esse.» Conf. Glandorp. Onomast. pag. 542.

3. *Proprætore;* quum esset Proprætor, ablativi forma Suetonio familiari. — *Nec, ut fama est, extortum a Camillo.* Romanos, dummodo sibi laudes amplificarent, veritatis fidem in multis corrupisse notum est. Temporum nostrorum historia si quando partium studiis expurgata æqua lance res penderet, monebit et illa, quoties sciderit, ut quos ipsos Galli terque quaterque devicerant, iidem se pudore nullo victores celebrarent.

4. *Ejus abnepos;* qui Consul fuit ann. 641, et Proconsul Macedoniæ Scodriscos Thraciæ populum devicit. Flor. III, 4, 5. Cf. de eo Ernest. Clav. Cicer., ad Brut. 28, et Offic. I, 30. — *Filium reliquit*, etc. Nobilis hic est M. Liv. Drusus, avunculus M. Catonis, acerrimus inimicus Q. Cæpionis, civitatis Italiæ dandæ auctor, interfectus tandem a Q. Vario. Conf. Vell. II, 13 seq. et quos alios laudat Rupert. Tabul. Geneal. pag. 121, et vide Clav. Cic.

IV. 1. *Classi præpositus.* Auctor Bell. Alex. 25: «Cæsar classem jubet expediri atque instrui. Præficit huic Tiberium Neronem.» Conf. Dio, XLII, 40. Petiit matrimonium Tulliæ Ciceronis filiæ hic Nero, sed occupavit eam Dolabella, Cicerone illi magis favente. Vide Manut. ad Cic. ad Div. XIII, 64, et ad Attic. VI, 6.

2. *In locum P. Scipionis;* soceri Pompeii, qui in bello Africano victus sua manu perierat.

turbarum metu abolitionem[3] facti decernentibus, etiam de præmiis tyrannicidarum referendum censuit. Prætura deinde functus, quum exitu anni discordia inter Triumviros exorta esset; retentis ultra justum tempus [4]insignibus, L. Antonium Consulem, Triumviri fratrem, ad Perusiam secutus, deditione a ceteris facta, solus permansit in partibus, ac primo Præneste, inde Neapolin evasit; servisque ad [5]pileum frustra vocatis, in Siciliam profugit. Sed indigne ferens, nec statim se in conspectum Sex. Pompeii admissum, et fascium usu prohibitum, ad M. Antonium trajecit in Achaiam. Cum quo, brevi reconciliata inter omnes pace, Romam rediit, uxoremque Liviam Drusillam, et tunc gravidam, et ante jam apud se filium enixam, petenti[6] Augusto concessit. Nec multo post diem obiit, utroque liberorum superstite, Tiberio Drusoque Neronibus.

V. Tiberium quidam Fundis natum existimaverunt,

3. *Abolitionem facti;* id est, *ἀμνηστίαν*, quam Cicero suaserat. Torrent. *facti* adulterinum suspicatur; Lips. emendat *oblivionem*, ut est Claud. 11, et apud Cornel. Nep. Thrasyb. 3. Sane quidem factum ita aboleri nequit, ut infectum reddatur; sed *abolere* sæpissime est tantum *memoriam alicujus rei abolere*, ut ipsa phrasis *abolere dedecus* aliaque exempla docent, in quovis lexico reperiunda.

4. *Insignibus;* fascibus, quos in Urbe duos Prætores habebant, in provinciis sex. Hinc mox illum in Sicilia *fascium usu prohibitum* auctor dicit.

5. *Ad pileum;* ad arma, promissa libertate. Pileus enim signum libertatis. Nonnunquam autem in extremis rebus servis arma cum libertate data. Vide Freinshem. ad Flor. II, 6, 30. — *In Siciliam profugit;* cum Livia conjuge. Ad hoc Velleius, II, 75: « Quis fortunæ mutationes, quis dubios rerum humanarum casus satis mirari queat? quis non diversa præsentibus, contrariaque exspectatis aut speret, aut timeat? Livia... quam postea conjugem Augusti vidimus.... tum fugiens, mox futuri sui, Cæsaris manus, bimum hunc Tiberium Cæsarem, vindicem romani imperii, futurumque ejusdem Cæsaris filium, gestans sinu, per avia itinerum vitatis militum gladiis, uno comitante, quo facilius occultaretur fuga, pervenit ad mare, et cum viro Nerone pervecta in Siciliam est. »

6. *Petenti Augusto concessit.* Cf. ad August. cap. 62.

secuti levem conjecturam, quod materna ejus avia Fundana fuerit, et quod mox simulacrum[1] Felicitatis ex Senatusconsulto publicatum ibi sit. Sed, ut plures certioresque tradunt, natus est Romæ in Palatio, sextodecimo Kalendas[2] Decembris, M. Æmilio[3] Lepido iterum, L. Munatio Planco Consulibus, post bellum Philippense. Sic enim[4] in fastos actaque publica relatum est. Nec tamen desunt, qui partim antecedente anno, Hirtii ac Pansæ, partim insequente, Servilii Isaurici Antoniique consulatu, genitum eum scribant.

VI. Infantiam pueritiamque habuit laboriosam[1] et exercitam, comes usquequaque parentum fugæ: quos quidem apud Neapolin, sub irruptionem hostis navigium clam petentes, vagitu suo pæne bis prodidit; semel, quum a nutricis ubere, [2]iterum, quum a sinu matris raptim auferretur ab iis, qui pro necessitate temporis mulierculas levare onere tentabant. Per Siciliam quoque

V. 1. *Simulacrum Felicitatis.* Temere Torrent. mallet *Fecunditatis.* Postea *publicatum* est auctoritate locoque publico positum.

2. *Sextodecimo Kalendas Decembris.* Dio, LVII, 18, τῇ ἐνάτῃ ἐπὶ δέκα mensis Novembris.

3. *Æmilio Lepido.... Munatio Planco Consulibus;* A. U. 712. Pro *post bellum Philippense*, Codd. alii dant *per*, probantque Burmann. et Oudendorp.

4. *Sic enim in fastos actaque publica*, etc. vetere instituto, quo parentes natos sibi liberos apud acta profitebantur, ut Broukhusio videtur, an serius per adulationem, uti Reitzio, incertum. De instituti illius origine et usu vide Lips. Excurs. ad Tacit. Annal. V, 4, Editionis nostræ tom. IV, pag. 451. Ed.

VI. 1. *Laboriosam et exercitam.* Ita emendarunt viri docti ineptum *luxuriosam*, quod libri exhibent, et *exercitatam*, quod voluntariam magis actionem partamque ea peritiam, quam miserias et pericula, a sorte humana objecta, significat. Ita Plin. Epist. VI, 13, « unquamne vidisti quemquam *tam laboriosum*, *tam exercitum*; » et Panegyr. cap. 86, « pro *laboriosa* ista statione *et exercita*. » Cicer. pro Milone, cap. 2, « quid enim nobis duobus *laboriosius?* quid magis sollicitum, magis *exercitum*, dici aut fingi potest? »

2. *Iterum.* Ita legendum censuerat Ursin. pro *item*, receperunt Oudend. et Wolf. ob antecedens *bis*, cui subjungunt Latini *semel*, *iterum*.

et per Achaiam circumductus, ac[3] Lacedæmoniis publice, quod in tutela Claudiorum erant, demandatus, digrediens inde itinere nocturno, discrimen vitæ adiit, flamma repente e silvis undique exorta, adeoque omnem comitatum circumplexa, ut Liviæ pars vestis et capilli amburerentur. Munera, quibus a Pompeia, Sext. Pompeii sorore, in Sicilia donatus est, [4]chlamys et fibula, item bullæ aureæ, durant, ostenduntürque adhuc Baiis. Post reditum in Urbem a [5]M. Gallio Senatore testamento adoptatus, hereditate adita, mox nomine abstinuit; quod Gallius adversarum Augusto partium fuerat. Novem[6] natus annos defunctum patrem pro Rostris laudavit. Dehinc pubescens Actiaco[7] triumpho currum Augusti comitatus est, sinisteriore funali[8] equo, quum Marcellus Octaviæ

3. *Ac Lacedæmoniis publice*, etc. id est, non hominibus quibusdam privatis Lacedæmoniis, amicitia vel hospitio cum Tiberio patre conjunctis, sed toti civitati, *quod* (al. *qui*) in tutela, in clientela Claudiorum erat. Nota res est, totas civitates ad gentes Romanas nobiles confugisse, quarum patrocinio uterentur. Sic in clientela Antoniorum fuisse Bononienses scribit Sueton. August. 17.

4. *Chlamys*. Sic Andromache apud Virgil. Æn. III, 484, *Phrygiam Ascanio chlamydem* donat. *Fibula* chlamys in humero dextro jungebatur.

5. *A M. Gallio*. Nihil constat de hoc Gallio, neque magni refert. Eo tamen pendeo, ut cum Glandorp. p. 377, multisque interpretibus eumdem putem, qui commemoratur a Cicer. Philipp. XIII, 12; ad Attic. X, 15; et XI, 20. Quæ enim Ernest. ad hunc locum regessit, nihil refellunt. Fortasse frater Marci est *Quintus Gallius*, memoratus Aug. 27, ut placuit et Torrent.

6. *Novem natus annos*; anno igitur 721.

7. *Actiaco triumpho*; A. U. 725, Conf. August. cap. 22.

8. *Funali equo*. Tollius ad Appian. Libyc. cap. 66 : « Erant in quadriga quatuor equi, quorum duo *jugales* erant, dexter et sinister, duo *funales*; itidem dexter et sinister, omnesque ita juncti, ut æquata fronte currerent. *Jugales* intra jugum ibant, ac ζύγιοι dicebantur; *funales* utrimque ad latera jugalium loro annexi, quos σειραφόρους et σειραίους, παρηόρους et παρασείρους idcirco Græci vocabant, quod funibus scilicet alligati forent ad latus jugalium. Sed et ἀορτῆρες iidem *funales* nominabantur, etc. » Cf. Salmas. Exercit. Plin. pag. 898; Turneb. Advers. XIV, 17, et Casaub. ad Dionys. VII, 73.

filius dexteriore veheretur. Præsedit[9] et Actiacis ludis, et Trojanis Circensibus, ductor turmæ puerorum majorum.

VII. Virili toga sumta, adolescentiam omnem, spatiumque insequentis ætatis usque ad principatus initia, per hæc fere transegit: Munus gladiatorium in memoriam patris, et alterum in avi Drusi, dedit, diversis temporibus ac locis; primum in Foro, secundum in Amphitheatro; [1] rudiariis quoque quibusdam revocatis, auctoramento centenum millium. Dedit et ludos, sed [2] absens; cuncta magnifice, impensa matris ac vitrici. Agrippinam, M. Agrippa genitam, neptem[3] Cæcilii Attici Equitis Ro-

9. *Præsedit et Actiacis ludis;* qoos egit Augustus ann. 726. Dio, LIII, 1. Cf. Aug. 18, et Dio, LI, 1, ibiqoe Fabric. Difficultati, quæ nostro loco oritur ex eo, quod præsedisse Tiberius ludis dicitur, idemque tormam duxisse, cui succurrit Casaub. soppleto *fuit* post *majorum*, facilius medcaris resecto *et*, ut ita legatur: « Præsedit et Actiacis ludis, Trojanis Circensibus ductor turmæ puerorum majorum. » Præsedit cum vitrico et Agrippa; quum ad Trojam ventum esset, ad certameo desceodit. — *Puerorum majorum.* Minores dicebantur aonorom 14, atque inde majores ad ad anoum 18.

VII. 1. *Rudiariis.* Lips. Saturn. II, 23: « *Rudem* indulgebant gladiatoribos veteranis, qnasi magisterii signum, aut etiam novis, in novo aliquo et strenuo facto... Quidam gladiatores liberi erant, sive *auctorati*, qui arenæ operam pretio locabant. Ii donati rude, redibant in veterem prorsos libertatem, nullo ultra vinculo servitutis.... Alii e gladiatoribus conditiooe servi. Hi donati rude noo libertatem accipiebant, sed vacationem duntaxat a pugna. Lanistæ deinceps prove lanistis erant, doctores tironum, et batuebant, non pugnabant. .... Qui dooati rude, *rudiarii* dicti. » — *Auctoramentum* est obligatio ad serviendum pacta mercede contracta, ut interpretatur Heusinger. ad verba Cicer. de Offic. I, 42, 3, « Illiberales autem et sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntor. Est enim io illis ipsa merces *auctoramentum servitutis;* » unde merces, pro qua rudiarii sponte ad pugoas gladiatorias redibant.

2. *Sed absens.* Cf. Aug. 43.

3. *Neptem Cæcilii Attici.* Corn. Nep. Attic. 12: « Iis rebus effecit (Atticus), ut M. Vipsaoius Agrippa, intima familiaritate conjunctus adolescenti Cæsari, quum propter suam gratiam et Cæsaris potentiam nullius conditionis non haberet potestatem, potissimum ejus deligeret

mani, ad quem sunt Ciceronis epistolæ, duxit uxorem: sublatoque[4] ex ea filio Druso, quamquam bene convenientem, rursusque gravidam, dimittere, ac Juliam, Augusti filiam, confestim coactus est ducere: non sine magno angore animi, quum et Agrippinæ consuetudine teneretur, et Juliæ mores improbaret; ut quam sensisset sui quoque sub[5] priore marito appetentem, quod sane etiam vulgo existimabatur. Sed [6]Agrippinam et abegisse post divortium doluit; et semel omnino ex occursu visam adeo contentis[7] et tumentibus oculis prosecutus est, ut custoditum sit, ne unquam in conspectum ejus posthac veniret. Cum Julia primo concorditer et amore mutuo vixit: mox[8] dissedit, et aliquanto gravius, ut etiam perpetuo

affinitatem, præoptaretque Equitis Romani filiam generosarum nuptiis. » Tacit. Annal. II, 43, Drusi, Tiberii filii, proavum Pomponium Atticum dicit. *Cæcilii* nomen Pomponius acceperat ab avunculo per testamentum adoptatus. Cornel. Nep. Attic. 5. Verba autem *ad quem sunt Ciceronis epistolæ* e glossemate profecta mihi videntur.

4. *Sublatoque.... dimittere.* Conf. Dio, LIV, 31. Res a veteribus inde usu confirmata inter eos, qui, regendis populis præfecti, mores et fidem prædicant, quibus obstringi se non ferunt. Sic, legibus subversis, dux ille noster (*Napoléon*) ne matrimonium quidem suis, ubi visum erat, sanctum esse voluit, quum ad regnum provectos nuptias, prioribus abrogatis, novas inire juberet. — *Quamquam bene convenientem;* indole, moribus et amore conjunctam.

5. *Sub priore marito;* Agrippa. Conf. August. 63. — *Existimabatur*, ferebatur.

6. *Agrippinam.* Duxit abactam Asinius Gallus, Asinii Pollionis filius, qui dicitur Tacit. Annal. I, 12, « pridem invisus (Tiberio), tanquam ducta in matrimonium Vipsania, M. Agrippæ filia, quæ quondam Tiberii uxor fuerat, plus quam civilia agitaret, Pollionisque Asinii patris ferociam retineret. » Cf. Dio, LVII, 2, et LVIII, 3.

7. *Contentis.... oculis.* Mallem *intentis*, quamquam eodem redit. *Tumentibus* scil. obortis lacrimis, sed nondum effusis, ut recte Burmann. Nam Casaub. contento intuitu tumentes explicat, comparans κυλοιδιᾷν e Theocrit. I, 37. Heinsius *uventibus* vel *humentibus* conjiciebat.

8. *Mox dissedit.* Valde hoc differt a *discidio*. Illud dissensionem animorum significat, hoc matrimonii solutionem. Ita nos Galli *dissension* a *sentire* habemus, et *scission* a *scindere*. Postea pro *communis filii pignore*, præplacet, puto, *communi*.

secubaret, intercepto communis filii pignore, qui Aquileiæ natus infans exstinctus est. Drusum[9] fratrem in Germania amisit, cujus corpus, pedibus toto itinere prægrediens, Romam usque pervexit.

VIII. Civilium officiorum rudimentis regem [1]Archelaum, Trallianos, et Thessalos, varia quosque de causa, Augusto cognoscente, defendit. Pro Laodicenis, Thyatirenis, Chiis, terræ motu afflictis, opemque implorantibus, Senatum deprecatus est. Fannium[2] Cæpionem, qui cum Varrone Murena in Augustum conspiraverat, reum majestatis apud judices fecit, et condemnavit. Interque hæc duplicem curam administravit, [3]annonæ, quæ artior inciderat, et [4]repurgandorum tota Italia ergastulorum, quorum domini in invidiam venerant, quasi exceptos supprimerent, non solum viatores, sed et quos sacramenti metus ad hujusmodi latebras compulisset.

9. *Drusum fratrem*, etc. ann. 745. Vide Claud. 1, et Dion. LV, 2. Audito fratris morbo quanta celeritate ad illum profectus sit Tiberius, narrat Valer. Max. V, 5, 3: « tantum.... amorem princeps parensque noster insitum animo fratris Drusi habuit, ut quum Ticini, quo victor hostium ad complectendos parentes venerat, gravi illum et periculosa valetudine in Germania fluctuare cognosset, protinus inde metu attonitus erumperet; iter quoque quam rapidum et præceps velut uno spiritu corripuerit, eo patet, quod Alpes Rhenumque transgressus die ac nocte, mutato subinde equo, ducenta millia passuum per modo devictam barbariem, Antabagio duce solo comite contentus, evasit, etc. »

VIII. 1. *Archelaum*; Cappadociæ regem, cujus regnum postea in provinciæ formam redegit: vide c. 37. Hunc, non Judæum Archelaum h. l. intelligendum esse, patet ex Dion. LVII, 17.

2. *Fannium Cæpionem*; etc. Cf. ad Aug. c. 19. — *Condemnavit*, id est, fecit, ut condemnaretur. Vide Ernest. ad hunc locum, et in Clav. Cicer. cf. Vitell. 2.

3. *Annonæ*. Vell. II, 94: « Quæstor, undevicesimum annum agens, capessere cœpit Rempublicam, maximamque difficultatem annonæ ac rei frumentariæ inopiam ita Ostiæ atque in Urbe mandato vitrici moderatus est, ut per id, quod agebat, quantus evasurus esset, eluceret. » A. U. 731. Vide Kraus. ad hunc Velleii locum.

4. *Et repurgandorum... ergastulorum*. Cf. Aug. 32. — *Sacramenti metus*; ne militiæ dare nomen cogerentur.

IX. Stipendia prima expeditione[1] Cantabrica Tribunus militum fecit: dein, [2]ducto ad Orientem exercitu, regnum Armeniæ Tigrani restituit, ac pro tribunali diadema imposuit. Recepit[3] et signa, quæ M. Crasso ademerant Parthi. Post hæc Comatam[4] Galliam anno fere rexit, et barbarorum incursionibus, et principum discordia inquietam. Exin Ræticum Vindelicumque bellum, inde Germanicum gessit. Rætico[5] atque Vindelico gentes Alpinas; Pannonico[6] Breucos et Dalmatas subegit; Germanico[7] quadraginta millia dediticiorum trajecit in Galliam,

IX. 1. *Expeditione Cantabrica.* Cf. ad Aug. 20.

2. *Dein, ducto ad Orientem exercitu*, etc. Vide Aug. 21. Vell. II, 94: « Nec multo post (A. U. 734) missus ab eodem vitrico cum exercitu ad visendas ordinandasque, quæ sub Oriente sunt, provincias, præcipuis omnium virtutum experimentis in eo tractu editis, cum legionibus ingressus Armeniam, redacta ea in potestatem populi Rom. regnum ejus Artavasdi dedit; » ubi vel lapsu memoriæ *Artavasden* pro *Tigrane* dixit Velleius, quod vix credibile in re tam recenti, vel lacuna in libris. Vide Kraus. ad hunc loc. et Oudend. ad nostrum. Historiam pete ex Tacit. Ann. II, 3, ubi, « occiso Artaxia per dolum propinquorum, datus a Cæsare Armeniis Tigranes, *deductusque in regnum a Tiberio Nerone;* » et Dion. LIV, 9.

3. *Recepit et signa*, etc. De receptis a Parthis signis cf. not. ad August. 21.

4. *Comatam Galliam anno fere rexit.* Pertinere hoc videtur ad ann. 738, quo Prætor Tiberius simul cum Augusto Urbe dicitur profectus Dion. LIV, 19, ubi vide Fabric. Rem prorsus omittit Velleius.

5. *Rætico atque Vindelico*, etc. Conf. Aug. 21; Dion. LIV, 22. Gestum hoc bellum est ann. 739, conjunctis Drusi Tiberiique viribus. Velleius, II, 95: « uterque, divisis partibus, Rætos Vindelicosque aggressi, multis urbium et castellorum oppugnationibus, nec non directa quoque acie feliciter functi, gentes locis tutissimas, aditu difficillimas, numero frequentes, feritate truces, majore cum periculo quam damno Romani exercitus, plurimo cum earum sanguine, perdomuerunt. »

6. *Pannonico*, etc. ann. 742. Missus est Tiberius in Pannoniam post mortem Agrippæ. Vell. II, 96: « Subinde bellum Pannonicum, quod inchoatum ab Agrippa..... magnum atroxque et perquam vicinum imminebat Italiæ, per Neronem gestum est. » Dio, LIV, 31, 34. *Breucos* inter Pannoniæ gentes referunt Strabo, VII, 5, 3; Plin. Hist. Nat. III, 25 (28), qui Savum fluere dicit per Colapianos Breucosque, et Dio, LV, 34.

7. *Germanico... collocavit.* Vide August. 21.

juxtaque ripam Rheni sedibus assignatis collocavit. Quas ob res, et [8]ovans, et curru Urbem ingressus est, primus[9], ut quidam putant, triumphalibus ornamentis honoratus, novo nec antea cuiquam tributo genere honoris. Magistratus[10] et maturius inchoavit, et pæne junctim percucurrit quæsturam, præturam, consulatum: interpositoque tempore, Consul[11] iterum etiam tribuniciam potestatem in quinquennium accepit.

X. Tot prosperis confluentibus, integra ætate ac valetudine, statuit[1] repente secedere, seque e medio quam longissime amovere: dubium, uxorisne tædio, quam neque criminari aut dimittere auderet, neque ultra perferre posset; an ut, vitato[2] assiduitatis fastidio, auctori-

8. *Et ovans, et curru*, etc. *Ovavit* ann. 745. Dio, LV, 2. Vell. II, 96: « Hujus victoriæ compos Nero *ovans triumphavit.* » Scilicet turpis adulator dicere noluit simpliciter, ovasse Tiberium. *Curru* justum triumphum egit ann. 747 de Germanis. Dio, LV, 8. Vell. II, 97: « Tum alter triumphus cum altero consulatu ei oblatus est. » Sibi enim constans, ovationem illam priorem triumphum dicit. De alio triumpho post reditum ex insula Rhodo vide ad cap. 17.

9. *Primus.... triumphalibus ornamentis honoratus*; A. U. 742. Dio, LIV, 31. Addidit autem auctor *primus, ut quidam putant*, quoniam alii putabant, primo Agrippæ hunc honorem fuisse tributum, quibus accedit Dio, LIV, 24. De *ornamentis triumphalibus* vide ad Aug. 38. Nostro loco pro *primus* al. *prius*, quod verum quidem; nam tulit Tiberius hæc ornamenta tertio anno ante ovationem; sed ferri non potest ob additum *ut quidam putant.* Vidit hoc Burmannus, et neglexisse miror Wolfium. — Pro *honoratus*, al. *ornatus*. Illud Suetonio in usu est.

10. *Magistratus*, etc. Quæstor factus ann. 730; Prætor, ann. 738. Consul autem primum fuit ann. 741, cum Quintilio Varo, unde *junctim* non nimis est urgendum, sed intelligendum de neglecto vetere ordine annali, quo et certa ætas singulis magistratibus ineundis, et certum intervallum, post quod nova petitio liceret, erat constitutum.

11. *Consul iterum*; id est, ex solenni auctoris brevitate, *quum Consul iterum fuisset.* Cf. ad Cæs. 1, *Flamen Dialis destinatus.* Iterum Consul fuit Tiberius ann. 747: vide ad Aug. 27, atque omnino loca Dionis, quæ citat Baumgart.

X. 1. *Statuit repente secedere*; ann. 748, annos natus 36.

2. *Vitato assiduitatis fastidio. Assiduitatem* intellige perpetuam præsentiam, qua plerumque fit, ut ce-

tatem absentia tueretur, atque etiam augeret, si quando indiguisset sui Respublica. Quidam existimant, adultis jam Augusti liberis, loco et quasi possessione usurpati a se diu secundi gradus sponte cessisse, exemplo [3] M. Agrippæ, qui, M. Marcello ad munera publica admoto, Mytilenas abierit; ne [4] aut obstare, aut obtrectare præsens videretur. Quam causam et ipse, sed postea, reddidit. Tunc autem honorum satietatem ac requiem laborum prætendens, commeatum petiit. Neque aut matri supplíciter precanti, aut vitrico, deseri se etiam in Senatu conquerenti, veniam [5] dedit. Quin et pertinacius retinentibus, cibo per quatriduum abstinuit. Facta tandem abeundi potestate, relictis Romæ uxore et filio, confestim Ostiam descendit; ne verbo quidem cuiquam prosequentium reddito, paucosque admodum in digressu exosculatus.

XI. Ab Ostia oram Campaniæ legens, imbecillitate Augusti nunciata, paulum substitit. Sed increbrescente rumore, quasi [1] ad occasionem majoris spei commorare-

teros fastidium nostri subeat. In hanc sententiam Propert. II, 33, 44:

Elevat assiduos copia longa viros.

3. *Exemplo M. Agrippæ.* Conf. ad August. 66.

4. *Ne aut obstare.... videretur.* Vide quæ subjicit Dio, LV, 9, ubi narravit, Augustum ad coercendam nepotum, Caii et Lucii, impotentiam, Tiberio et tribuniciam potestatem et compescendam Armeniam demandasse. Vell. II, 99: « quum C. Cæsar sumsisset jam virilem togam, Lucius item maturus esset viris, ne fulgor suus orientium juvenum obstaret initiis, dissimulata causa consilii sui, commeatum ab socero atque eodem vitrico acquiescendi a continuatione laborum petiit. »

5. *Veniam dedit*, rogatos concessit, ut sæpe apud Ciceronem; ad Quint. Fratr. III, 1, « quod tibi amantissime petenti *veniam* non *dedit*, » ubi vide Manut.; ad Attic. V, 21, « *dedi veniam* homini impudenter petenti. » Cornel. Nep. Themist. 10, « Hujus rex animi magnitudinem admirans, cupiensque talem virum sibi conciliari, *veniam dedit*, » facultatem veniendi concessit. Vide Ernest. Glossar. Liv., et, quos ille laudat, interpr. ad Virgil. Æneid. I, 519.

XI. 1. *Quasi ad occasionem majoris spei*, etc. Burm. præfert, quod

tur, tantum non adversis tempestatibus Rhodum enavigavit, amœnitate[2] et salubritate insulæ jam inde captus, quum ad eam ab Armenia rediens appulisset. Hic modicis contentus ædibus, nec multo laxiore suburbano, genus vitæ[3] civile admodum instituit, sine lictore aut viatore gymnasia interdum obambulans, mutuaque cum Græculis officia usurpans, prope ex æquo. Forte quondam in [4]disponendo die mane prædixerat, quicquid ægrorum in civitate esset, visitare se velle: id a proximis aliter exceptum: jussique sunt omnes ægri in publicam porticum deferri, ac per valetudinum genera disponi. Perculsus[5] igitur inopinata re, diu quid ageret incertus, tamen singulos circuit; excusans factum etiam tenuissimo cuique, et ignoto. Unum hoc tantummodo, neque præ-

est in altero Codice, *rei*, illudque durum judicat. Mihi non ita videtur. *Spes* est *res speranda*, et volgarem scripturam defendunt etiam Ernest. et Oudend. Ceterum patet, intelligendam spem imperii.

2. *Amœnitate et salubritate insulæ.... captus.* Ea videtur esse causa, cur Rhodum fere soliti Romani proceres, qui præsenti statu rerum non lætarentur, secedere. D. Brutus in epist. ad M. Brutum et C. Cassium (apud Cic. ad Famil. XI, 1): « Quid ergo est, inquis, tui consilii? Dandus est locus fortunæ: cedendum ex Italia, migrandum Rhodum. » C. Matius Ciceroni (ad Famil. XI, 28): « Mihi quidem si optata contingent, quod reliquum est vitæ, in otio Rhodi degam, etc. » De Tiberii in hanc insulam secessu præter alios Manilius, IV, 761:

Virgine sub casta felix terraque marique
Es, Rhodos, hospitium recturi principis orbem;
Tuque domus vere Solis, cui tota sacrata es,
Quum caperes lumen magni sub Cæsare mundi.

3. *Genus vitæ civile*, quod speciem dignitatis principatusve nullam haberet. Uno tantum lictore Athenis usum etiam Germanicum, auctor Tacit. Annal. II, 53, ubi vide Lipsium. Postea *gymnasia* pro *gymnasio* dedit Oudendorp. secutus Casaubonum et Grævium, illum ego.

4. *In disponendo die*; in disponendis, quæ per diem vellet agere. — *Ægrorum*. Ridicula est emendatio Boxhorni *equorum*. Sensus est tam apertus, ut verborum pudeat.

5. *Perculsus*. Ernest. et Oudend. maluere *Percussus*. Nescio an arguter in statuendo horum vocabulorum discrimine viri doctissimi. Aptissime etiam volgatam defendit Moller. exemplo Liv. II, 14, « Aricinos res inopinata perculerat. » Cf. etiam Glossar. Livian.

terea quicquam notatum est, in quo [6]exercuisse jus tribuniciæ potestatis visus sit. Quum circa scholas et auditoria professorum assiduus esset, moto inter [7]antisophistas graviore jurgio, non defuit, qui eum intervenientem, et quasi studiosiorem partis alterius, convicio incesseret. Sensim itaque regressus domum, repente cum apparitoribus prodiit, citatumque pro tribunali voce præconis conviciatorem rapi jussit in carcerem. Comperit deinde, Juliam [8] uxorem ob libidines atque adulteria damnatam, repudiumque ei suo nomine, ex auctoritate Augusti, remissum: et quamquam lætus nuncio, tamen officii duxit, quantum in se esset, exorare[9] filiæ patrem frequentibus literis, et vel utcunque meritæ, quicquid unquam dono dedisset, concedere. Transacto autem tribuniciæ potestatis tempore, confessus tandem, nihil aliud secessu devitasse se, quam æmulationis cum Caio Lucioque suspicionem, petiit, ut sibi securo jam ab hac parte, corroboratis his, et secundum locum facile tutantibus, permitteretur revisere necessitudines, quarum desiderio teneretur. Sed neque impetravit: ultroque etiam admonitus est, dimitteret omnem curam suorum, quos tam cupide reliquisset.

XII. Remansit ergo Rhodi contra voluntatem; vix per matrem[1] consecutus, ut ad velandam ignominiam,

6. *Exercuisse.* Alii probant *exseruisse.* Vide ad Neron. 26.

7. *Antisophistas.* De his vide interpr. ad Quintil. XI, 3. Grammaticos, rhetores, intellige, aliorum grammaticorum adversarios, qui *sophistæ* universe dicebantur.

8. *Juliam uxorem*, etc. Conf. ad August. cap. 65.

9. *Exorare filiæ patrem*; reconciliare patri filiam.

XII. 1. *Vix per matrem consecutus*, etc. Quantum hoc ipso tempore matri suæ debuerit, significat ipse apud Chénier, *Tibère*, act. III, sc. 1:

J'ai, durant huit années,
Parmi les Rhodiens caché mes destinées,
Loin du palais d'Auguste, et plus loin de son cœur.
Seule, d'un sort jaloux fléchissant la rigueur,
Quand je n'espérais plus les faisceaux consulaires,
Elle étendait sur moi ses bontés tutélaires;

quasi legatus ab Augusto, abesset. Enimvero tunc non privatum modo, sed etiam obnoxium et trepidum egit, mediterraneis agris abditus, vitansque prætemavigantium officia, quibus[2] frequentabatur assidue, nemine cum imperio aut magistratu tendente quoquam, quin deverteret Rhodum. Et accesserunt majoris sollicitudinis causæ. Namque[3] privignum Caium, Orienti præpositum, quum visendi gratia trajecisset Samum, alieniorem sibi sensit ex [4]criminationibus M. Lollii, comitis et rectoris ejus. Venit etiam in suspicionem, per quosdam beneficii sui Centuriones[5], a commeatu castra repetentes, mandata

Et par elle, un empire, attendu quarante ans,
De ses lauriers tardifs couvrit mes cheveux blancs.

— *Quasi legatus ab Augusto.* Abest *ab* in Codd. aliis, et abjiciendum duxit etiam Wolfius, quod Ner. 3 legitur *eidem Antonio legatus*, et Vitell. 5, *succedenti fratri legatus.*

2. *Quibus frequentabatur assidue.* Vell. II, 99: « Illud etiam in hoc transcursu dicendum est, ita septem annos (ab ann. 748 usque ad 755) Rhodi moratum, ut omnes, qui pro Consulibus legatique in transmarinas profecti provincias, visendi ejus gratia ad quem convenientes, semper privato (si illa majestas privata unquam fuit) fasces suos summiserint, fassique sint, otium ejus honoratius imperio suo. » *Cum imperio* ibant, qui *legati* dicuntur a Velleio, in Cæsaris provincias, ab eodem missi ad bellum gerendum; *cum magistratu* Proconsules aliique a Senatu populoque missi. Vide ad August. 47.

3. *Namque privignum Caium*, etc. Ann. 755. Consentit Dio, LV, 11, nisi quod Chium pro Samo nominat. Velleius autem, II, 101, contra veritatis omnem speciem, sed ut aduletur Tiberio, « C. Cæsar.... in Syriam missus, convento prius Tiber. Nerone, cui omnem honorem, ut superiori, habuit, etc. » ad quem locum vide Kraus.

4. *Ex criminationibus M. Lollii;* qui cladem accepit, de qua vide ad Aug. c. 23. Vell. II, 97, conviciis cumulat hominem, Tiberio gratificaturus. Dicit enim « in omnia pecuniæ, quam recte faciendi cupidiorem, et inter summam vitiorum dissimulationem vitiosissimum. » Idem, cap. 102, de ejus morte ita exponit: « Quo tempore M. Lollii, quem veluti *moderatorem juventæ* filii sui Augustus esse voluerat, perfida et plena subdoli ac versuti animi consilia, per Parthum indicata Cæsari, fama vulgavit. Cujus mors intra paucos dies fortuita an voluntaria fuerit, ignoro. » Insanam ejus luxuriam, mortemque, « *interdicta amicitia a C. Cæsare*, » veneno effectam narrat Plin. Hist. Nat. IX, 35 (57).

5. *Beneficii sui Centuriones;* hoc est, quibus ipse ordines dederat, quales *beneficiarii* dicti. Conf. Lips.

ad complures dedisse ambigua, et quæ tentare singulorum animos ad novas res viderentur. De qua suspicione certior ab Augusto factus, non cessavit efflagitare aliquem, cujuslibet ordinis, custodem factis atque dictis suis.

XIII. Equi quoque et armorum solitas exercitationes omisit: redegitque[1] se, deposito patrio habitu, ad pallium et crepidas: atque in tali statu biennio fere permansit, contemtior in dies, et invisior: adeo, ut imagines ejus et statuas [2]Nemausenses subverterint; ac familiari quodam convivio mentione ejus orta, exstiterit, qui Caio polliceretur, « Confestim se, si juberet, Rhodum navigaturum, caputque exsulis (sic enim appellabatur) relaturum. » Quo præcipue, non jam metu, sed discrimine, coactus est, tam suis, quam matris impensissimis precibus reditum expostulare: impetravitque, adjutus aliquantum etiam casu. Destinatum Augusto erat, nihil super ea re, nisi ex voluntate majoris filii, statuere. Is forte tunc M. Lollio offensior, facilis exorabilisque in vitricum fuit. Permittente[3] ergo Caio, revocatus est; verum sub

ad Tacit. Hist. IV, 48. Ii ex commeatu ad castra in Orientem redeuntes deverterant officii causa ad Tiberium, et ab eo sollicitati ad res novas ibi movendas dicebantur.

XIII. 1. *Redegitque se... ad pallium et crepidas*; i. e. Græcum habitum sumsit, quo prorsus a Romano more et spe Romani imperii recessisse videretur. Scipioni etiam objectum apud Liv. XXIX, 19, « *cum pallio crepidisque* inambulare in gymnasio, libellis etiam palæstræque operam dare, etc. »

2. *Nemausenses*; Nemausi, Galliæ Narbonensis urbis, incolæ. Rexisse autem Tiberium Comatam Galliam legimus cap. 9, per quam occasionem statuæ illæ erectæ videntur. Gronov. ex corrupta Codd. lectione dedit *Resainenses* vel *Resænenses*. Resaina enim Mesopotamiæ urbs, de qua Cellar. Geogr. Ant. III, 15, pag. 732, itaque statuarum honos pertineret ad expeditionem Tiberii in Armeniam, c. 9. Certam lectionem nemo dederit in re, quæ tot locis fieri potuit.

3. *Permittente ergo Caio*, etc. Ante utriusque (Caii et Lucii) interitum Tiberium Rhodo revertisse, auctor etiam Vellei. II, 103. Mortuos autem illos, Caium a. d. IX Kal. Mart. ann. 757, Lucium a. d. XII Kal. Sept. ann. 755, notavimus ad Aug. 65. Rediisse Tiberium circa

conditione, ne quam partem curamve Reipublicæ attingeret.

XIV. Rediit octavo post secessum anno, magna nec incerta spe futurorum, quam et ostentis et prædictionibus ab initio ætatis conceperat. Prægnans[1] enim Livia, quum, an marem editura esset, variis captaret ominibus, ovum incubanti gallinæ subductum nunc sua, nunc ministrarum manu per vices usque eo fovit, quoad pullus insigniter cristatus exclusus est. Ac de infante Scribonius mathematicus præclara spopondit: « etiam regnaturum quandoque, sed sine regio insigni; » ignota[2] scilicet tunc adhuc Cæsarum potestate. Et [3]ingresso primam expeditionem, ac per Macedoniam ducente exercitum in Syriam, accidit, ut apud Philippos sacratæ olim victricium legionum aræ sponte subitis collucerent ignibus: et mox, quum Illyricum petens juxta Patavium adisset Geryonis oraculum[4], sorte tracta, qua monebatur, ut de consulta-

mensem Julium ann. 755, docet Noris. ad Cenotaph. Pis. pag. 255.

XIV. 1. *Prægnans enim Livia*, etc. Plin. Hist. Nat. X, 55 (76): « Livia Augusta, prima sua juventa Tiberio Cæsare ex Nerone gravida, quum parere virilem sexum admodum cuperet, hoc usa est puellari augurio, ovum in sinu fovendo, atque quum deponendum haberet, nutrici per sinum tradendo, ne intermitteretur tepor. Nec falso augurata proditur. »

2. *Ignota scilicet.... potestate*; quæ speciem principatus habuit, non regni formam. Neque enim adhuc illa regiæ potestatis insignia, ignis, diadema, purpura, quæ reperta postea sunt. Diadema primus Romanorum Imperatorum usurpavit Aurelianus.

3. *Et ingresso primam expeditionem*; cui ut dux præesset; nam in expeditione Cantabrica Tribunus militum tantum fuerat. Ostentum narrat Dio, LIV, 9. *Sponte subitis collucerent ignibus.* Hoc magni alicujus venturi boni indicium habitum, testatur inter alios Virgil. Eclog. VIII, 105,

Aspice, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse: bonum sit!

ad quem locum Servius: « Hoc uxori Ciceronis dicitur contigisse: quum post peractum sacrificium libare vellet, in cinere visa est flamma, quæ flamma eodem anno Consulem futurum ostendit ejus maritum. »

4. *Geryonis oraculum*. Nusquam alibi commemoratur. — *Sortes* ta-

tionibus in Aponi fontem talos aureos jaceret, evenit, ut summum numerum jactu ab eo ostenderent; hodieque sub aqua visuntur hi tali. Ante paucos vero quam revocaretur dies, aquila[5], nunquam antea Rhodi conspecta, in culmine domus ejus assedit : et pridie quam de reditu certior fieret, vestimenta mutanti tunica ardere visa est. Thrasyllum[6] quoque mathematicum, quem ut sapientiæ professorem contubernio admoverat, tum maxime expertus est, affirmantem, nave provisa gaudium afferri; quum

bellæ erant ligneæ, γραμματεῖα, quibus literæ vel pauca verba ad divinandum insculpta. Conf. Bulenger. de Sortibus, I, 1 (Thes. Græv. tom. V, pag. 361). — *Fons Aponi* (ut *Aponi fontes* Martial. Epigr. VI, 42), sive *Aponus* (Ἄπονος, ob dolorum, quod dabat, levamen) celebratur a Claudiano in epigrammate, quod incipit :

Fons, Antenoreæ vitam qui porrigis urbi,
Fataque vicinis noxia pellis aquis, etc.

5. *Aquila.... in culmine domus ejus assedit.* Casaubonus jam laudavit carmen Apollonidæ Smyrnæi huc spectans, Anthol. vol. II, pag. 121. Cf. Jacobs. Animadv. vol. II, part. I, p. 362. — *Rhodum* aquilam non habere, confirmat etiam Plin. Hist. Nat. X, 29 (41).

6. *Thrasyllum*, etc. Hunc ut Tiberii comitem commemoravit jam auctor, August. c. 98. Tacit. Annal. VI, 20, 21 : « ... Chaldæorum artis, cujus apiscendæ otium apud Rhodum, magistrum Thrasyllum habuit, peritiam ejus hoc modo expertus : Quotiens super tali negotio consultaret (aliquem intellige, divinationis artem professum), edita domus parte ac liberti unius conscientia utebatur. Is literarum ignarus, corpore valido, per avia ac derupta, nam saxis domus imminet, præibat eum, cujus artem experiri Tiberius statuisset, et regredientem, si vanitatis aut fraudum suspicio incesserat, in subjectum mare præcipitabat, ne index arcani existeret. Igitur Thrasyllus, iisdem rupibus inductus, postquam percunctantem commoverat, imperium ipsi, et futura sollerter patefaciens, interrogatur, *an suam quoque genitalem horam comperisset; quem tum annum, qualem diem haberet?* Ille, positus siderum ac spatia dimensus, hærere primo, dein pavescere, et, quantum introspiceret, magis ac magis trepidus admirationis et metus, postremo exclamat, *ambiguum sibi ac prope ultimum discrimen instare.* Tum complexus eum Tiberius, *præscium periculorum et incolumem fore*, gratatur; quæque dixerat oraculi vice accipiens, inter intimos amicorum tenet. » Cf. Dio, LV, 11; Schol. ad Juvenal. VI, 576. Nostro autem loco verbum *expertus est* Tacitus explicat, « peritiam ejus hoc modo expertus », et postea, « cujus artem experiri Tiberius statuisset. » — *Nave provisa*, e lon-

quidem illum, durius et contra prædicta cadentibus rebus, ut falsum et secretorum temere conscium, eo ipso momento, dum spatiatur una, præcipitare in mare destinasset.

XV. Romam reversus, deducto in forum filio Druso, statim[1] e Carinis ac Pompeiana domo Esquilias in hortos Mæcenatianos transmigravit: totumque se ad quietem contulit, privata modo officia obiens, ac publicorum munerum expers. Caio et Lucio intra[2] triennium defunctis, adoptatur[3] ab Augusto simul cum fratre eorum M. Agrippa; coactus[4] prius ipse, Germanicum, fratris sui filium, adoptare. Nec[5] quicquam postea pro patrefamilias egit, aut jus, quod [adoptione] amiserat, ex ulla parte retinuit. Nam neque donavit, neque manumisit: ne hereditatem

giuquo prospecta. — *Secretorum temere conscium* esse potest vel, « rerum secretarum, arcanarum, haud bene eonscinm i. e. peritum; » vel, « secretorum injuria conscium i. e. indignum, cui secreta soa committeret. » Eam interpretationem confirmat Dio.

XV. 1. *Statim e Carinis*, etc. *Carinæ* locos erant Urbis inter Cœlium et Esquilioom montem, io quarta regione. Domum Cn. Pompeii postea possedit Aotonios, unde jocus Sexti Pompeii, in Carinis suis se cœnam dare, quem narrant Vell. II, 77, et Dio, XLVIII, 38, obi cf. interpr.

2. *Intra triennium;* ex quo redierat Tiberius, scil. ita, ut annum reditus, 755, mortisque Caii, 757, more oumerandi Romanorum in rationem ducas. Qui de intervallo intellexeruot, quod inter Locii et Caii mortem effluxit, commoti maxime loco Aug. 65, « *in duodeviginti mensium spatio* amisit ambos, » corrigeodum hic putarunt *intra biennium*, ut Lips. ad Tacit. Anoal. I, 3, qoi tameo ipse ad veriorem interpretationem vulg. lectionis pronus est, aliique.

3. *Adoptatur*, etc. Cf. August. 65.

4. *Coactus* ..... *adoptare*. Coof. Dio, LV, 13; Calig. 1. Agrippina apud CHÉNIER, *Tibère*, act. III, sc. 1,

... Rome a connu deux enfans de Tibère,
Et souvent mon époux vous appelait son père.

TIBERE.

Lui! ce rival de gloire à Tibère opposé!
Lui, mon fils!... Par Auguste il me fut imposé.

5. *Nec quicquam .... egit.* Adoptatus enim ab Augusto, capitis deminutionem passus, in ejus, qui adoptaverat, patriam potestatem transierat. Id Romanis adeo erat tritum, ot in sequentibus, *jus, quod adoptione amiserat*, voc. *adoptione*, qood abest ab optimo Cod. Memm. aliisque, e glossemate ortum videator, unde cum Wolfio, Oudeo-

quidem, aut legata percepit ulla aliter, quam[6] ut peculio referret accepta. Nihil ex eo tempore prætermissum est ad majestatem ejus augendam, ac multo magis, postquam, Agrippa[7] abdicato atque seposito, certum erat, uni spem successionis incumbere.

XVI. Data rursus potestas tribunicia in [1]quiuquennium: delegatus[2] pacandæ Germaniæ status: Parthorum legati, mandatis[3] Augusto Romæ redditis, eum quoque adire in provincia jussi. Sed nunciata[4] Illyrici defectione,

dorpinm secuto, uncis inclusimus.

6. *Quam ut peculio referret accepta;* id est, pro *peculio* sive *ut peculium* accepta in tabulas inferret. *Peculium* est, quicquid liberi servive patris dominive consensu sibi acqnisiverant. Qunm enim in potestate patria constituti patris ratione non personæ, sed res essent, proprie omnia non sibi, sed ei, in cujus potestate erant, i. e. patri, acquirebant, nisi quorum possessionem iis concessisset. Vide Heinecc. Ant. Rom. lib. II, tit. 9.

7. *Agrippa abdicato*, etc. Conf. August. c. 65.

XVI. 1. *In quinquennium;* ann. 757. Cf. Dio, LV, 13, quem contra Casaub. defendit Baumgart.

2. *Delegatus.... status.* Verborum structura, quamvis impeditior, tamen non mutanda, quod facere placuit Casaubono in « delegatus *pacando* Germaniæ *statui;* » vel, « delegatus *pacandus* Germaniæ status; » et Burmanno in « Data rursus *potestate* tribunicia in quinquennium, delegatus pacandæ Germaniæ *statim*, » quod est vim inferre auctori. Vide Ernest. in Excursu has emendationes sic dictas acute taxantem, et exemplis asserentem, *rem* non minus posse delegari alicui, quam *munus* vel *provinciam* rei curandæ, quod negaverat Burm. Vocabulum *status* h. l. non esse proscribendum, docet et locus Calig. 1, *ad componendum Orientis statum*, et usus hujus vocabuli frequentissimus. Vide Freinshemii ind. ad Florum. Dixisse autem videtur auctor *pacandæ Germaniæ status*, vitaturus ὁμοιοτέλευτα *delegatus pacandus*, vel *delegata pacanda Germania provincia*, quod aures horrescerent. Ceterum eodem modo dixit Liv. III, 18, *turbatæ urbis statu*, et XXI, 18, *quietæ civitatis statum.* Est igitur nostri loci sensus: « demandatus est Tiberio status Germaniæ i. e. ipsa Germania, ut pacanda, pacationis indigens. » De rebus a Tiberio in Germania gestis cf. Vell. II, 105 seq. quamquam magno ore sonantem, et Dion. LV, 28, ad ann. 759 (ad hunc enim annum usque bellum duravit; Vell. II, 122, « fractas post adoptionem continua *triennii* militia Germaniæ vires » dicit), in oratione sua modestiorem.

3. *Mandatis.... redditis;* expositis Augusto rebus suis.

4. *Nunciata Illyrici defectione;*

transiit ad curam novi belli: quod gravissimum omnium externorum bellorum post Punica, per quindecim legiones, paremque auxiliorum copiam, triennio gessit, in magnis omnium rerum difficultatibus, summaque frugum inopia. Et quamquam sæpius revocaretur, tamen perseveravit; metuens, ne vicinus et prævalens hostis instaret[5] ultro cedentibus. Ac perseverantiæ grande pretium tulit, toto[6] Illyrico, quod inter Italiam regnumque Noricum et Thraciam et Macedoniam interque Danubium flumen et sinum maris Adriatici patet, perdomito et in ditionem redacto.

XVII. Cui gloriæ amplior adhuc ex opportunitate cumulus accessit. Nam sub[1] id fere tempus Quinctilius Varus cum tribus legionibus in Germania periit; nemine dubitante, quin victores Germani juncturi se Pannoniis fuerint, nisi debellatum prius Illyricum esset. Quas ob res triumphus[2] ei decretus est, multique et magni honores.

auctoribus Batonibus, Dalmatarum Pannoniorumque ducibus, ann. 759. Cf. Vell. II, 110 seq. Dio, LV, 29 seq. Velleius, loco cit. « Universa Pannonia, insolens longæ pacis bonis, et adulta viribus Dalmatia, omnibusque tractus ejus gentibus in societatem adductis, constituto arma corripuit... Gentium nationumque, quæ rebellaverant, omnis numerus amplius DCCC millibus explebat. CC fere peditum colligebantur armis habilia; equitum DCCCC. »

5. *Instaret ultro cedentibus. Ultro* jungendum verbo *instaret*, non *cedentibus*; est enim *invicem*. Ita supra cap. 11, « *ultroque* etiam admonitus est. » Virgil. Æn. II, 139,

Ultro Asiam magno Pelopea ad mœnia bello Venturam.

6. *Toto Illyrico.... perdomito.* Pax facta cum Pannoniis ann. 761; Dio, LV, fin. Sed rebellantes perdomiti ann. 763; Dio, LVI, 16. Ceterum *in ditionem* h. l. bene se habet, quoniam sermo de provincia. Codd. alii male *in deditionem*. Cf. ad Cæs. cap. 34.

XVII. 1. *Sub id fere tempus*, etc. ann. 763. Vell. II, 117, « Tantum quod ultimam imposuerat Pannonico ac Dalmatico bello Cæsar manum, quum intra quinque consummati tanti operis dies funestæ ex Germania epistolæ, etc. » Conf. ad August. 23.

2. *Triumphus ei decretus est.* Cf. Dio, LVI, 17. Ipse apud CHÉNIER, *Tibère*, act. III, sc. 1, victorias suas prædicat:

On se souvient du tems où les Parthes vaincus

Censuerunt etiam quidam, ut Pannonicus, alii, ut Invictus, nonnulli, ut Pius cognominaretur. Sed de cognomine intercessit Augustus, eo contentum repromittens, quod[3] se defuncto suscepturus esset. Triumphum[4] ipse distulit, mœsta civitate clade Variana. Nihilo minus Urbem [5] prætextatus et laurea coronatus intravit; positumque[6] in Septis tribunal, Senatu adstante, conscendit, ac medius inter duos Consules cum Augusto simul sedit; unde, populo consalutato, circum templa deductus est.

XVIII. Proximo anno repetita[1] Germania, quum animadverteret, Varianam cladem temeritate et negligentia ducis accidisse, nihil non de consilii sententia egit. Semper alias sui arbitrii, contentusque se uno, tunc præter consuetudinem cum pluribus de ratione belli communicavit. Curam quoque solito exactiorem præstitit. Trajecturus Rhenum, commeatum omnem, ad certam formulam astrictum, non ante transmisit, quam consistens apud ripam explorasset vehiculorum onera, ne[2] qua de-

Rendaient à mes exploits les drapeaux de Crassus;
Quand, privés de tombeaux aux forêts d'Hercinie,
Les ossemens romains couvraient la Germanie;
Quand Varus expiait d'imprudentes terreurs,
Aux champs illyriens j'arrêtais ses vainqueurs.
Mon front ceignit deux fois la palme triomphale.

3. *Quod se defuncto*, etc. cognomen Augnsti. Vide cap. 26.

4. *Triumphum ipse distulit*; per totum bienninm. Trinmphavit enim ex Germania reversus, exeunte aon. 765. Vell. II, 121: « in Urbem reversus, jam pridem debitum, sed cootionatione bellorum dilatom, ex Paononiis Dalmatisqoe egit triumphum. » Vide Masson. Vit. Ovid. ad aoo. 765.

5. *Prætextatus*; id est, habitu consolari, noo triumphali, uti Græv. ad h. l. et Ondendorp. quos vide. Prætexta enim et sella curulis magistratos insignia, triumphi tunica palmata, toga picta et corona laurea. Conf. Liv. X, 7. Ita Tacit. Annal. XII, 41, « Britannicos *in prætexta*, Nero *triumphali cum veste* transveeti sunt. » Fabrieins tamen ad Dion. XLVIII, 16, obi nostrum locum addueit, prætextam triumphi seu vestem περιπόρφυρον intelligit; ita etiam Bremius.

6. *Positumque in Septis tribunal*, etc. Cf. Dio, LVI, 1, ad ann. 762.

XVIII. 1. *Repetita Germania*; ann. U. C. 763. Vell. II, 120; Dio, LVI, 23.

2. *Ne quâ deportarentur*; oavi-

portarentur, nisi concessa, aut necessaria. Trans[3] Rhenum vero eum vitæ ordinem tenuit, ut sedens in cespite nudo cibum caperet; sæpe sine tentorio pernoctaret; præcepta sequentis diei omnia, et si quid subiti muneris injungendum esset, per libellos daret; addita monitione, ut, de quo quisque dubitaret, se, nec alio interprete, quacunque vel noctis hora uteretur.

XIX. Disciplinam[1] acerrime exegit, animadversionum et ignominiarum generibus ex antiquitate repetitis, atque etiam Legato[2] legionis, quod paucos milites cum liberto suo trans ripam venatum misisset, ignominia notato. Prælia, quamvis minimum fortunæ casibusque permitteret, aliquanto constantius inibat, quoties lucubrante se, subito ac nullo propellente, decideret lumen, et exstingueretur; confidens, ut aiebat, ostento, sibi ac majoribus suis in omni ducatu expertissimo. Sed, re prospere gesta, non multum abfuit, quin[3] a Bructero quodam occideretur: cui inter proximos versanti, et trepi-

bus trajicerentur. Al. *deponerentur*, quod probarunt Burmann. et Ern. interpretantes: deponerentur e vehiculis ad fluminis ripam, ut navibus imposita transveherentur; quod nimis quæsitum videtur.

3. *Trans Rhenum vero*, etc. Si quis depingere virum vellet (*Napoléon*), cujus ad omnia semper intentum et in rebus tum maximis tum minimis diligentissimum ingenium vel inimicis admirationi fuit, non aliis, puto, verbis uteretur. — *In cespite nudo*; non subjectis vestimentis, aulæis.

XIX. 1. *Disciplinam acerrime exegit*, etc. Velleius autem, II, 114: « non sequentibus disciplinam, quatenus exemplo non nocebatur, ignovit; admonitio frequens inerat et castigatio, vindicta rarissima; agebatque medium plurima dissimulantis, aliqua inhibentis. »

2. *Legato legionis*. Legati prætorii singulis legionibus præerant, consulares totis exercitibus. Illorum inde a Cæsaris tempore frequens mentio. Cf. Ernest. ad hunc locum, et Lips. ad Tacit. Annal. II, 36.

3. *Quin a Bructero*, etc. De *Bructeris* vide Tacit. German. 33: cf. Cellar. Geogr. Ant. II, 5, pag. 468 et 469. Nostro loco vulgo a *Rutheno*, vel *Rhuteno*. Ruteni Galliæ sunt populus, de quo vide Cellar. II, 2, pag. 191: conf. Oudend. ad Lucan. I, 402.

datione detecto, tormentis expressa confessio est cogitati facinoris.

XX. A Germania in Urbem post biennium regressus, triumphum [1], quem distulerat, egit; prosequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrarat. Ac priusquam in Capitolium flecteret, descendit e curru, seque præsidenti patri ad genua summisit. [2] Batonem, Pannonium ducem, ingentibus donatum præmiis, Ravennam transtulit; gratiam referens, quod se quondam, cum exercitu iniquitate loci circumclusum, passus esset evadere. Prandium dehinc populo mille mensis, et congiarium trecenos nummos viritim dedit. Dedicavit [3] et Concordiæ ædem, item [4] Pollucis et Castoris, suo fratrisque nomine, de manubiis.

XXI. Ac [1] non multo post, lege per Consules lata, ut provincias cum Augusto communiter administraret, simulque [2] censum ageret, condito lustro, in [3] Illyricum

XX. 1. *Triumphum... egit;* ann. 765: vide cap. 17.

2. *Batonem*, etc. Duo erant Batones, alter dux Breucorum, interemtus a Batone Pannonio ann. 761, in cujus potestatem venerat (Dio, LV, 34), alter hic ipse Pannonius vel Desidiates Dalmata, ut dicitur Dion. LV, 29, qui post grave bellum Tiberio se dedidit, auctore Dion. LVI, 16, Vell. II, 114, ann. 763. Ovid. ex Ponto, II, 1, 45:

Maxima pars horum vitam veniamque tulerunt,
In quibus et belli summa caputque Bato.

3. *Dedicavit et Concordiæ ædem.* Cf. Dion. LV, 8, ann. 747, et LVI, 25, ad ann. 764.

4. *Item Pollucis et Castoris.* Dedicaverat ann. 759; Dio, LV, 27. Nunc autem videtur exornatum denuo fuisse hoc templum de manubiis.

XXI. 1. *Ac non multo post*, etc. scil. post dedicatam Concordiæ ædem, exornatam Castoris et Pollucis. Referenda videtur hæc lex, qua proconsularis potestas Tiberio data, ad ann. 764, vel initium ann. 765. Velleius enim, II, 121, proxime ante triumphum narrat, « Senatum populumque Romanum, postulante patre ejus, ut æquum ei jus in omnibus provinciis exercitibusque esset, decreto esse complexum. » Vide Kraus. ad hunc Velleii locum; Pagium ad Ann. Baron. tom. I, pag. 9 seq.

2. *Simulque censum ageret.* Vide ad August. cap. 27: cf. et c. 97.

3. *In Illyricum profectus est.* Cf. ad August. cap. 97.

profectus est. Et statim ex itinere revocatus, jam quidem affectum, sed tamen spirantem adhuc Augustum reperit, fuitque[4] una secreto per totum diem. Scio, vulgo persuasum, quasi, egresso post secretum sermonem Tiberio, vox Augusti per cubicularios excepta sit: « Miserùm populum Romanum, qui sub [5]tam lentis maxillis erit. » Nec[6] illud quidem ignoro, aliquos tradidisse, Augustum palam nec dissimulanter morum ejus diritatem adeo improbasse, ut nonnunquam remissiores hilarioresque sermones, superveniente eo, abrumperet: sed expugnatum precibus uxoris adoptionem non abnuisse; vel etiam ambitione tractum, ut tali successore desiderabilior ipse quandoque fieret. Adduci tamen nequeo, quin existimem, circumspectissimum et prudentissimum Principem, in tanto præsertím negotio, nihil temere fecisse; sed vitiis virtutibusque Tiberii perpensis, potiores duxisse virtutes: præsertim quum et « Reipublicæ causa adoptare se eum, » pro concione juraverit, et epistolis aliquot, ut peritissimum rei militaris, utque unicum populi Romani præsidium, prosequatur. Ex quibus in exemplum pauca hinc inde subjeci: « Vale, jucundissime Tiberi, et feliciter rem gere, ἐμοὶ[7] καὶ ταῖς Μούσαις στρατηγῶν. Jucundis-

4. *Fuitque una secreto*, etc. Vide ad August. c. 98., fin.

5. *Sub tam lentis maxillis*. Comparat eum cum bestia, quæ non necat tantum, sed lento cruciatu necandos torquet. Dicit, quam *sævam ac lentam naturam* Tiberii vocat auctor, cap. 57. Pro *erit*, al. *edit*, mero vitio.

6. *Nec illud quidem ignoro*, etc. Conf. Dio, LVI, 45. Tacit. Annal. I, 10: « ne Tiberium quidem (dicebant) caritate aut Reipublicæ cura successorem adscitum; sed quoniam arrogantiam sævitiamque ejus introspexerit, comparatione deterrima sibi gloriam quæsivisse. Etenim Augustus, paucis ante annis, quum Tiberio tribuniciam potestatem a Patribus rursum postularet, quamquam honora oratione, quædam de habitu cultuque et institutis ejus jecerat, quæ velut excusando exprobraret.

7. Ἐμοὶ καὶ ταῖς Μούσαις, etc. Hæc verba, quæ vel desunt in MSS. ut plerumque Græca, vel corrupte leguntur, varie tentata sunt a viris

sime, et, ita sim felix, vir fortissime, et dux νομιμώτατε, vale. » Et, « Ordinem æstivorum tuorum! Ego vero, mi Tiberi, et inter tot rerum difficultates, καὶ τοσαύτην [8] ῥαθυμίαν τῶν στρατευομένων, non potuisse quemquam prudentius gerere se, quam tu gesseris, existimo. Hi quoque, qui tecum fuerunt, omnes confitentur, versum illum in te posse dici :

Unus homo nobis vigilando restituit rem.

Sive quid incidit, de quo sit cogitandum diligentius, sive quid stomachor, valde, medius[9] fidius, Tiberium meum desidero : succurritque versus ille Homericus [10] :

Τούτου δ' ἑσπομένοιο, καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο
Ἄμφω νοστήσαιμεν, ἐπεὶ πέρι οἶδε νοῆσαι.

Attenuatum te esse continuatione laborum, quum audio et lego, Dii me perdant, nisi cohorrescit corpus meum : teque rogo, ut parcas tibi : ne, si te languere audieri-

doctis, maxime ob Musarum, quæ inepta h. l. videbatur, mentionem. Turneb. conjecit καλὰ στρατηγῶν vel ἄριστε στρατηγῶν · Salmas. ἐμοί τε καὶ τοῖς ἐμοῖς, ὦ ἄριστε, στρατηγῶν · Lips. ἐμοὶ καὶ λαοῖς τοῖς σοῖς · Casaub., relictis Musis, ἄριστα στρατηγῶν · Oudend. ἐμοὶ καὶ τοῖς σοῖς σοί τε στρ. · Bremius, ἐμοὶ καὶ τοῖς στρατοῖς ἄρ. στρ. · insistentes fere vestigiis Cod. Memm., ubi corrupte ἐμοὶ καὶ ταῖς μονίσας δίς τε στρ· quibus addere quis posset, ἐμοὶ καὶ Ῥωμαίοις, vel τοῖς Ῥωμαίοις στρατηγῶν, vel ἄριστα στρ. Sed salva est, puto, vulgata. Laudat Augustus et artem militarem Tiberii sibi præstitam, et studia, inter arma Musis dicata, neque inepte comparant locum Horat. Carm. III, 4, 37. Postea pro νομιμώτατε, al. εὐβουλέστατε. Casaub. ex illo conjicit γονιμώτατε, id est, γνησιώτατε, vel μονιμώτατε, i. e. constantissime et fortissime, ex hoc εὐφυέστατε. Vulgatum de *perito*, *idoneo*, interpretatur Ernest. laudans Wesseling. ad Diodor. I, 6, ubi παρὰ τοῖς νομιμωτάτοις τῶν τε φυσιολόγων καὶ τῶν ἱστορικῶν.

8. Ῥαθυμίαν. Oudend. et Wolf. præferunt ἀπροθυμίαν ex Memmiano. — Versus, « Unus homo, etc. » notus est ille Ennii de Fabio, posuitque Augustus *vigilando* pro *cunctando*, ut monuit jam Wolfius.

9. *Medius fidius* ; jurandi formula per deum Fidium, fidei præsidem. Ovid. Fast. VI, 213. Asseverandi altera formula quod præcessit, *ita sim felix*.

10. Τούτου δ' ἑσπομένοιο, etc. Iliad. X, 246. Ibi est Τούτου γ' ἑσπ., et postea Wolf. junctim edidit περίοιδε, quem h. l. secutus est Bremius.

mus, et ego et mater tua exspiremus, et[11] de summa imperii sui populus Romanus periclitetur. Nihil interest, valeam ipse nec ne, si tu non valebis. Deos obsecro, ut te nobis conservent, et valere nunc et semper patiantur, si non populum Romanum perosi sunt. »

XXII. Excessum Augusti non prius palam fecit, quam Agrippa[1] juvene interemto. Hunc Tribunus militum custos appositus occidit, lectis codicillis, quibus, ut id faceret, jubebatur. Quos codicillos, dubium fuit, Augustusne[2] moriens reliquisset, quo materiam tumultus post se subduceret; an[3] nomine Augusti Livia, et ea, conscio Tiberio, an ignaro, dictasset. Tiberius[4] renuncianti Tribuno, factum esse, quod imperasset, « neque imperasse se, et redditurum eum Senatui rationem, » respondit; invidiam scilicet in præsentia vitans. Nam mox silentio rem obliteravit.

XXIII. Jure[1] autem tribuniciæ potestatis coacto Se-

11. *Et de summa imperii*, etc. Abest *de* in Memm. probatque Oudend. Mox pro *si tu non valebis*, Codd. alii, *si tu modo valebis*.

XXII. 1. *Quam Agrippa juvene interemto*. Tacit. Annal. I, 6: « Primum facinus novi principatus fuit Posthumi Agrippæ cædes, quem ignarum inermumque quamvis firmatus animo Centurio ægre confecit. » Conf. Dio, LVII, 3.

2. *Augustusne moriens reliquisset*. Tacit. l. c. « Nihil de ea re Tiberius apud Senatum disseruit; patris jussa simulabat, quibus præscripsisset Tribuno, custodiæ apposito, ne cunctaretur Agrippam morte afficere, quandoque ipse supremum diem explevisset. Multa sine dubio sævaque Augustus de moribus adolescentis questus, ut exsilium ejus Senatusconsulto sanciretur, perfecerat; ceterum, in nullius unquam suorum necem duravit; neque mortem nepoti pro securitate privigni illatam, credibile erat. »

3. *An.... Livia*, etc. Tacit. « Propius vero, Tiberium ac Liviam, illum metu, hanc novercalibus odiis, suspecti et invisi juvenis cædem festinavisse. »

4. *Tiberius renuncianti Tribuno*, etc. Tacit. « Nuncianti Centurioni, ut mos militiæ, factum esse, quod imperasset, neque imperasse sese, et rationem facti reddendam apud Senatum, respondit. »

XXIII. 1. *Jure autem tribuniciæ potestatis*, etc. Usurpaverant Tribuni pleb. jus cogendi Senatus, A. U. 300, M. Valerio et Sp. Virginio

natu, inchoataque[2] allocutione, derepente velut impar dolori congemuit; utque non solum vox, sed et spiritus deficeret, optavit, ac perlegendum librum Druso filio tradidit. Illatum[3] deinde Augusti testamentum, non admissis signatoribus, nisi senatorii ordinis, ceteris extra Curiam signa agnoscentibus, recitavit per libertum. Testamenti initium fuit : « Quoniam sinistra[4] Fortuna Caium et Lucium filios mihi eripuit, Tiberius Cæsar mihi ex parte dimidia et sextante heres esto. » Quo et ipso aucta suspicio est opinantium, successorem ascitum eum necessitate magis, quam judicio, quando ita præfari non abstinuerit.

XXIV. Principatum, quamvis neque occupare[1] confestim, neque agere dubitasset, et statione militum, hoc est, vi et specie dominationis, assumta, diu tamen recusavit impudentissimo[2] mimo; nunc adhortantes amicos

Coss., duce conaminis Icilio Tribuno. Auctor Dio, X, 31. Marcus Varro apud Gell. XIV, 8, « Nam et Tribunis pleb. Senatus habendi jus erat. » Convocati a Tribunis pl. Senatus exempla sunt apud Dion. XLI, 15, et LX, 16, ad ann. 795. Vide Fabric. ad eumdem Dion. LVI, 47.

2. *Inchoataque allocutione*. Addunt vett. editt. *de Republica*, quod ortum ex sequente *derepente*.

3. *Illatum deinde Augusti testamentum*, etc. Conf. ad Aug. cap. 101, et locos ibi allatos. *Per libertum*. Polybium, Augusti libertum, qui partim testamentum scripserat, nominat Dio.

4. *Sinistra Fortuna*. In aliis Codicibus, *atrox Fortuna*.

XXIV. 1. *Quamvis neque occupare confestim, neque agere dubitasset*, etc. Tacit. Annal. I, 7 : « defuncto Augusto, signum prætoriis cohortibus ut Imperator dederat; excubiæ, arma, cetera aulæ; miles in Forum, miles in Curiam comitabatur; literas ad exercitus, tanquam adepto principatu, misit; nusquam cunctabundus, nisi quum in Senatu loqueretur. » Hoc est *agere*, exercere, principatum. Conf. Dio, LVII, 2. De voc. *species* vide ad Cæs. 77.

2. *Impudentissimo mimo*. Ita emendavit vulgarem lectionem *impudentissimo animo* Gronovius, probantibus Dukero ad Flor. II, 14, 3, Ernest. et Wolfio ad h. l. Si staret hæc scriptura, interpungendum saltem esset cum plerisque edd. et Oudend. post *recusavit*, jungendaque *impudentissimo animo.... increpans*. Falsam enim daret senten-

increpans, ut ignaros, quanta bellua esset imperium; nunc[3] precantem Senatum, et procumbentem sibi ad genua, ambiguis responsis et callida cunctatione suspendens: ut quidam patientiam rumperent, atque unus in tumultu proclamaret, « Aut agat, aut desistat: » alter coram exprobraret, « Ceteros, quod polliciti sint, tarde præstare : sed ipsum, quod præstet, tarde polliceri. » Tandem quasi coactus, et querens, « miseram et onerosam injungi sibi servitutem, » recepit imperium; nec tamen aliter, quam ut, depositurum se quandoque, spem faceret. Ipsius[4] verba sunt: « Dum veniam ad id tempus, quo vobis æquum possit videri, dare vos aliquam senectuti meæ requiem. »

XXV. Cunctandi causa erat metus undique imminentium discriminum: ut sæpe, « lupum[1] se auribus tenere, » diceret. Nam[2] et servus Agrippæ, Clemens nomine, non contemnendam manum in ultionem domini compararat: et[3] L. Scribonius Libo, vir nobilis, res novas clam molie-

tiam illud; nam non revera recusavit, sed recusare tantum simulavit. Sed ita etiam inepta esset verborum ambages in *impudentissimo animo*, pro *impudentissime*.

3. *Nunc precantem Senatum.... suspendens*. Tacit. A. I, 11: « Plus in oratione dignitatis quam fidei erat; Tiberioque etiam in rebus, quas non occuleret, seu natura, sive assuetudine, suspensa semper et obscura verba; tunc vero nitenti, ut sensus suos penitus abderet, in incertum et ambiguum magis implicabantur. » Cf. Dio, LVII, 1 et 2.

4. *Ipsius verba sunt*, etc. Conf. Dio, LVII, 8. Post *sunt* additur vulgo *hæc*, quod delevimus cum optimis Codd. et Oudendorpio.

XXV. 1. *Lupum se auribus tenere*. Terent. Phormion. III, 2, 21,

...quod aiunt, *Auribus teneo lupum*,
Nam neque quomodo a me amittam, invenio,
neque, uti retineam, scio;

ubi Donat. dat proverbium Græcum, τῶν ὤτων ἔχω τὸν λύκον, οὔτ' ἔχειν, οὔτ' ἀφεῖναι δύναμαι, ubi interpretatio ab eo, ex quo Donatus hausit, addita videtur, quemadmodum etiam in Terentio versus *Nam neque.... scio* spurius a Bentleio judicatur.

2. *Nam et servus.... Clemens nomine*, etc. Rem narrant Tacit. II, 39 seq. Dio, LVII, 16, ad ann. 769.

3. *Et L. Scribonius Libo*, etc. Tacit. II, 27 seq. a quo dicitur Libo Drusus e familia Scriboniorum; Dio, LVII, 15. Res et ipsa ad ann. 769 pertinet.

batur : et[4] duplex seditio militum, in Illyrico et in Germania, exorta est. Flagitabant[5] ambo exercitus multa extra ordinem : ante omnia, ut æquarentur stipendio prætorianis. Germaniciani[6] quidem etiam Principem detrectabant, non a se datum, summaque vi Germanicum, qui tum iis præerat, ad capessendam Rempublicam perurgebant, quamquam obfirmate resistentem. Quem maxime casum timens, partes sibi, quas Senatui liberet, tuendas in Republica depoposcit : quando[7] universæ sufficere solus nemo posset, nisi cum altero, vel etiam cum pluribus. Simulavit et valetudinem, quo æquiore animo Germanicus celerem successionem, vel certe societatem **principatus, opperiretur. Compositis seditionibus, Cle-**

4. ***Et duplex seditio militum***, **etc. Utramque Tacitus Annal. lib. I narrat; Pannonicam nempe trium legionum cap. 16 ad 30; Germanicam octo legionum cap. 31 ad 50, ad ann. 767.**

5. ***Flagitabant..... prætorianis.*** **Flagitabant, auctore Tacit. A. I, 17, « ut singulos denarios mererent; sextusdecimus stipendii annus finem afferret; ne ultra sub vexillis tenerentur, sed iisdem in castris præmium pecunia solveretur. An prætorias cohortes, quæ** ***binos denarios*** **acciperent, quæ post sedecim annos penatibus suis reddantur, plus periculorum suscipere? etc. » conf. cap. 26, ubi : « Clemens Centurio orditur de missione a sedecim annis; de præmiis finitæ militiæ; ut denarius diurnum stipendium foret; ne veterani sub vexillo haberentur. » Non prorsus igitur** ***æquari stipendio prætorianis*** **voluerunt, quum ii binos denarios acciperent, ipsi singulos postularent. Vide interprett. ad Tacitum. Conf. ad Cæs. cap. 26 de militum stipendio notata. De seditione legionum Pannonicarum vide etiam Dion. LVII, 4.**

6. ***Germaniciani quidem***, **etc. Ita optimi editores interpunxerunt pro, « ut æquarentur stipendio prætorianis Germaniciani.** ***Quidam*** **etiam, etc. » aliisque scripturæ vitiis, quæ enumerata vide apud Burm. et Oudendorp.** ***Germaniciani*** **sunt milites legionum, in Germania bellantium. Eutrop. VII, 11,** ***a Germanicianis exercitibus.*** **Ita** ***Illyriciani*** **et** ***Urbaniciani*** **dicuntur. De seditione præter Tacitum, I, 31 seq. cf. Dio, LVII, 5. —** ***Quamquam obfirmate resistentem.*** **Tacit. cap. 34, « Sed Germanicus, quanto summæ spei propior, tanto impensius pro Tiberio niti, etc. »**

7. ***Quando universæ sufficere.... vel etiam cum pluribus.*** **Tacit. I, 11, « in civitate, tot illustribus viris subnixa, non ad unum omnia deferrent; plures facilius munia Reipubl. sociatis laboribus execu-**

mentem quoque fraude[8] deceptum redegit in potestatem. Libonem, ne quid in[9] novitate acerbius fieret, secundo demum anno in Senatu coarguit, medio temporis spatio tantum cavere contentus. Nam et inter Pontifices sacrificanti simul pro [10] secespita plumbeum cultrum subjiciendum curavit: et [11] secretum petenti, non nisi adbibito Druso filio, dedit: dextramque obambulantis, veluti incumbens, quoad perageretur sermo, continuit.

XXVI. Verum liberatus metu, civilem[1] admodum inter initia, ac paulo minus quam privatum egit. Ex plurimis maximisque honoribus, præter paucos et modicos non recepit. Natalem[2] suum, plebeiis incurrentem Circensibus, vix unius bigæ adjectione honorari passus est.

turos; » verba Tiberii in Senatu fuisse dicit. Cf. Dio, LVII, 2.

8. *Fraude deceptum*. Tacit. II, 40: « dat negotium Sallustio Crispo; ille e clientibus duos (quidam milites fuisse tradunt) deligit, atque hortatur, simulata conscientia adeant, offerant pecuniam, fidem atque pericula polliceantur. Exsequuntur, ut jussum erat: dein speculati noctem incustoditam, accepta idonea manu, vinctum, clauso ore, in Palatium traxere, etc. » Conf. Dion. supra cit.

9. *In novitate;* quum adhuc novus esset princeps, neque satis firmaretur imperium. — *Secundo demum anno;* ann. 769, quum imperium adeptus esset ann. 767. Vide Tacit. et Dion. locis supra citatis.

10. *Secespita*. Festus dicit fuisse « cultrum oblongum, manubrio rotundo, eburneo, solido, vincto ad capulum auro, argentoque, fixum clavis æneis, ære Cyprio, quo Flamines, Flaminicæ virgines, Pontificesque ad sacrificia utebantur. » Imaginem exhibet *de la Chausse*, de Insign. Pont. Max. Tab. 7 (Thes. Græv. tom. V, pag. 316).

11. *Secretum;* Gallice nos, *un entretien secret*.

XXVI. 1. *Civilem agere*, meminisse, civem se cum civibus versari, et *paulo minus quam privatum* i. e. tantum non privatum. Cf. Dio, LVII, 7.

2. *Natalem suum;* XVI Kal. Dec. vide c. 5. — *Vix unius bigæ adjectione*, etc. Ne id quidem permissum fuisse scribit Dio, LVII, 8; et serius etiam tales honores non admisisse Tiberium, narrat idem, LVIII, 12, ad ann. 784. — *Plebeii* autem *Circenses*, distinguendi a *magnis* sive *Romanis*, de quibus dictum ad August. cap. 23, edebantur ab Ædilibus plebis in Circo Flaminio, mense Novembri medio, ut adeo in Tiberii diem natalem inciderent. Plura de iis vide apud Bulenger. de Circo Roman. (Thes. tom. IX, pag. 613).

Templa[3], Flamines, sacerdotes decerni sibi prohibuit: etiam statuas atque imagines, nisi permittente se, poni: permisitque ea sola conditione, ne inter simulacra Deorum, sed inter ornamenta ædium, ponerentur. Intercessit et, quo[4] minus in acta sua juraretur, et[5] ne mensis September, Tiberius; October, Livius vocarentur. Prænomen[6] quoque IMPERATORIS, cognomenque[7] PATRIS PATRIÆ, et [8]civicam in vestibulo coronam recusavit. Ac ne AUGUSTI[9] quidem nomen, quamquam hereditarium, ullis, nisi ad reges ac dynastas, epistolis addidit. Nec[10]

3. *Templa*, etc. Cf. Dio, LVII, 9.

4. *Quo minus in acta sua juraretur*. Tacit. Annal. I, 72, « neque in acta sua jurari, quamquam censente Senatu, permisit; cuncta mortalium incerta; quantoque plus adeptus foret, tanto se magis in lubrico dictitans. » Vide Dion. LVII, 8, ubi Fabricium, et Hansen. de Jurejurando Veterum (Thes. Græv. tom. V, p. 843 seq.). Ceterum, uti notavit Ernest. inventum hoc Cæsarum ad firmandam potestatem fuit, sub Augusto jam usurpatum, quo vim legum acta sua haberent: libera Republica, in leges ipsas jurabatur.

5. *Et ne mensis September, Tiberius*, etc. Quum Novembri natus esset, videretur potius: « et ne mensis *November*, Tiberius; *September*, Livius vocarentur, » uti placuit Casaubono, atque ita Dio, LVII, 18. Sed recte Oudendorp. Suetonium aliam sequi sententiam, dicit, scil. Septembri hunc honorem datum, ut Sextilem, Augustum appellatum, insequenti. Ita ipse Sextilis Augustum nomen non acceperat ob diem Augusti natalem, qui in Septembrem incidabat, sed ob alias causas, de quibus vide ad August. 31.

6. *Prænomen quoque Imperatoris*, etc. Conf. Dio, LVII, 2. Addit autem auctor *prænomen Imperatoris*, quoniam in eo singularis hujus tituli vis erat, longe diversa ab eodem alicujus nomini subjuncto. Cf. ad Cæs. 76. A militibus sensu antiquo Tiberius etiam hoc nomen admisit: Dio, LVII, 8.

7. *Cognomenque Patris Patriæ*. Conf. Dio, LVII, 8. Tacit. I, 72, « Nomen Patris Patriæ Tiberius, a populo sæpius ingestum, repudiavit. »

8. *Et civicam in vestibulo coronam*. Hanc coronam *quernam* seu *civicam*, ob servatos nimirum cives Augusto prius decretam, celebrat Ovid. Metam. I, 562; Fast. I, 614; Trist. III, 1, 36. Valer. Maxim. II, 8, fin. « Cæterum ad quercum pronæ manus porriguntur, ubi ob cives servatos corona danda est, *qua postes Augustæ domus* sempiterna gloria *triumphant*. »

9. *Ac ne Augusti quidem nomen*, etc. Cf. Dio, LVII, 2 et 8.

10. *Nec amplius quam mox*, etc. Al. *quam omnino*. Illud, quamquam duriore verborum ordine, unice

amplius quam mox tres consulatus, unum[11] paucis diebus, alterum[12] tribus mensibus, tertium[13] absens usque in Idus Maias gessit.

XXVII. Adulationes[1] adeo aversatus est, ut neminem Senatorum, nisi[2] aut officii aut negotii causa, ad lecticam

verum. Non enim sermo de omnibus omnino Tiberii consulatibus, quum duos jam ante imperium gessisset, primum ann. 741, alterum ann. 747 (vide supra ad c. 9), sed de iis tantum, quos imperium adeptus recepit.

11. *Unum paucis diebus*; ann. 771, cum Germanico, Tacit. Annal. II, 53; cf. Fabric. ad Dion. LVII, 20. Suffectus est ei mense adhuc Januario L. Sejus Tubero, ut apparet ex Inscript. apud Gruter. XXVI, 9, de qua vide Ernest. in Excurs. ad h. l. et Oudend., contra Cuperum et Burmannum recte disputantes. Nimirum fuit consulatus Tiberii omnino tertius, Principis primus.

12. *Alterum*, etc. ann. 774, cum Druso filio. Tacit. Annal. III, 31, « Sequitur Tiberii quartus, Drusi secundus consulatus, patris atque filii collegio insignis. » Dio, LVII, 20. Hunc gessit usque ad Kal. April. Quis suffectus ei fuerit, memoriæ non proditum est. Vide Pighii Annal. tom. III, pag. 551. Neminem suffectum, sed Drusum solum consulatus munia obiisse, statuit Oudendorp. ad h. l.

13. *Tertium absens*, etc. ann. 784, quum Capreis degeret, adscito collega Sejano, cujus interitum meditabatur. Conf. Dion. LVIII, 4, et Nostr. infra, c. 65, ubi *quintus* hic Tiberii consulatus dicitur, ex vera ratione annumeratis duobus ante imperium. Nostro autem loco legendum *usque in VII Id. Maias*, ex lapide Nolano docent Græv. et Oudend., et Wolf. ad Excurs. Ernest. ad h. l.

XXVII. 1. *Adulationes adeo aversatus est*, etc. MONTESQUIEU, *Grandeur et Décadence*, etc. cap. XIV : « Il ne paraît point que Tibère voulût avilir le sénat : il ne se plaignait de rien tant que du penchant qui entraînait ce corps à la servitude; toute sa vie est pleine de ses dégoûts là-dessus : mais il était comme la plupart des hommes, il voulait des choses contradictoires; sa politique générale n'était point d'accord avec ses passions particulières. Il aurait desiré un sénat libre, et capable de faire respecter son gouvernement; mais il voulait aussi un sénat qui satisfît à tous les momens ses craintes, ses jalousies, ses haines : enfin l'homme d'état cédait continuellement à l'homme. »

2. *Ut.... nisi aut officii aut negotii causa*, etc. Quod abest a plerisque, *nisi*, auctoritate trium Codd. restituerunt Oudend. et Wolf. Ille locum sic interpretatur : « Noluit, Senatores aut Equitum præcipuos lecticam suam comitari, ut satellites, ac παρακολουθεῖν, ut Dio, LVII, 11 : sed si quis officii aut negotii necessarii causa se adire vellet, facile admisit, instar Augusti, c. 53. » Hos non admisisse, superbiæ po-

suam admiserit; consularem[3] vero satisfacientem sibi, ac per genua orare conantem, ita suffugerit, ut caderet supinus: atque etiam, si quid in sermone, vel in continua oratione blandius de se diceretur, non dubitaret interpellare, ac reprehendere, et commutare continuo. *Dominus*[4] appellatus a quodam, denunciavit, ne se amplius contumeliæ causa nominaret. Alium dicentem, « sacras ejus occupationes, » et rursus alium, « auctore eo Senatum se adisse, » verba mutare, et pro *auctore*, *suasorem*; pro *sacris*, *laboriosas* dicere coegit.

XXVIII. Sed[1] et adversus convicia malosque rumores, et famosa de se ac suis carmina, firmus ac patiens, subinde jactabat, « in civitate libera linguam mentemque liberas esse debere. » Et quondam, Senatu cognitionem de ejusmodi criminibus ac reis flagitante, « Non tantum, inquit, otii habemus, ut implicare nos pluribus negotiis

tius fuisset, ut recte judicat Bremius, qui tamen *officium* i. e. salutationem male explicat.

3. *Consularem*, etc. Q. Haterium. Tacit. Annal. I, 13: « Constat, Haterium, quum deprecandi causa (i. e. *satisfacientem* apud Nostrum; vide ad Cæs. 73) Palatium introisset, ambulantisque Tiberii genua advolveretur, prope a militibus interfectum, quia Tiberius, casu an manibus ejus impeditus, prociderat: neque tamen periculo talis viri mitigatus est, donec Haterius Augustam oraret, ejusque curatissimis precibus protegeretur: » qui locus docet, Tiberium sævitiam potius, quam modestiam in ea re ostendisse.

4. *Dominus*, etc. Cf. Dio, LVII, 8. Tacit. Annal. II, 87: « acerbe increpuit eos, qui *divinas occupationes*, ipsumque *Dominum* dixerant; unde angusta et lubrica oratio sub Principe, qui libertatem metuebat, adulationem oderat. » Tiberius apud Chénier, *Tibère*, act. IV, sc. 2, Cneium Pisonis filium alloquitur:

Un Romain tel que vous à l'empire appartient.

CNÉIUS.

Moi, Seigneur?

TIBÈRE.

C'est aux rois que ce titre convient.
Ah! laissez prononcer aux esclaves d'Asie
Les noms avilissans qu'obtient la tyrannie.
Je ne commande point: j'obéis à la loi;
Et je suis à l'état; l'état n'est point à moi.

De voce *dominus* vide quæ notavimus ad August. cap. 53. Cf. Lips. Excurs. ad Tacit. l. c.

XXVIII. 1. *Sed et adversus convicia*, etc. Conf. Dio, LVII, 9, et quæ Tacit. I, 72 seq. de lege majestatis reducta maximaque severitate exercita dicit.

debeamus. Si[2] hanc fenestram aperueritis, nihil aliud agi sinetis: omnium inimicitiæ hoc[3] prætextu ad nos deferentur. » Exstat et sermo ejus in Senatu percivilis: « Si quidem locutus aliter fuerit, dabo operam, ut rationem factorum meorum dictorumque reddam: si perseveraverit, invicem eum odero. »

XXIX. Atque hæc eo nobiliora erant, quod ipse in appellandis venerandisque et singulis, et universis, prope excesserat humanitatis modum. Dissentiens in Curia a Q.[1] Haterio, « Ignoscas, inquit, rogo, si quid adversus te liberius, sicut Senator, dixero. » Et inde omnes alloquens: « Dixi et nunc, et sæpe alias, P. C., bonum et salutarem Principem, quem vos tanta et tam libera potestate instruxistis, Senatui servire debere, et universis civibus sæpe, et plerumque etiam singulis: neque id dixisse me pœnitet, et bonos et æquos et faventes vos[2] habui dominos, et adhuc habeo. »

XXX. Quin etiam speciem libertatis quandam induxit, conservatis Senatui ac magistratibus et majestate pristina et potestate: neque[1] tam parvum quicquam, neque tam

2. *Si hanc fenestram aperueritis.* Ita Terent. Heautont. III, 1, 72, « quantam fenestram ad nequitiem patefeceris. » Eadem prorsus formula dicimus nos, « *ouvrir la porte* à tels ou tels abus. »

3. *Hoc prætextu.* Vide Cæs. cap. 30. Postea plerique *ad vos*, et pro *aliter* al. *alter* vitiose. Si loculus is aliter fuerit (hominem Tiberius non nominat), si dicta, convicia in me sua revocaverit, dabo operam, etc.

XXIX. 1. *Q. Haterio.* Conf. ad cap. 27. De ejus morte atque laudibus vide Tacit. Annal. IV, 61, et ibi Lipsium.

2. *Vos habui dominos.* In eo, et quod *Senatui servire se debere* dixit, excessit Tiberius humanitatis modum.

XXX. 1. *Neque tam parvum quicquam..... de quo non.... referretur.* Cf. Dio, LVII, 7. Quod ad dictionem attinet, confert Reitzius Cic. ad Div. V, 11, « ut nullam rem, neque tam magnam, neque tam parvam putet, quæ mihi aut difficilis, aut parum me digna videatur. » Ceterum *referretur* recte explicat Oudend. « per quosvis relationis jus habentes, civiliter patiente et permittente eo, » contra Ernest. temere conjicientem *referret.*

magnum publici privatique negotii fuit, de quo non ad P. C. referretur. De vectigalibus ac[2] monopoliis, de exstruendis reficiendisve operibus, etiam de legendo vel exauctorando milite, ac [3] legionum et auxiliorum descriptione; denique, quibus imperium prorogari, aut extraordinaria bella mandari, quid et qua forma regum literis rescribi placeret. Præfectum[4] alæ, de vi et rapinis reum, causam in Senatu dicere coegit. Nunquam Curiam nisi solus intravit: lectica[5] quondam introlatus æger, comites a se removit.

· XXXI. Quædam[1] adversus sententiam suam decerni, ne questus quidem est. Negante eo, destinatos magistratus abesse oportere, ut præsentes honori[2] acquiescerent,

2. *Monopoliis.* De *monopoliis* crebras fuisse querimonias provinciales ad Principes, crebraque Senatusconsulta, patet e Plin. Hist. Nat. VIII, 37 (56). Est autem *monopolium*, quando uni homini vel societati aliquid vendendum permittitur, exclusis reliquis, quo efficitur mercium caritas; unde legibus civilibus ea sunt merito prohibita. Vide Cod. Justin. IV, tit. 59, leg. 1.

3. *Ac legionum et auxiliorum descriptione;* id est, non modo constituendo legionum et auxiliorum numero, uti Ernestius, sed disponendis etiam iis, distribuendisque per provincias. Vide ipsum Ernest. in Clav. Cicer. et alterum Ern. in Glossar. Liv. Ceterum liber Memm. *discriptione*, quod jure improbant Burmann. et Oudendorp. Primitiva enim significatio videtur *in tabulam* vel *catalogum referre*, *καταγράφειν*, unde i. q. *constituere*, *definire*, et ubi de re ad varios homines vel partes pertinente sermo, *distribuere*, *dividere*.

4. *Præfectum alæ.* De *alis* vide ad Aug. 38, ubi *tribunatus legionum*, et *præfecturæ alarum* junguntur, qui locus docet, illo tempore majorem locum fuisse præfecti alæ, quam tribuni, quod mutavit Claudius (Claud. cap. 25).

5. *Lectica.... æger.* Conf. Dio, LVII, 17, ad ann. 770. Ut lectica Senatum adirent, sola valetudinis causa excusare poterat. De *lecticarum* usu vide Lipsium, Elect. I, 9; Scheffer. de Re Vehicul. II, 5, et Fabric. ad Dion. LVII, 15. De modestia in removendis comitibus cf. ad cap. 27.

XXXI. 1. *Quædam... ne questus quidem est.* Cf. Dio, LVII, 7.

2. *Ut..... honori acquiescerent.* Fuit, qui mallet *adsuescerent*, et probarunt Ruhnken. et Wolfius. Sed *acquiescere* Suetonio sæpius est *operam dare*, *studere*. Ita cap. 56, « Græculos, quibus vel maxime *acquiescebat;* » Vitell. 14, « vaticinante Catta muliere, cui velut oraculo *acquiescebat;* » et Tit. 7, « ami-

Prætor designatus liberam[3] legationem impetravit. Iterum censente[4], ut Trebianis legatam in opus novi theatri pecuniam ad munitionem viæ transferre concederetur, obtinere non potuit, quin rata voluntas legatoris esset. Quum Senatusconsultum per[5] discessionem forte fieret, transeuntem eum in alteram partem, in qua pauciores erant, secutus est nemo. Cetera quoque nonnisi per ma-

cos elegit, quibus etiam post eum Principes.... *acquieverunt, præcipueque sunt usi:* » quibus singulis locis auctor etiam *vacare, operam dare*, dicere potuisset, ut adeo, si reperissem in aliquo libro *adsuescerent*, id glossema potius habuissem. Reitz. significationem *contentum esse* hoc etiam loco admitti posse censet. Sed hoc sensu semper Latinos dicere *in aliqua re acquiescere* i. e. quietum esse, illo *acquiescere* idem esse, quod *accumbere*, exempla docent, in Lexicis reperiunda.

3. *Liberam legationem*. Vide Clav. Cicer. Ind. leg. sub *Julia de legationibus liberis*.

4. *Censente.... obtinere non potuit;* id est, ψηφισαμένου... οὐκ ἐπεκράτει. Notandus usus participii præsentis pro ἀορίστῳ, ut Cæs. 65, *admonens;* et ἀναπείσαντες, apud Græcos sæpius obvium, quam apud Latinos. Quæ enim exempla laudat Duker. ad Flor. IV, 12, 28, pleraque non quadrant, ut monuerunt jam alii, præter Justin. XI, 7, « Iterato *quærentibus* de persona regis, *jubentur* eum regem observare, etc. » ubi auctor dicere voluerat, ut proxime ante, *oracula responderunt*, sed in scribendo aliud verbum adhibuit, orationi minus conveniens. Ita nostro loco auctor scripsit *censente* ob præcedens *negante*, quumque pergere debuisset, *Senatus obtinuit, ut rata voluntas legatoris esset*, neglecto illo ablativo, aptiorem sententiam addidit, ipsum obtinere non potuisse dicens. Futiles autem sunt emendationes *censens*, et *obtineri non potuit*, quarum hæc etiam sensum prorsus diversum efficit. Ceterum, vide viros doctos a Burm. et Oudend. laudatos. — *Trebianis*. Quæ ex pluribus civitatibus Italiæ, quibus *Trebiæ* nomen, intelligenda sit, haud definierim. *Trebiam*, locum non multum Roma distantem ex Livio, II, 39, cum Donato Burmannus, *Trebulam Mutuscam* Sabinorum, quæ et *Trebia* dicta, Oudendorpius, *Trebiam* Umbriæ, hodie *Trebi*, Reitzius dici censet. Hoc maxime placet.

5. *Per discessionem*. Nota res est, triplici modo assensum in Senatu esse datum, vel *voce*, vel *manu*, vel *pedibus*, i. e. *discessione*, ubi ad ejus partem transibant, cujus sententiam probabant, unde *pedibus in alicujus sententiam ire*, et ipse usus verbi *accedere ad alicujus sententiam*, turpe denique *pedariorum* nomen. Præter eos, qui de antiquitatibus Romanis scripserunt, vide Cortium ad Sallust. Bell. Catilin. cap. 50; et not. in nost. edit. p. 80.

gistratus, et jure ordinario agebantur; tanta Consulum auctoritate, ut legati ex Africa adierint eos, querentes, trahi[6] se a Cæsare, ad quem missi forent. Nec mirum, quum palam esset, ipsum[7] quoque eisdem et assurgere, et decedere via.

XXXII. Corripuit consulares exercitibus præpositos, quod[1] non de rebus gestis Senatui scriberent, quodque de tribuendis[2] quibusdam militaribus donis ad se referrent: quasi non omnium tribuendorum ipsi jus haberent. Prætorem collaudavit, quod[3], honore inito, consuetudinem antiquam retulisset, de majoribus suis pro concione memorandi. Quorundam illustrium exsequias[4] usque ad rogum frequentavit. Parem moderationem minoribus quoque et personis et rebus exhibuit. Quum Rhodiorum magistratus, quod literas publicas sine[5] subscriptione ad

6. *Trahi*, detineri, tardari se a Cæsare.

7. *Ipsum..... et assurgere*. Conf. Dio, LVII, 11.

XXXII. 1. *Quod non.... scriberent;* quem morem primum neglexisse Agrippam, monuit jam Casaub. ex Dion. LIV, 24, quamquam modestiæ Agrippæ id tribuente.

2. *Quodque de tribuendis quibusdam militaribus donis*, etc. Rem narrat Tac. Annal. III, 21, ad ann. 773: « eo prælio Rufus Helvius, gregarius miles, servati civis decus retulit; donatusque est ab Apronio torquibus et hasta. Cæsar addidit civicam coronam, *quod non eam quoque Apronius, jure Proconsulis, tribuisset, questus magis, quam offensus.* » — Codices alii, *quasi non omnium.... ipse jus haberet*: male: verba Tiberii ab auctore referuntur. Vide August. 25.

3. *Quod.... consuetudinem antiquam retulisset*, etc. Cic. Agrar. II, 1: « Est hoc in more positum, institutoque majorum, ut ii, qui beneficio vestro imagines familiæ suæ consecuti sunt, eam primam habeant concionem, qua gratiam beneficii vestri cum suorum laude conjungant, etc. »

4. *Exsequias... frequentavit*. Cf. Dio, LVII, 11 et 14. Videntur Imperatores in funeribus virorum illustrium ad laudationem tantum, quæ fiebat in Foro, venire soliti, nec interesse officio, quum e Rostris ad bustum extra urbem corpus efferretur, quam et alii multi pietatis legem in exsequiis non magis curabant.

5. *Literas.... sine subscriptione;* in quibus omissa clausula, qua, quum ad Principem scriberent, felicitatem illi optabant. Conf. Dio, LVII, 11, ubi comparat Fabricius Plin. Epist. X, 1, « Forteut te et

se dederant, evocasset, ne verbo quidem insectatus, ac tantummodo jussos subscribere, remisit. Diogenes Grammaticus, disputare[6] sabbatis Rhodi solitus, venientem eum, ut se extra ordinem audiret, non admiserat, ac per servulum suum in septimum diem distulerat. Hunc Romæ, salutandi sui causa pro foribus adstantem, nihil amplius, quam ut post septimum annum rediret, admonuit. Præsidibus[7], onerandas tributo provincias suadentibus, rescripsit: « Boni pastoris esse, tondere pecus, non deglubere. »

XXXIII. Paulatim Principem[1] exseruit, præstititque: etsi varium diu, commodiorem tamen sæpius, et ad utilitates publicas proniorem. Ac primo eatenus[2] interveniebat, ne quid perperam fieret. Itaque et[3] constitutiones quasdam Senatus rescidit, et magistratibus pro tribunali

hilarem, Imperator optime, et privatim et publice opto, » et Brisson. de Formulis, pag. 324. Jure igitur improbant Wolfius et Oudend. Ernestii interpretationem de subscriptione nominum.

6. *Sabbatis;* id est, septimo quoque hebdomadis die, ut apparet ex sequentibus, *in septimum diem distulerat*. Sabbati nomen a consuetudine cum Judæis ad Romanos pervenisse, docet hic locus et Senec. Epist. XCV, « accendere aliquem lucernam sabbatis prohibeamus. « De celebrato autem a Græcis quoque aliisque populis die septimo, vide Casaub. ad h. l. et Fabric. ad Dion. XXXVII, 17.

7. *Præsidibus.... rescripsit*, etc. Conf. Dio, LVII, 10; Oros. VII, 4. Tacit. Annal. IV, 6, « et, ne provinciæ novis oneribus turbarentur, atque vetera sine avaritia aut crudelitate magistratuum tolerarent, providebat. » Dictum Tiberii multis illustrant Casaubon. ad h. l. et Fabric. ad Dion. l. c.

XXXIII. 1. *Principem exseruit;* i. e. abditum antea simulationis latebris protulit et ostendit. Al. *exercuit*. Sed id jam est in *præstitit*. *Exseruit* finem simulationi impositum, *præstitit* facta Principi convenientia significat. Ita manum veste abditam exsero, deinde exseruisse, factis præsto.

2. *Interveniebat.* Antea in administranda Republica omnia magistratibus relinquere videbatur, nullas sibi partes arrogabat. Nunc suam auctoritatem interponere, se negotiis regendis immiscere cœperat. Ita Cæs. cap. 30, *neque Senatu interveniente.*

3. *Et constitutiones.... rescidit, et magistratibus... in parte primori.* Tacit. Annal. I, 75, « Nec Patrum cognitionibus satiatus, judiciis as-

cognoscentibus plerumque se offerebat consiliarium, assidebatque juxtim, vel ex adverso in parte primori: et si quem reorum elabi gratia, rumor esset, subitus aderat, judicesque aut e [4] plano, aut e quæsitoris tribunali, legum et [5] religionis, et noxæ, de qua cognoscerent, admonebat: atque etiam, si qua in publicis moribus desidia aut mala consuetudine labarent, corrigenda suscepit.

XXXIV. Ludorum ac munerum impensas [1] corripuit, mercedibus [2] scenicorum recisis, paribusque gladiatorum ad certum numerum redactis. Corinthiorum vasorum pretia in immensum [3] exarsisse, tresque [4] mullos xxx mil-

sidebat *in cornu tribunalis* (i. e. *in parte primori*), ne Prætorem curuli depelleret, multaque eo coram adversus ambitum et potentium preces constituta: sed dum veritati consulitur, libertas corrumpebatur. » Conf. Dio, LVII, 7. Ceterum, recepimus cum Oudend. et Wolf. *juxtim* i. e. juxta magistratum cognoscentem (ut postea *e quæsitoris tribunali*), pro vulg. *mixtim* i. e. inter judices.

4. *E plano*. Opponitur *e quæsitoris* i. e. ejus, cui quæstio vel ordinaria competebat, vel extraordinaria demandata erat, *tribunali*. Est igitur, E loco non edito, i. e. inter reliquos judices.

5. *Religionis*, jurisjurandi, quo præstito ad judicialem calculum accedebant.

XXXIV. 1. *Corripuit*, contraxit, minuit, ut Domit. 4, « singulos (missus) a septenis spatiis ad quina *corripuit*. » Ita *corripere gradum* Horat. Carm. I, 3, 33, *viam corripere* Plin. Epist. IV, 1 et al. de via dicitur, quam contrahit aucta currentis celeritas.

2. *Mercedibus scenicorum recisis*. Tacit. Annal. I, 77, « de modo *lucaris* (i. e. mercedum scenicorum) et adversus lasciviam fautorum, multa decernuntur, » ubi conf. Excursum Lipsii de modo lucaris variis temporibus. Capitolin. de M. Antonino Imperatore, c. 11, « Temperavit scenicas donationes, jubens, ut quinos aureos scenici acciperent; ita tamen, ut nullus editor decem aureos egrederetur. »

3. *Exarsisse*. De vocabulis, annonæ gravitatem significantibus, et ab incendio desumtis, cf. Turneb. Advers. XXII, cap. 32. Notat omnino *exardescere*, a parvo initio, ut e scintilla, in maximum excrescere.

4. *Tresque mullos*, etc. *Mullus* est piscis, qui *barbo* quoque, Gr. τρίγλη dicitur, descriptus a Plin. Hist. Nat. IX, 17 (30). Tanta autem luxuria amabant hunc cibum Romani, ut, auctore eodem Plin. c. 31, unum octo millibus nummum, Caio principe, emerit Apicius, alium sub ipso Tiberii imperio quinque millibus Octavius, quod narrat Senec. Ep. XCV, ut adeo, tres mullos triginta millibus venisse, haud incredibile sit. Tamen ejicere hoc

libus nummum venisse, graviter conquestus, adhibendum supellectili modum censuit, annonamque macelli, Senatus arbitratu, quotannis temperandam; dato[5] Ædilibus negotio popinas ganeasque usque eo inhibendi, ut ne opera quidem pistoria proponi venalia sinerent. Et ut parcimoniam publicam exemplo quoque juvaret, solemnibus ipse cœnis pridiana sæpe ac semesa obsonia apposuit, dimidiatumque aprum; affirmans, omnia[6] eadem

loco *mullos* viri docti voluere, quod proxime antecedit *Corinthiorum* mentio, et sequitur, *supellectili* modum adhibitum. Burmann. ideo conjecit *trullas* vel *trulleos*, quod vasorum genus ad Corinthia refert Plin. XXXIV, 2, et memini, eamdem conjecturam me legere prius jam in singulari super h. l. dissertatione prolatam a scholæ Quedlinburg. Rectore, Winckenio. Sed hæc virorum doctorum conamina vanerunt ex inobservantia moris Suetonii sæpe notati, quo duobus membris duo subjungit, quæ sibi invicem respondeant, ut adeo hoc loco ob immensa *Corinthiorum* vasorum pretia, *supellectili* modum adhibendum, ob *tres mullos* triginta millibus HS. emtos, *annonam macelli* quotannis temperandam censuisse dicatur. Utramque rem in Senatu agitatam, memorat etiam Tacitus, quamquam non eodem loco, quod et ipsum erroris causa fuit viris doctis. Nam Annal. II, 33, ad ann. 769, de *vasis*, vestibus, *supellectile*, familia, et III, 52, ad ann. 775, de coercendo *ventris* at *ganeæ paratu*, rismmendaque *lege sumtuaria* sententias in Senatu factas, narrat. Conf. Ernest. ad Annal. III, 52, et Excurs. ad nostr. locum. Prius Tiberii edictum ann. 769 memorat etiam Dio, LVII, 15.

5. *Dato Ædilibus negotio*, etc. De eo intelligo etiam verba Taciti, III, 55, « auditis Cæsaris literis, *remissa* Ædilibus talis cura, » id est, ab Imperatore, cui imponere eam voluerat Senatus, ad magistratus rejecta. Ipse enim Tiberius ibi in literis cap. 54, « si quis ex magistratibus tantam industriam ac severitatem pollicetur, ut ire obviam queat; hunc et laudo, et exonerari laborum meorum partem fateor; sin accusare vitia volunt, dein, quum gloriam ejus rei adepti sunt, simultates faciunt (vel fugiunt), ac mihi relinquunt, credite, P. C., me quoque non esse offensionum avidum, etc. » Quod enim Ernestius ad nostrum locum regerit, de diversis temporibus sermonem esse, non meminerat vir summus, Suetonium partes singillatim, neque *per tempora*, sed *per species* exsequi, ut dicebat Aug. cap. 9. Postea, *opera pistaria* sunt dulciariorum opera (Gallice *la pâtisserie*).

6. *Omnia eadem habere, quæ totum*; id est, nihil interesse, a toto apro apposito epulentur, an a dimidiato; easdem enim esse carnes, eumdem saporem, ut recte Ernestius. Muller. conjicit *omnia*

habere, quæ totum. Quotidiana[7] oscula prohibuit edicto: item[8], strenarum commercium ne ultra Kalendas Januarias exerceretur. Consuerat quadruplam strenam, et de manu, reddere: sed offensus, interpellari se toto mense ab iis, qui potestatem sui die festo non habuissent, ultra non[9] tulit.

XXXV. Matronas prostratæ pudicitiæ, quibus accusator publicus deesset, ut [1] propinqui, more majorum, de communi sententia coercerent, auctor fuit. Equiti Romano jurisjurandi[2] gratiam fecit, ut uxorem in stupro generi compertam dimitteret, quam se nunquam repudiaturum, ante juraverat. Feminæ[3] famosæ, ut ad evitandas legum

eundem, scil. dimidiatum aprum. At ita scripsisset auctor *eum*, non *eumdem*..

7. *Quotidiana oscula prohibuit edicto;* non puto ob superbiam, ut ipse etiam hac osculandi consuetudine facilius supersederet, neque ut faciei morbis occurreret, inde oriundis, sed ne turpi marium libidini occasio daretur, quam optime noverat flagitiosissimus Princeps.

8. *Item, strenarum commercium*, etc. Vide notata ad August. 57, et quæ citat hic e Dione Baumgart.

9. *Ultra non tulit.* Ita optimi Codd., et ediderunt Burmann., Oudend. probante Wolfio. *Ferre* est *pati*, scil. se interpellari. Vulgo, *non reddidit*.

XXXV. 1. *Ut propinqui, more majorum.... coercerent*, etc. Erat enim uxor in potestate mariti. Cf. Dionys. Archæol. II, 25. Ob temulentiam etiam matronas a maritis reliquisque propinquis morte punitas, exemplis probat Plin. H. N. XIV, 13 (14). Conf. Heinecc. Ant. Rom. I, tit. 10, § 6. Tiberii edicto occasionem dedisse Casaubonus putat, quod Tacit. Annal. II, 85, narrat, « exactum et a Titidio Labeone, Vistiliæ marito, cur in uxore delicti manifesta ultionem legis omisisset, etc. » et occasionem quidem dare potuit, quamquam ibi ex lege Julia de adulteriis quæsitum.

2. *Jurisjurandi gratiam fecit;* i. e. a servando jurejurando liberavit. Id ad Principum jus pertinuisse docet Cujac. ad Novell. 51. Postea *in stupro compertam* Suetonius dixit significatione, quod aiunt, prægnante, ita ut in *corrupta* duplex sit notio, *reperta* et *convicta*. Hoc enim est auctori nostro *compertus*. Mullerus tamen *compertam* ortum putat ex compendio scribendi pro *comprehensam*.

3. *Feminæ famosæ... lenocinium profiteri cœperant.* Adulterii libidinumque graves pœnas lege maxime Julia Augusti Imperatoris constitutas fuisse, vidimus ad August. 34, ac in Paulli Sentent. rec. II, tit. 26, quem locum Heinecc. Ant. IV, tit.

pœnas jure ac dignitate matronali exsolverentur, lenocinium profiteri cœperant: et[4] ex juventute utriusque ordinis profligatissimus quisque, quo minus in opera scenæ arenæque edenda Senatusconsulto tenerentur, famosi judicii notam sponte subibant. Eos easque omnes, ne quod refugium in tali fraude cuiquam esset, exsilio affecit. Senatori[5] latum clavum ademit, quum cognovisset, sub Kalendas Julias demigrasse in hortos, quo vilius post diem ædes in Urbe conduceret. Alium et quæstura remo-

18, § 51, excitavit, diserte legitur: « Adulterii convictas mulieres dimidia parte dotis, et tertia parte bonorum, ac *relegatione in insulam* placuit coerceri. » Has pœnas ut effugerent, *famosæ feminæ lenocinium apud Ædiles*, quibus fornicum cura, *profitebantur*, itaque matronarum et numero, et jure excedebant, more jam inter veteres recepto, quum pudore adhuc a tanta infamia absterreri crederentur. (Locus classicus apud Tacit. Annal. II, 85, « Eodem anno (772) gravibus Senatus decretis libido feminarum coercita, cautumque, ne quæstum corpore faceret, cui avus, aut pater, aut maritus Eques Romanus fuisset: nam Vistilia, prætoria familia genita, *licentiam stupri apud Ædiles vulgaverat* (i. e. lenocinium professa fuerat); more inter veteres recepto, qui satis pœnarum adversum impudicas in ipsa professione flagitii credebant, » ubi vide Lipsii not. et Excurs.). Sed hoc ipsum effugium Tiberius iis exemit, quum sic etiam exsilio puniret, idque postea æque valuisse docet locus Papiniani (a Lipsio in Exc. citatus), l. X de adult. « Mulier, *quæ evitandæ pœnæ adulterii gratia lenocinium fecit*, aut operas suas scenæ locavit, adulterii accusari damnarique Senatusconsulto potest. »

4. *Et ex juventute... notam sponte subibant. Utrumque ordinem* senatorium intelligis et equestrem; nota formula. Insanam vero temporum illorum cupiditatem, in scena arenaque operam præstandi vanamque artem ostendendi, ad August. antea notavimus, cap. 43. Ita porro tenebantur illo furore *senatorii equestrisque ordinis* juvenes, ut, quemadmodum famosæ feminæ matronarum jure, ita ipsi loco et dignitate in Republica, æque ac *turpi judicio notati*, sponte exclusi esse mallent, quam ludicris illis abstinere. Hos ipsos, quum abjecto pudore a Republ. recessissent, civitate etiam ejecit Imperator.

5. *Senatori latum clavum ademit*; i. e. Senatu eum movit. Ita scripsit auctor variandi sermonis causa, quod sequitur *quæstura removit*. — Kalendæ Juliæ locationibus et conductionibus habitationum apud Romanos erant constitutæ. Vide Burmann. de Vectigal. c. 8; Manut. ad Cic. ad Div. XIII, 2; Ernest. ad hunc locum.

vit, quod uxorem, pridie[6] sortitione ductam, postridie repudiasset.

XXXVI. Externas[1] cerimonias, Ægyptios Judaicosque ritus compescuit; coactis, qui superstitione ea tenebantur, religiosas vestes cum instrumento omni comburere. Judæorum juventutem, per speciem sacramenti, in[2] provincias gravioris cæli distribuit: reliquos gentis ejusdem,

6. *Pridie sortitione.* Hæc omnium Codd. est lectio, probata Oudend. et Wolf. interpretantibus de uxore per sortem quasi ludo jocoque ducta, quod convenit levitati hujus temporis, ut monet Wolfius, et consilio auctoris, qui de coercita tali levitate a Tiberio exponit. Sed Memm. liber habet *pridie sortitionem*, itaque suaserat Turneb. Advers. XIV, 17, explicans, « E sortitione provinciæ quum amplissimas speraret divitias, uxoris ut pauperis contubernium despicere cœpit. » Melius Ernest. cum aliis de elusa lege Papia Poppæa intellexit, ut ducta uxore honorem quæsierit, accepto honore uxorem repudiaverit. At Quæstorem jam fuisse, neque adeo tali fraude opus habuisse, recte regerit Oudend. in dubium etiam vocans Latinitatem dictionis *pridie sortitionem*, cui quæ exempla opponit Reitzius, nihil probant, quum in omnibus *pridie* diei quidem vel festo aut ludo, nunquam rei alicui factæ præpositum reperiatur. Vide Wolf. ad hunc locum.

XXXVI. 1. *Externas cerimonias.... compescuit*; ann. 772. Tacit. Annal. II, 85, « Actum et *de sacris Ægyptiis Judaicisque* pellendis; factumque Patrum consultum, *ut quatuor millia libertini generis, ea superstitione infecta, quis idonea ætas, in insulam Sardiniam veherentur*, coercendis illic latrociniis, et, si *ob gravitatem cæli* interissent, vile damnum; ceteri cederent Italia, nisi certam ante diem profanos ritus exuissent. » Cf. Joseph. XVIII, 3; Philo, *Legat. ad Caium*, p. 569 ed. Mangean. qui tamen, quum fictis Sejani criminibus rem tribuat, de seriori tempore loqui videtur Ernestio ad Tacit. l. c. nisi erravit Judæus. — Montesquieu, *Dissertation sur la politique des Romains dans la religion*, ubi sua quemque religionis forma libere apud eos usum esse dixit, « Il est vrai que la religion « égyptienne fut toujours proscrite « à Rome: c'est qu'elle était intolérante, qu'elle voulait régner « seule, et s'établir sur les débris « des autres; de manière que l'esprit de douceur et de paix qui « régnait chez les Romains fut la « véritable cause de la guerre qu'ils « lui firent sans relâche. » Judæos autem cum Ægyptiis Romani miscuerunt, uti cum Judæis Christianos, qui tandem vicerunt.

2. *In provincias gravioris cæli*; in Sardiniam, ut docent loca supra citata. De more periculosas gentes in alias regiones transplantandi, vide Fabricium ad Dion. LIV, 31.

vel similia sectantes, Urbe summovit, sub pœna perpetuæ servitutis, nisi obtemperassent. Expulit[3] et mathematicos: sed deprecantibus; ac, se artem desituros, promittentibus, veniam dedit.

XXXVII. In primis tuendæ pacis a grassaturis ac latrociniis, seditionumque licentia curam habuit. Stationes militum per Italiam solito frequentiores disposuit. Romæ castra constituit, quibus[1] Prætorianæ cohortes, vagæ ante id tempus, et per hospitia dispersæ, continerentur. Populares tumultus et[2] ortos gravissime coercuit, et, ne orirentur, sedulo cavit. Cæde in theatro per discordiam admissa, capita factionum et histriones[3], propter quos

— *Similia sectantes* non esse Christianos, ut Lipsio visum, annus docet, qui est 19 post Christ. natum.

3. *Expulit et mathematicos;* ann. 769. Tac. Ann. II, 32, « Facta et de mathematicis magisque Italia pellendis Senatusconsulta; quorum e numero L. Pituanius saxo dejectus est, » ad quem locum vide Excurs. Lipsii, hoc et alia contra Chaldæos et mathematicos edicta explicantem. Conf. Dio, LVII, 15. *Mathematicos* vulgum eos dicere, quos gentilicio vocabulo Chaldæos dicere oporteat, Gell. I, 9, auctor. Adeo autem communis hujus nominis abusus exstitit, ut non ab historicis modo, sed in ipsis legibus usurpetur, ut docent, quæ *de maleficis et mathematicis* in Codice reperiuntur.

XXXVII. 1. *Quibus Prætorianæ cohortes.... continerentur.* Quum dispersas Augustus habuisset (vide Aug. 49), castris conjunxit Sejanus. Hic enim, ut Tacit. Annal. IV, 2, ad ann. 776, « vim præfecturæ, modicam antea, intendit, dispersas per Urbem cohortes una in castra conducendo; ut simul imperia acciperent, numeroque et robore et visu inter se fiducia ipsis, in ceteros metus crearetur. » Idem Dio, LVII, 19, ad ann. 772, quo pertinere res videtur. De castris Prætorianis vide Donat. de Urbe Roma, I, 15 (Thes. Græv. tom. III, pag. 510 seq.).

2. *Et ortos.* Dedimus cum Burmanno lectionem Cod. Memmian. aliorumque bonæ notæ, pro vulg. *exortos*, ob sequentia *et, ne orirentur.* Amat enim Suetonius. repetere *et.... et.* Postea *orerentur*, quod Burmann. recepit e Memm. scripturæ duximus vitium, ut Cæs. cap. 64, *poteretur,* Claud. 13, *adoreretur.* Recta enim forma *orirentur* ab infinitivo *oriri*, et jure inconstantiam editorum, modo hanc, modo illam formam admittentium, taxavit Ernestius.

3. *Histriones.... relegavit;* ann. 775, secundum Dion. LVII, 21. Ad annum 776 refert Tacitus, Annal. IV, 14.

dissidebatur, relegavit; nec, ut revocaret, unquam ullis populi precibus potuit evinci. Quum Pollentina[4] plebs funus cujusdam primipilaris non prius ex Foro misisset, quam extorta pecunia per vim heredibus ad gladiatorium munus; cohortem ab Urbe, et aliam a Cottii regno, dissimulata itineris causa, detectis repente armis, concinentibusque signis, per diversas portas in oppidum immisit; ac partem majorem plebei ac Decurionum in perpetua vincula conjecit. Abolevit et vim[5] moremque asylorum, quæ usquam erant. Cyzicenis[6], in cives Romanos violentius quædam ausis, publice libertatem ade-

4. *Pollentina plebs.* Intellige *Pollentiam* Liguriæ *juxta Alpes*, ut dicit Plin. Hist. Nat. VIII, 48, de qua vide Cellar. Georg. Ant. II, 9, pag. 659. — *Ex Foro;* ubi de more Romano cadaver Centurionis honestissimi depositum et laudatum fuisse videtur. — De *Cottii regno*, a quo *Alpes Cottiæ* nomen traxerunt, vide Strab. IV, 1, 3, et Cell. p. 647 sq.

5. *Vim moremque asylorum.* Hanc *vim asylorum* interpretatur Tacit. Annal. III, 60: « Crebrescebat Græcas per urbes licentia atque impunitas asyla statuendi; complebantur templa pessimis servitiorum; eodem subsidio obærati adversum creditores, suspectique capitalium criminum receptabantur. Nec ullum satis validum imperium erat coercendis seditionibus populi, flagitia hominum, ut cærimonias Deum, protegentis. » Admissis civitatum, apud quas asyla ejusmodi essent, legationibus, « facta Senatusconsulta (ita Tacit. cap. 63), quis, multo cum honore, *modus tamen præscribebatur.* » Vere autem *abolita* asyla dicere Suetonium, quum modo præscripto *vis ademta* esset, quamvis locis relictis, Ernestius in Excurs. ad hunc locum docet. Ceterum asyla ejusmodi, sive perfugia sceleribus, ipsi quondam habuimus, inter alia Parisiis rotundam illam arcem, cui nomen *Le Temple;* hæc ante 1789 obæratos tutabatur; sed tribus annis post Borbonidum ipsorum et optimorum civium carcer exsecrabilis. Ed.

6. *Cyzicenis*, etc. Ademtam iis *libertatem* e Dion. LIV, 7, notavimus ad August. 47. Restituerat eam Augustus ann. 739, auctore Dion. LIV, 23. Jam, ad ann. 778 Tacit. Annal. IV, 36: « Objecta publice Cyzicenis incuria cerimoniarum D. Augusti, additis violentiæ criminibus adversum cives Romanos: et amisere libertatem, quam bello Mithridatis meruerant circumsessi, nec minus sua constantia, quam præsidio Luculli, pulso Rege. » Conf. Dio, LVII, 24, ad ann. 777. *Publice* Reitzius male interpretatur, « non sua solius auctoritate, sed consensu Senatus Populique. »

mit, quam Mithridatico bello meruerant. Hostiles motus, nulla postea expeditione suscepta, per legatos compescuit: nec per eos quidem, nisi cunctanter et necessario. Reges infestos suspectosque comminationibus magis et querelis, quam vi, repressit. Quosdam, per blanditias atque promissa extractos ad se, non remisit: ut[7] Maroboduum Germanum, [8] Rhascupolim Thracem, [9] Archelaum Cappadocem, cujus etiam regnum in formam provinciæ redegit.

XXXVIII. Biennio continuo post adeptum imperium, pedem porta non extulit: sequenti tempore, præterquam in propinqua oppida, et quum longissime, Antio tenus, nusquam abfuit: idque perraro et paucos dies, quamvis provincias quoque et exercitus revisurum se, sæpe pronunciasset, et prope quotannis profectionem[1] præpararet, vehiculis comprehensis, commeatibus per municipia

Id addere non attinebat, quum Tiberius omnia ad Senatum referret. Est, Toti Cyzicenorum civitati, non singulis quibusdam civibus, illi publicam, non his privatam, libertatem ademit. Muller. mutata interpunctione, suadebat, *ausis publice.* At verborum ordo ita minus placet.

7. *Maroboduum,* Marcomannorum rex fuit, qui eo duce Boiohemum occuparunt. Ejus ingenium describit Vellei. II, 108. Victus est ann. 770 ab Arminio; Tac. Annal. II, 46; et ann. 772, auctore Catualda, desertus a suis ad Tiberii misericordiam profugit, a quo Ravennæ habitus per duodeviginti annos Italia non excessit. Tacit. Annal. II, 62 et 63.

8. *Rhascupolim.* De maxima in scribendo hoc nomine varietate vide præter interpretes ad h. l. Fabric. ad Dion. XLVII, 25, et quos ille laudat. Quum fratrem Cotyn interfecisset, per dolum a Romanis captus inque Urbem tractus, postea Alexandriam devectus et ibi interemtus est: ann. 772; vide Vell. II, 129; Tacit. Ann. II, 64—67.

9. *Archelaum.* Hunc accusatum a suis Tiberius juvenis defenderat: vide supra, c. 8. Quum quinquagesimum annum Cappadocia potiretur, invisus Tiberio, quod eum Rhodi agentem nullo officio coluisset, ann. 770 Liviæ literis Romam evocatus et in Senatu accusatus periculum quidem evasit, sed mox, incertum sponte an fato, ibi mortuus est, et regnum in provinciam redactum. Cf. Tacit. Annal. II, 42; Dion. LVII, 17.

XXXVIII. 1. *Et.... profectionem præpararet.* Ita ann. 767, auctore

et colonias dispositis, ad extremum vota pro itu et reditu suo suscipi passus, ut vulgo jam per jocum[2] *Callippides* vocaretur: quem cursitare, ac ne cubiti quidem mensuram progredi, proverbio Græco notatum est.

XXXIX. Sed orbatus utroque filio, quorum[1] Germanicus in Syria, Drusus Romæ obierat, secessum[2] Campaniæ petiit, constanti[3] et opinione et sermone pæne omnium, quasi neque rediturus unquam, et cito mortem etiam obiturus: quod paulo minus utrumque evenit. Nam neque Romam amplius rediit; sed et paucos post dies

Tacit. Annal. I, 47, « ut jamjamque iturus, legit comites, conquisivit impedimenta (id est *vehicula comprehendere* Nostri), adornavit naves; mox hiemem aut negotia varie causatus, primo prudentes, dein vulgum, diutissime provincias fefellit. » Idem, IV, 4, « vetus et sæpe simulatum proficiscendi in provincias consilium » dicit. *Commeatus* Ernest. et Oudend. non de cibariis, sed de jumentis vehiculisque, quæ certis intervallis mutabantur, intelligunt, atque convenit ei significationi verbum *disponere*. Consentit etiam Schellerus in Lexico sub voc. *commeatus*.

2. *Callippides*. Ita edidimus, non *Callipides*, ut plerique. Sine dubio enim Καλλιππίδης ille est, *τῶν τραγῳδιῶν ὑποκριτής*, quem Xen. Sympos. III, 11, et Plutarch. Agesil. 21, et in Apophthegm. Lacon. commemorant, omnes motus gestusque tanta corporis agilitate et imitationis veritate exprimere solitus, ut *simia* etiam nominaretur. Aristotelis, de Poet. cap. 18, Græcum proverbium, quod singularem quemdam hujus hominis mimum, nobis ignotum, spectare videtur, et, ut Erasmus in Adagiis sub hoc nomine dicit, de iis adhibebatur, qui in moliendis negotiis, quum multa se facturos minarentur, nihil tamen conficiebant, aut, quemadmodum Terentius ait, qui sedulo moventes sese nihil promovebant, occurrit etiam apud Cicer. ad Attic. XIII, 12, ubi de Varrone spem de dedicando Ciceroni libro factam dudum frustrante, « Biennium præteriit, *quum ille Καλλιππίδης assiduo cursu cubitum nullum processerit;* » vide Manutium.

XXXIX. 1. *Quorum Germanicus in Syria.. obierat;* Antiochiæ, ann. 772. Vide Tacit. Annal. II, 69 seq. cf. infra cap. 52. — *Drusus Romæ:* veneno a Sejano exstinctus, ann. 776. Tacit. Ann. IV, 8; Dio, LVII, 22, qui ad ann. 775 refert.

2. *Secessum Campaniæ petiit;* ann. 779. Dio, LVIII, 1. Varias secessus causas memorat Tacit. Annal. IV, 57.

3. *Constanti...., sermone.... et cito mortem etiam obiturus.* Tacit. Annal. IV, 58: « Ferebant periti cælestium, iis motibus siderum excessisse Roma Tiberium, ut reditus illi negaretur; unde exitii causa

juxta Terracinam in[4] prætorio, cui Speluncæ nomen est, incœnante[5] eo, complura et ingentia saxa fortuitu superne delapsa sunt: multisque convivarum et ministrorum elisis, præter spem evasit.

XL. Peragrata Campania, quum Capuæ Capitolium, Nolæ templum Augusti, quam[1] causam profectionis prætenderat, dedicasset, Capreas se contulit; præcipue delectatus insula, quod uno parvoque litore adiretur, septa undique præruptis immensæ altitudinis rupibus, et[2] profundo maris. Statimque revocante assidua obtestatione

multis fuit, properum finem vitæ conjectantibus vulgantibusque: neque enim tam incredibilem casum providebant, ut undecim per annos libens patria careret, etc. »

4. *In prætorio*; villa, palatio. Tacit. Annal. IV, 59: « Vescebantur in villa, cui vocabulum *Speluncæ*, mare Amuclanum inter Fundanosque montes, nativo in specu: ejus os, lapsis repente saxis, obruit quosdam ministros; hinc metus in omnes et fuga eorum, qui convivium celebrabant. Sejanus genu vultuque et manibus super Cæsarem suspensus, opposuit sese incidentibus; atque habitu tali repertus est a militibus, qui subsidio venerant. » — Pro *est*, vulg. *erat*. — A *Spelunca*, quam memorat etiam Plin. Hist. Nat. III, 9, nunc adhuc dicitur *il mar di Sperlonga*.

5. *Incœnante eo*. Explicant *intus cœnante*. Sed nullus dubito, quin legendum sit *cœnante*, quod in Cod. invenit Lipsius. Idem ad Tacit. l. c. emendat *in cœnantem eum*. Ita Tiberium non evasisse, dudum monuerunt alii.

XL. 1. *Quam causam profectionis prætenderat*. Tacit. Annal. IV, 57: « diu meditato prolatoque sæpius consilio, tandem Cæsar in Campaniam, *specie dedicandi templa*, apud Capuam Jovi, apud Nolam Augusto, sed certus procul Urbe degere, » quo loco ferri posse existimo ellipsin verbi, cui varie subvenire conantur interpretes. *Capitolium* pro *templo Jovis* dicitur, ut Calig. 57. *Capitolium Beneventi* commemoratur a Nostro, Illustr. Gramm. c. 9.

2. *Et profundo maris*. Al. *mari*. Nolui mutare Græcismum, Tacito maxime frequentatum. Ille enim, *obstantia silvarum, occulta saltuum, humidum paludum, prominentia montium, asperrimum hiemis*, etc. Plura collegit Heinsius ad Ann. I, 41. *Profundum* est pro substantivo, quod non convenit loco Calig. 37, *jactæ moles infesto ac profundo mari*, quem temere adducunt, quibus hic placet *mari*. De ipso loco Tacit. IV, 67: « Solitudinem ejus (insulæ) placuisse maxime crediderim, quoniam importuosum circa mare, et vix modicis navigiis pauca subsidia, neque appulerit quisquam, nisi gnaro custode. » Id est *unum parvumque litus* Nostri.

populo, propter cladem, qua apud Fidenas supra[3] xx hominum millia, gladiatorio munere, amphitheatri ruina perierant, transiit in continentem, potestatemque omnibus adeundi sui fecit: tanto magis, quod Urbe egrediens, ne[4] quis se interpellaret, edixerat, ac toto itinere adeuntes summoverat.

XLI. Regressus in insulam, Reipublicæ quidem curam usque adeo abjecit, ut postea non decurias[1] equitum unquam suppleverit; non Tribunos militum[2] Præfectosque, non [3]provinciarum præsides ullos mutaverit; Hispaniam et Syriam per aliquot annos sine[4] consularibus legatis habuerit; Armeniam[5] a Parthis occupari, Mœsiam

3. *Supra XX hominum millia... perierant*. Describit rem Tacit. IV, 62 seq. qui cap. 63, « *quinquaginta* hominum millia eo casu debilitata vel obtrita sunt. » Suetonius mortuos tantum numerat. Sequitur eum Oros. VII, 4, « Amphitheatri cavea populo gladiatorium munus spectante collapsa est, et plus quam XX millia hominum occidit. »

4. *Ne quis.... edixerat, ac... adeuntes summoverat*. Tacit. IV, 67: « At Cæsar, dedicatis per Campaniam templis, quamquam edicto monuisset, ne quis quietem ejus irrumperet (lege emendatione certissima *interrumperet*), concursusque oppidanorum, disposito milite, prohiberentur, perosus tamen municipia et colonias omniaque in continenti sita, Capreas se in insulam abdidit. »

XLI. 1. *Decurias equitum*. De re militari intelligo cum Oudend. et Wolfio aliisque, quoniam de ea in toto capite sermo, non de decuriis *judicum* cum Lipsio et Ernestio.

2. *Præfectosque*, scil. alarum. Junguntur enim *Tribuni militum*. Male Casaubon. eos intelligit, qui exercitibus rebusque bellicis præerant. Reliqui tacent.

3. *Non provinciarum præsides ullos mutaverit*. Tacit. Annal. I, 80: « Id quoque morum Tiberii fuit, continuare imperia, ac plerosque ad finem vitæ in iisdem exercitibus aut jurisdictionibus habere. Caussæ variæ traduntur: alii *tædio novæ curæ semel placita pro æternis servavisse*; quidam *invidia*, *ne plures fruerentur*. Sunt qui existiment, ut callidum ejus ingenium, ita anxium judicium. » Cf. et Annal. IV, 6, et Joseph. XVIII, 6, 5.

4. *Sine consularibus legatis*. Conf. ad August. cap. 47. Provinciarum autem Cæsarearum præsides *legati Cæsaris* vel *Proprætores* dicebantur, quamquam Consulares essent. *Hispaniam* Tarraconensem, et Lusitaniam, et *Syriam*, ad Cæsaris provincias refert Dio, LIII, 12.

5. *Armeniam*, etc. Conf. Dio,

a Dacis Sarmatisque, Gallias a Germanis vastari neglexerit; magno dedecore imperii, nec minori discrimine.

XLII. Ceterum secreti licentiam nactus, et quasi civitatis oculis remotus, cuncta simul vitia, male diu dissimulata, tandem profudit: de quibus singillatim ab exordio referam. In castris, tiro etiam tum, propter[1] nimiam vini aviditatem, pro Tiberio, *Biberius;* pro Claudio, *Caldius;* pro Nerone, *Mero* vocabatur. Postea Princeps in ipsa publicorum[2] morum correctione cum[3] Pomponio Flacco et [4] L. Pisone noctem continuumque biduum epu-

LVIII, 26, ad ann. 788, et Tacit. VI, 31, qui, non prorsus neglexisse rem Tiberium, docet. De *Mœsia Galliaque*, a vicinis populis infestatis, nihil, quod scio, reliqui scriptores.

XLII. 1. *Propter nimiam vini aviditatem*, etc. Plin. Hist. Nat. XIV, 22 (28), « ipsa juventa ad merum pronior fuerat (Tiberius). » Attulit Burmann. carmen ineditum, cujus clausula:

Exinde plebs Quiritium vocavit
Non Claudium Tiberium Neronem,
Sed Caldium Biberium Meronem.

2. *Publicorum morum correctione;* de qua vide cap. 33.

3. *Cum Pomponio Flacco;* qui Consul ann. 770 (Tacit. Annal. II, 41; Dio, LVII, 17), Mœsiæ præfectus ann. 772, Rhascupolim per fraudes cepit (Tacit. II, 66 seq. Velleius, II, 129), Syriæque Proprætor obiit ann. 786 (Tacit. VI, 27). Vide Glandorp. Onomast. pag. 703, et Heinsium ad Ovid. ex Punto, IV, 9, 58.

4. *Et L. Pisone.* Obiit ann. 785. Tacit. VI, 10: « Per idem tempus L. Piso Pontifex, rerum in tanta claritudine, fato obiit; nullius servilis sententiæ sponte auctor, et quoties necessitas ingrueret, sapienter moderans. Patrem ei Censorium fuisse memoravi; ætas ad octogesimum annum processit; decus triumphale in Thracia meruerat: sed præcipua ex eo gloria, quod Præfectus Urbis recens continuam (lege *recens conditam* vel *constitutam*) potestatem, et insolentia parendi graviorem, mire temperavit. » Cf. Dio, LVIII, 19. De ejus ebrietate Seneca, Epist. LXXXIII: « L. Piso, Urbis custos, ebrius, ex quo semel factus est, fuit; majorem partem noctis in convivio exigebat; usque in horam sextam fere dormiebat; hoc erat ejus matutinum. Officium tamen suum, quo tutela Urbis continebatur, diligentissime administravit, etc. » De annis præfecturæ ejus disputat Ernest. ad h. l. et ad Tacit. Annal. VI, 11. Meruisse eam compotatione, testis etiam Plinius, loco supra cit. « Eaque commendatione credidere L. Pisonem Urbis Romæ curæ ab eo (Tiberio) delectum, quod biduo duabusque noctibus perputationem continuasset apud ipsum jam Principem. »

lando potandoque consumsit: quorum alteri Syriam provinciam, alteri præfecturam Urbis confestim detulit: codicillis quoque « jucundissimos et omnium horarum amicos » professus. Sestio[5] Gallo, libidinoso ac prodigo seni, olim ab Augusto ignominia notato, et a se ante paucos dies apud Senatum increpito, cœnam ea lege condixit, ne quid ex consuetudine immutaret, aut demeret, utque nudis puellis ministrantibus cœnaretur. Ignotissimum quæsturæ candidatum nobilissimis anteposuit, ob epotam in convivio, propinante se, vini amphoram. Asellio Sabino sestertia ducenta donavit pro dialogo, in quo boleti, et ficedulæ, et ostreæ, et turdi certamen induxerat. Novum denique officium instituit a voluptatibus, præposito Equite Romano, T. Cæsonio Prisco.

XLIII. Secessu vero Capreensi etiam sellariam[1] excogitavit, sedem arcanarum libidinum: in quam undique conquisiti puellarum et exoletorum greges, monstrosique concubitus repertores, quos *spintrias* appellabat, triplici serie connexi, invicem incestarent se coram ipso, ut aspectu deficientes libidines excitaret. Cubicula plurifariam disposita tabellis ac sigillis lascivissimarum picturarum et figurarum adornavit, librisque[2] Elephantidis instruxit, ne cui in opera edenda exemplar imperatæ schemæ[3] deesset. In silvis quoque ac nemoribus passim Venereos locos commentus est, prostantesque per antra

5. *Sestio Gallo*. De *Sestiis* seu *Sextiis Gallis* vide Glandorp. pag. 799, ubi hunc omisit.

XLIII. 1. *Sellariam excogitavit*. Tacit. Annal. VI, 1, « Tunc primum ignota ante vocabula reperta sunt, *sellariorum* et *spintriarum*, ex fœditate loci ac multiplici patientia, etc. » Cf. Dio, LVIII, 22. Non liquet, unde Tiberius vocaverit *spintrias*, qui muliebria et alia monstrosa corporibus patiebantur.

2. *Librisque Elephantidis*, etc. *Molles Elephantidos libellos* memorat Martial. Epigr. XII, 43, 4.

3. *Schemæ*. Al. *scenæ*. Σχῆμα dicitur de modo exercendæ libidinis, et venisse videtur mutatio a librario, quem offendit genitivus insolentior. Vide Turneb. Advers.

et cavas rupes, ex utriusque sexus pube, Paniscorum et Nympharum habitu: palamque jam et vulgo nomine insulæ abutentes, [4]*Caprineum* dictitabant.

XLIV. Majore adhuc et turpiore infamia flagravit, vix ut referri audirive, nedum credi fas sit: quasi pueros primæ teneritudinis, quos *pisciculos* vocabat, institueret, ut natanti sibi inter femina versarentur, ac luderent, lingua morsuque sensim appetentes[1]; atque etiam, quasi infantes firmiores, necdum tamen lacte depulsos, inguini, ceu papillæ, admoveret; pronior sane ad id genus libidinis et natura et ætate. Quare[2] Parrhasii quoque tabulam, in qua Meleagro Atalanta ore morigeratur, legatam sibi sub conditione, ut, si argumento offenderetur, decies pro ea sestertium acciperet, non modo prætulit, sed et in cubiculo dedicavit. Fertur etiam in sacrificando quondam, captus facie ministri acerram præferentis, nequisse abstinere, quin, pæne vixdum re divina peracta, ibidem statim seductum constupraret, simulque fratrem ejus tibicinem; atque utrique mox, quod mutuo flagitium exprobrarant, crura fregisse.

XLV. Feminarum quoque, et quidem illustrium, capitibus quanto opere, solitus sit illudere, evidentissime

XIV, 17. Pro *imperatæ*, scilicet a Tiberio, al. vitiose *imparatæ* vel *impetratæ*.

4. *Caprineum*. Nescio, cur probaverint viri docti emendationes *καπριᾷν eum*, vel *καπρᾷν eum*. Si *Caprineum* esset corruptum, *insulæ* tamen nomen substituendum.

XLIV. 1. *Ut natanti sibi.... sensim appetentes*. Domitianum haud absimili voluptatis genere *inter vulgatissimas meretrices natare fama fuit* (Domit. cap. 22).

2. *Quare Parrhasii... tabubam*, etc. Plin. H. N. XXXV, 10 (XXXVI, 5), ubi de Parrhasio exponit: « Pinxit et Archigallum; quam picturam amavit Tiberius Princeps; atque, ut auctor est Decius Ecoleo, LX sestertiis æstimatam cubiculo suo inclusit. » Eamdem picturam Suetonium et Plinium dicere, putat Harduin. ad illum locum. Equidem auctorem nostrum in argumento tabulæ facilius errasse existimo, quam Plinium, qui ex instituto de

apparuit Malloniæ cujusdam exitu, quam perductam, et quicquam[1] amplius pati constantissime recusantem, delatoribus objecit; ac ne ream quidem interpellare desiit, « Ecquid pœniteret : » donec ea, relicto judicio, domum se abripuit, ferroque transegit, obscœnitate oris hirsuto atque olido seni clare exprobrata. Unde[2] nota in Atellanico exodio, proximis ludis assensu maximo excepta, percrebruit : « Hircum vetulum[3] capreis naturam ligurire. »

XLVI. Pecuniæ[1] parcus ac tenax, comites[2] peregrina-

his rebus egit. Ceterum de eodem Parrhasio Plinius : « Pinxit et minoribus tabellis libidines, eo genere petulantis joci se reficiens. »

XLV. 1. *Et quicquam amplius.* Recte hoc prætulerunt Oudendorp. Ernest. Wolf. alteri, *nec quicquam*, quod junctum verbo *recusantem* contrarium prorsus sensum efficit. *Quicquam amplius* interpretantur, *quicquam præter coitum*. Per εὐφημισμὸν dictum puto de coitu ipso. *Perductam* autem intelligo, in domum Tiberii vi ductam vel raptam, ut stuprum ibi pateretur.

2. *Nota.* Codices alii, *mora*. Grævius μωράν, feminam fatuam, Turneb. Advers. XIV, 17, versum ab histrionibus tractim pronunciatum intelligunt. Utrumque contra loci sententiam. Alii corrigere maluerunt locum, ut Burmann. *nota vox*, Oudend. *mira in Atellanico exodio vox*, et probavit Wolfius. Puto *notam* esse versum, mores Tiberii notantem, sive, in quo notam libidinum ejus quærebant auditores. Ea ipsis ludis assensu maximo excepta est, et postea percrebruit, in vulgi sermonem venit. — De *exodiis Atellanicis*, id est, fabulis jocosi atque satyrici argumenti, sic dictis, ut Diomedes ait, a civitate Oscorum Atella, in qua primum cœptæ, et exhibitis plerumque post tragœdias ad exigendam tristitiam, vide Bulenger. de Theatro, I, 9, pag. 851, tom. IX Thes. Græv.

3. *Capreis.* Servavimus ob omnium Codd. auctoritatem, quamquam *capreæ* plerumque capræ dicuntur, ut ostendit ad hunc locum Oudend. qui ideo dedit *capris*. Puto, illud discrimen non semper observatum, et præferendum hic *capreis*, etiam ad genus femininum facilius agnoscendum.

XLVI. 1. *Pecuniæ parcus ac tenax.* Contra Tacit. Annal. I, 75, dicitur « erogandæ per honesta pecuniæ cupiens, eamque virtutem diu retinuisse, quum ceteras exueret, » et III, 18, « satis firmus adversum pecuniam. » Ita et Dio, LVII, 10, ubi plurima munificentiæ exempla commemorat. Videtur igitur auctor de parcimonia tantum loqui, quam erga se ipsum suosque observavit.

2. *Comites peregrinationum.* Amicos sic dici Principis et propinquos, philosophos etiam et grammaticos

tionum expeditionumque nunquam salario, cibariis tantum, sustentavit; una modo liberalitate, ex indulgentia vitrici, prosecutus, quum, tribus classibus factis pro dignitate cujusque, primæ sexcenta sestertia, secundæ quadringenta distribuit, ducenta tertiæ, quam non amicorum, sed [3] gratorum appellabat.

XLVII. Princeps neque opera ulla magnifica fecit (nam et quæ [1] sola susceperat, Augusti templum, restitutionemque Pompeiani theatri, imperfecta post tot annos reliquit), neque spectacula omnino edidit; et iis, quæ ab aliquo ederentur [2], rarissime interfuit, ne quid exposceretur, utique [3] postquam comœdum Actium coactus est manumittere. Paucorum Senatorum inopia sustentata,

aliosque doctos homines, quos in itineribus secum ducere solebat, docet Ernest. Exc. ad hunc locum.

3. *Gratorum*. Al. *Græcorum*, et Græv. voluit *Graiorum*. Sed inter *amicos* etiam Græci, et Romani inter *gratos* i. e. quibus delectaretur, quamquam non ad interiorem amicitiam admissis.

XLVII. 1. *Quæ sola susceperat*. Dio, LVII, 10, plurima ædificia ab eo perfecta scribit, quamquam suo nomine non inscripto, nullum susceptum, nisi Augusti templum Romæ. Cum Nostro consentit Tacit. Annal. VI, 45: « Ne publice quidem, nisi duo opera, struxit, templum Augusto, et scenam Pompeiani theatri, eaque perfecta, contemtu ambitionis, an per senectutem, haud dedicavit. » Utrumque opus absolvit et dedicavit Caligula ann. 790. Vide Calig. 21; Dion. LIX, 7. Magnificis verbis Velleius, II, 130: « Quanta suo suorumque nomine exstruxit opera! quam pia munificentia, superque humanam evecta fidem, templum patri molitur! quam magnifico animi temperamento Cn. quoque Pompeii munera absumta igni restituit! qui, quicquid unquam claritudine eminuit, id veluti cognatum censet tuendum. »

2. *Et iis.... rarissime interfuit*. Diversus in hoc prorsus est Dio, LVII, 11, quem dissensum recte conciliat Fabricius ita, ut Dionem de priori Tiberii tempore, in quo summa ejus comitas, Suetonium de posteriori, ubi veram indolem exuerat, exponere censeat. — *Ab aliquo* est *ab ullo alio*, quicumque demum esset.

3. *Utique postquam*; id est, præsertim postquam. Ita Liv. III, 65, « *utique* postremis mensibus, *quum*, etc. » VI, 20, « *utique postquam* sordidatum reum viderunt; » XLV, 23, « *utique si*. » In verbo *coactus est* non argutandum erat interpretibus. *Cogere* est vehementibus precibus, quibus resistere aliquis non audet, efflagitare. Ita ἀναγκάζειν sæ-

ne pluribus opem ferret, negavit, se aliis subventurum, nisi[4] Senatui justas necessitatum causas probassent. Quo pacto plerosque modestia et[5] pudore deterruit: in[6] quibus Hortalum, Q. Hortensii oratoris nepotem, qui, permodica re familiari, auctore Augusto, quatuor liberos tulerat.

XLVIII. Publice munificentiam bis omnino exhibuit: proposito[1] millies sestertio gratuito in triennii tempus;

pe dicitur. Vide quos laudat Krebsius in Lexico N. T. sub voc. ἀναγκάζω.

4. *Nisi Senatui..... probassent.* Vell. II, 129, « Senatorum censum, *quum id Senatu auctore facere potuit*, quam libenter explevit, ut neque luxuriam invitaret, neque honestam paupertatem pateretur dignitate destitui. » Tacit. Annal. II, 37, « Census quorumdam Senatorum juvit. » Cf. Dio, LVII, 10. De censu senatorio, quo qui carebant, senatoriam dignitatem obtinere non poterant, nisi Principis liberalitate adjuvabantur, diximus ad August. cap. 41.

5. *Pudore.* Muller. in Sched. suadet *pudor.* Ingrata tamen subjecti est mutatio.

6. *In quibus Hortalum*, etc. Tacit. l. c. « quo magis mirum fuit, quod preces M. Hortali nobilis juvenis, in paupertate manifesta, superbius accepisset. Nepos erat oratoris Hortensii, illectus a D. Augusto liberalitate decies Sestertii, ducere uxorem, suscipere liberos, ne clarissima familia exstingueretur. » Quod *auctore Augusto* liberos tulisse dicitur, id ipse Hortalus apud Tacitum, « hos non sponte sustuli, sed *quia Princeps monebat*, » et, « *jussus ab Imperatore* uxorem duxi. » Quum subsidium rei familiaris sibi suisque petiisset, durissimum responsum tulit, « neque » ita Tacit. ibid. cap. 38 fin., « miseratus est posthac Tiberius, quamvis domus Hortensii pudendam ad inopiam delaberetur. » Ann. 769.

XLVIII. 1. *Proposito millies sestertio*, id est, oblato, sive, ut Tacit. qui totam rem exponit Annal. VI, 16, 17, *disposito per mensas.* Is enim c. 17, « donec tulit opem Cæsar, disposito per mensas millies Sestertio, factaque mutuandi copia sine usuris (i. e. *gratuito*, cf. Cæs. 27) per triennium, si debitor populo in duplum prædiis cavisset. » Dion. LVIII, 21. Postea *difficultas nummaria* apud Tacit. est *inopia rei nummariæ.* Idem Senatusconsultum, de quo Noster, ita refert: « ad hoc Senatus præscripserat, duas quisque fenoris (i. e. patrimonii sub fenore elocati) partes in agris per Italiam collocaret, » id est, ad agros aliasque possessiones emendas converteret, nempe ne pecunia in paucorum loculis condita jaceret, sed ut venditione debitorum et emtione a creditoribus facta in communem usum rediret.

et rursus, quibusdam[2] dominis insularum, quæ in monte Cœlio deflagrarant, pretio restituto. Quorum alterum, magna difficultate nummaria populo auxilium flagitante, coactus est facere, quum per Senatusconsultum sanxisset, ut feneratores duas patrimonii partes in solo collocarent, debitores totidem æris alieni statim solverent, nec res expediretur: alterum, ad mitigandam temporum atrocitatem. Quod tamen beneficium tanti æstimavit, ut montem Cœlium, appellatione mutata, vocari Augustum jusserit. Militi post duplicata[3] ex Augusti testamento legata nihil unquam largitus est, præterquam singula mil-

2. *Quibusdam dominis insularum.... pretio restituto.* Bis hanc munificentiam exhibuit Tiberius; ann. 780 (de qua Suetonius h. l. et Tacit. Annal. IV, 64, statim post descriptam Amphitheatri Fidenensis ruinam: « Nondum ea clades exoleverat, quum ignis violentia Urbem ultra solitum affecit, deusto monte Cœlio; feralemque annum ferebant, et ominibus adversis susceptum Principi consilium absentiæ, qui mos vulgo, fortuita ad culpam trahentes; ni Cæsar obviam isset, tribuendo pecunias ex modo detrimenti. Actæque ei grates apud Senatum ab illustribus, famaque apud populum, quia sine ambitione aut proximorum precibus, ignotos etiam et ultro accitos munificentia juverat. Adduntur sententiæ, ut mons Cœlius in posterum Augustus appellaretur; quando, cunctis circum flagrantibus, sola Tiberii effigies, sita in domo Junii Senatoris, inviolata mansisset. » Velleius denique, II, 130, « qua liberalitate cum alias, tum proxime incenso monte Cœlio, omnis ordinis hominum jacturæ patrimonio succurrit suo! »), et iterum ann. 789, quam prætermisit Noster, sed memorant Dio, LVIII, 26 (conf. Baumgart.), et Tacit. Annal. VI, 45, « Idem annus gravi igne Urbem afficit, deusta parte Circi, quæ Aventino contigua, ipsoque Aventino: quod damnum Cæsar ad gloriam vertit, exsolutis domuum et insularum pretiis. Millies Sestertium ea munificentia collocatum; tanto acceptius in vulgum, quanto modicus privatis ædificationibus. » *Temporum atrocitatem* Tacitus *feralem annum* dicit. — *Debitores solverent.* Id « *commotum* simul omnium *æs alienum* » Tacitus dicit. Denique *res expeditur* dissoluto ære alieno, refectaque fide. Ad ann. 786.

3. *Duplicata.... legata.* Exsolvit ea, ad sedandam militum seditionem, fictis Tiberii epistolis, Germanicus, testibus Dion. LVII, 5, et Tacit. Annal. I, 36, ubi perscriptum præter alia literis illis dicit, « legata, quæ petiverant, *exsolvi duplicarique*. »

lia denariorum prætorianis, quod[4] Sejano se non accommodassent; et quædam munera Syriacis legionibus, quod solæ nullam[5] Sejani imaginem inter signa coluissent: atque etiam missiones veteranorum rarissimas fecit, ex senio mortem, ex[6] morte compendium captans. Ne provincias quidem ulla liberalitate sublevavit; excepta Asia, disjectis[7] terræ motu civitatibus.

XLIX. Procedente mox tempore etiam ad rapinas convertit animum. Satis constat, Cn.[1] Lentulum Augurem, cui census maximus fuerit, metu et angore ad fastidium vitæ ab eo actum, et ut ne quo, nisi ipso herede, moreretur: condemnatam[2] et generosissimam feminam Lepidam, in gratiam Quirini consularis prædivitis et orbi,

4. *Quod Sejano*, etc. Cf. Dio, LVIII, 18. *Accommodare se alicui*; Gallice, *se prêter aux vues de quelqu'un.*

5. *Quod..... nullam Sejani imaginem*, etc. Plurimas Sejani statuas et imagines positas fuisse, concedente ipso Tiberio, et præter alios honores etiam ad eas sacrificatum, testantur Tacit. Annal. III, 72, et IV, 2, ubi tam facilem Tiberium fuisse narrat, ut « coli per theatra et fora effigies Sejani, *interque principia legionum* sineret, » et IV, 7, atque Dio, LVII, 21, et LVIII, 2. Conf. Senec. Consol. ad Marc. cap. 22. Tiberius apud CHÉNIER, *Tibère*, act. I, sub fin. Sejanum alloquitur:

Si la haine jalouse, à tes pieds abaissée,
Voit dans les jeux publics ta statue encensée,
Mérite que bientôt, rehaussant ton éclat,
L'empereur avec lui t'admette au consulat.

6. *Ex morte compendium captans*; scil. ne præmia emeritæ militiæ dare opus esset.

7. *Disjectis.... civitatibus.* Conf. Tacit. Annal. II, 47, « Eodem anno (770) duodecim celebres Asiæ urbes collapsæ nocturno motu terræ, etc. » Plin. Hist. Nat. II, 84 (86); Strabo, XII, 7, 18; et Dio, LVII, 17, ubi vide Fabric.

XLIX. 1. *Cn. Lentulum Augurem*, etc. Hunc Senec. de Benefic. II, 27, « divitiarum maximum exemplum, sed ingenii tam sterilis, quam pusilli animi » fuisse dicit, suum autem vidisse quater millies Sestertium. Distinguendum eum a Cn. Lentulo Gætulico, qui Tacit. Ann. IV, 44, et Dion. LVII, 24, commemoratur, multis docet Lips. ad Tacit. l. c., ex quo corrigendus Glandorp. pag. 269.

2. *Condemnatam et... Lepidam*, etc. ann. 773. Tacit. Ann. III, 22: « At Romæ Lepida, cui super Æmiliorum decus L. Sulla ac Cn. Pompeius proavi erant, defertur, simulavisse partum ex P. Quirino, divite atque orbo: adjiciebantur adulteria, venena, quæsitumque per

qui dimissam eam e matrimonio post vicesimum annum veneni olim in se comparati arguebat: præterea Galliarum et Hispaniarum, Syriæque et Græciæ principes confiscatos ob tam leve et tam impudens calumniarum genus, ut quibusdam non aliud sit objectum, quam[3] quod partem rei familiaris in pecunia haberent: plurimis etiam civitatibus et privatis veteres immunitates, et jus[4] metallorum ac vectigalium ademta; sed[5] et Vononem, regem Parthorum, qui pulsus a suis, quasi in fidem populi Romani cum ingenti gaza Antiochiam se receperat, spoliatum perfidia, et occisum.

L. Odium adversus necessitudines in Druso primum fratre detexit, prodita ejus epistola, qua secum de[1] cogendo ad restituendam libertatem Augusto agebat; deinde.

Chaldæos in domom Cæsaris; defendente ream Manio Lepido fratre. Quirioos, post dictnm repodiom adhuc infensos, quamvis infami ac noceoti miserationem addiderat. » Aqua atque igni interdictum ei, oarrat cap. 23. Consul fuerat P. Sulpicius Qoirinus ann. 742, cum M. Valerio Messala. Dio, LIV, 28.

3. *Quam quod partem... haberent.* Referuot ad legem Dictatoris Cæsaris, qua « *de modo credendi possidendique intra Italiam,* » ut Tacit. Annal. VI, 16, vel, ut Dio, XLI, 38, *μηδένα πλεῖον πεντακισχιλίων καὶ μυρίων δραχμῶν ἐν ἀργυρίῳ ἢ καὶ χρυσίῳ κεκτῆσθαι*, cautum erat. Ita Lips. et Fabric. ad loc. cit. Sed hæc lex ad Italiam tantum et difficultatem rei nomariæ ex coodita a feneratoribos pecunia pertioebat. Hic de provinciarum principibus sermo. Rectius igitor Ernest. iis ex seposita domi pecunia rerum novarum studium objectum esse statuit.

4. *Jus metallorum;* aurum, argentum, e terra erueodi. Ita fere Tacit. Annal. VI, 19, ubi Sex. Marium, Hispaniarum ditissimnm, saxo Tarpeio dejectum dixit: « ac, ne dubium haberetur magnitudinem pecuniæ malo vertisse, *aurarias ejus*, qoamquam publicarentur, *sibimet Tiberius seposuit.* »

5. *Sed et Vononem*, etc. Hic Parthiæ regno ab Artabano expulsns ann. 769 in Armeoiam coofugerat, sed iode etiam post breve regoum ano. 771 Pompeiopolim, Ciliciæ maritimam urbem, amotus fuerat. Tacit. Annal. II init. et cap. 58. Inde qnum fugam tentasset, interemtus est io itinere, ita ut nulla Tiberii culpa esse videretur. Coof. Tacit. cap. 68, ibique Lips.

L. 1. *De cogendo ad restituendam libertatem Augusto.* Nonqoam dissimulasse Drusom, pristinum se Reipublicæ stat... quandoq...

et in reliquis. Juliæ[2] uxori tantum abfuit, ut relegatæ, quod minimum est, officii aut humanitatis aliquid impertiret, ut ex constitutione patris uno oppido clausam, domo quoque egredi, et commercio hominum frui, vetuerit: sed et peculio concesso a patre præbitisque annuis fraudavit, per speciem publici[3] juris, quod nihil de his Augustus testamento cavisset. Matrem Liviam gravatus, velut partes sibi æquas potentiæ vindicantem, et congressum ejus assiduum vitavit, et longiores secretioresque sermones, ne ejus consiliis, quibus[4] tamen interdum et egere et uti solebat, regi videretur. Tulit etiam perindigne, actum[5] in Senatu, ut titulis suis, quasi Augusti, ita et Liviæ filius, adjiceretur. Quare non *parentem patriæ* ap-

posset, restituturum, Noster auctor est Claud. c. 1. Tacit. Annal. I, 33: « Drusi magna apud populum Romanum memoria, credebaturque, si rerum potitus foret, libertatem redditurus. »

2. *Juliæ uxori*. Cf. August. 65, et Tiber. 11. Tacit. Annal. I, 53: « Imperium adeptus, extorrem, infamem, et post interfectum Posthumum Agrippam, omnis spei egenam, inopia ac tabe longa peremit, obscuram fore necem longinquitate exsilii ratus. « Obiit ea ann. 767. — Proxime Bremius et Mullerus scribi jubent, « quod minimum esset. »

3. *Publici juris*. Non redundat *publici*, ut Ernest. existimat. Ita *publicum et translatitium jus* dicitur; August. 10. Scilicet, de quibus nihil cautum erat litera testamenti, iis non adstrictum se putabat, æquitatis incuriosus.

4. *Quibus tamen interdum*, etc. Hanc optimorum Codd. lectionem cum Oudend. et Wolfio dedimus, pro vulg. « quibus *tantum* interdum et *ægre* uti solebat. »

5. *Actum in Senatu*. Al. *a Senatu*. Illud unice verum. Tacit. Annal. I, 14: « Multa Patrum et in Augustam adulatio. Alii *Parentem*, alii *Matrem patriæ* appellandam, plerique, ut nomini Cæsaris adscriberetur, *Juliæ filius*, censebant. Ille, *moderandos feminarum honores*, dictitans, eademque se temperantia usurum in iis, quæ sibi tribuerentur; ceterum anxius invidia, et muliebre fastigium in deminutionem sui accipiens, ne lictorem quidem ei decerni passus est, aramque adoptionis et alia hujuscemodi prohibuit. » Conf. Dio, LVII, 12. Nostro loco, pro *Liviæ filius* mallem *Juliæ filius*, uti Tacitus habet. Juliæ enim nomen Liviæ impositum, legimus antea August. cap. 101. Obstat tamen, quod ipsa sententiæ senatoriæ verba Tacitus subjicit, Noster vero rem omnino referat, idque servato vetere eoque proprio nomine.

pellari, non ullum insignem honorem recipere publice passus est. Sed et frequenter admonuit[6], « majoribus nec feminæ convenientibus negotiis abstineret: » præcipue, ut animadvertit, incendio juxta ædem Vestæ et ipsam intervenisse, populumque et milites, quo enixius opem ferrent, adhortatam, sicut sub marito solita esset.

LI. Dehinc ad simultatem usque processit, hac, ut ferunt, de causa. Instanti sæpius, ut civitate donatum in[1] decurias allegeret, negavit, alia se conditione allecturum, quam si pateretur ascribi albo, « extortum id sibi a matre. » At illa commota, veteres quosdam ad se Augusti codicillos de acerbitate et intolerantia morum ejus, e sacrario[2] protulit atque recitavit. Hos et custoditos tamdiu, et exprobratos tam infeste, adeo graviter tulit, ut quidam putent, inter causas secessus hanc ei vel præcipuam fuisse. Toto[3] quidem triennio, quo vivente matre abfuit, semel omnino eam, nec amplius quam uno die, ac paucissimis vidit horis: ac[4] mox neque ægræ adesse curavit; defunctamque, et, dum adventus sui spem facit, complurium dierum mora, corrupto demum et tabido corpore funeratam prohibuit consecrari, quasi id ipsa man-

6. *Admonuit.* Vulgo sequitur, « *quod non* majoribus, etc. » Male.

LI. 1. *In decurias;* judicum. Alia res supra cap. 41.

2. *E sacrario.* Intelligo eum Casaub. locum Augusto domi consecratum, ubi ejus imago habebatur et colebatur a Livia, et pretiosissima κειμήλια ab eo sibi relicta servabantur. Postea pro *exprobratos* Muller. suadet *expromtos*, h. e. in lucem prolatos. Adverbium tamen *infeste* melius convenit vulgato.

3. *Toto quidem triennio.* Secessit Tiberius Capreas ann. 780, Livia obiit ann. 782, unde Lipsius emendandum censuit *Toto biennio.* Sed more antiquo tertii anni pars annumeratur, et quod *toto* additur, idiotismus est, frequens etiam Gallis; unde sententiæ major vis accedat: « Pendant les trois années *en-* « *tières* qu'il passa loin de sa mère. »

4. *Ac mox... consecrari.* Conf. Dio, LVIII, 2. Tacit. Annal. VI, 1 et 2: « Funus ejus modicum, *testamentum diu irritum fuit.* Laudata est pro rostris a C. Cæsare pronepote, qui mox rerum potitus est. At Tiberius, quod supremis in ma-

dasset. Testamentum[5] quoque ejus pro irrito habuit, omnesque amicitias et familiaritates, etiam quibus ea funeris sui curam moriens demandarat, intra breve tempus afflixit; uno ex his, equestris ordinis viro, et in antliam[6] condemnato.

LII. Filiorum neque naturalem Drusum, neque adoptivum Germanicum, patria caritate dilexit; alterius[1] vitiis infensus. Nam [2] Drusus animi fluxioris, remissiorisque vitæ erat. Itaque ne[3] mortuo quidem perinde affectus est; sed tantum non statim a funere ad negotiorum consuetudinem rediit, justitio[4] longiore inhibito. Quin et Iliensium legatis paulo serius consolantibus, quasi obliterata jam doloris memoria, irridens, « Se quoque, respondit, vicem eorum dolere, quod egregium civem He-

trem officiis defuisset, nihil mutata amœnitate vitæ, magnitudinem negotiorum per literas excusavit; honoresque memoriæ ejus ab Senatu large decretos, quasi per modestiam, imminuit, paucis admodum receptis, et addito, *ne cœlestis religio decerneretur;* sic ipsam maluisse. Quin et parte ejusdem epistolæ increpuit *amicitias muliebres*, Fufium Consulem oblique perstringens. »

5. *Testamentum quoque... pro irrito habuit.* Infra Calig. 16, *suppressisse* illud Tiberius dicitur.

6. *In antliam.* Hanc lectionem pro ineptis reliquis, quas enumeratas vide apud Burm. et Oudend., prolatam a Turneb. Advers. XIV, 17, omnes editores receperunt. Ad aquam, antlia pedibus calcata, hauriendam damnabantur a tyrannis, qui in eorum odium incurrissent, ut alii *ad metalla*. Artemidor. I, 50, *εἰς ἀντλίαν καταδικάζεσθαι* dicit. Tales antlias in metallis salinisque nostris quotidie videre licet.

LII. 1. *Alterius vitiis infensus.* Respondet, *Germanico*, id est, alteri, *usque adeo obtrectavit*, ne quis addere cum Lipsio velit, *alterius virtutibus.*

2. *Nam Drusus... erat.* Cf. Dio, LVII, 14. Promtum ad asperiora ingenium Druso fuisse, Tacit. Ann. I, 29, et vili gladiatorum sanguine nimis gavisum I, 76, dicit. De voc. *fluxus* vide nostrum Sallust. p. 27, not. 10, Catil. 14, ubi « adolescentium animi *molles* et ætate *fluxi*. »

3. *Ne mortuo quidem... affectus est.* Vide c. 62. Postea *tantum non statim* neque mutandum est, neque pro inutili pleonasmo habendum. Est enim utrique sua significatio.

4. *Justitio... inhibito.* De justitio in publico luctu, vide Kirchmann. de Funer. Rom. IV, 11. Clauduntur apud nos Spectacula, sed non tribunalia, et melius; quia

ctorem amisissent. » Germanico usque adeo obtrectavit, ut et præclara facta ejus pro supervacuis elevaret, et gloriosissimas victorias, ceu damnosas Reipublicæ, increparet. Quod[5] vero Alexandriam, propter immensam et repentinam famem, inconsulto se adisset, questus est in Senatu. Etiam causa mortis fuisse ei per[6] Cn. Pisonem, legatum Syriæ, creditur: quem[7], mox hujus criminis reum, putant quidam mandata prolaturum, nisi[8] ea secreta ob-

nihil regoo justitiæ et legum obstare debet. Ed.

5. *Quod vero Alexandriam.... questus est in Senatu.* Tacit. Annal. II, 59 : « M. Silano, L. Norbano Coss. (ann. 772) Germanicus Ægyptum proficiscitur, cognoscendæ antiquitatis : sed cura proviociæ prætendebatur; *levavitque apertis horreis pretia frugum*, multaque io vulgus grata usurpavit.... Tiberius, cultu habituqne ejus lenibus verbis perstricto, acerrime increpuit, quod contra instituta Augusti, non sponte Priucipis, Alexandriam introisset. » Cf. notata ad Cæs. 35.

6. *Per Cn. Pisonem.* Tacit. Ann. II, 69 : « Sævam vim morbi augebat persoasio veneni a Pisone accepti; et reperiebantur solo ac parietibns erutæ humanorum corporum reliqoiæ, carmina et devotiones, et nomen Germanici plumbeis tabulis insculptnm, semusti cineres, ac tabe obliti, aliaque maleficia, qnis creditnr animas oumibus infernis sacrari; simul missi a Pisone incusabentnr, nt valetudinis adversa rimaotes. » Cf. Dio, LVII, 18. *Scelere Pisonis et Plancinæ interceptum se*, ipse dicebat Germanicns in ultima oratiooe apud Tacit. Annal. II, 71.

7. *Quem... hujus criminis reum.* Rem ordine narrat Tacit. Annal. III, 10—15. Piso tandem perfosso jugulo, jaceole humi gladio, domi repertus est, incertum, propria manu interemtus, an immisso percussore.

8. *Nisi ea secreta obstarent.* Locum varie tentatum (longum enim foret afferre virorum doctorum conjecturas, inter qoas tamen facillima Mulleri; « nisi *ei* secreta obstarent. ») saonm existimo, quamqoam duriore verborum structura laborantem. Interpretor, Nisi id ipsum, qnod ea mandata secreto data eraot, obstaret. Scilicet, qnum nullom adjectivi *secretus* substaotivum lingua haberet, Suetonins Græca constructione usns est : *εἰ μὴ ἀπόῤῥητα ταῦτα ἐκώλυσε* i. e. *αὐτὸ τοῦτο, ὅτι ἀπόῤῥητα ἦν*, quasi per ellipsin participii *ὄντα* post *secreta*. Tiberius igitur non ipse ore vel codicillis mandata illa Pisoni dederat, sed per alios et tam secreto, ut auctorem sciret quidem Piso, sed prodere non posset. Diverse rem tradit Tacit. Annal. III, 16 : « Audire me memini ex senioribus, visum sæpius ioter manus Pisonis libellom, quem ipse non volgaverit; sed amicos ejns dictitavisse,

starent. Per[9] quæ multifariam inscriptum, et per noctes celeberrime acclamatum est: « Redde[10] Germanicum. » Quam suspicionem confirmavit ipse postea, conjuge etiam ac liberis Germanici crudelem in modum afflictis.

literas Tiberii et mandata in Germaniεum eontinere; ae destinatum promere apud Patres, Principemque arguere, ni elusus a Sejano per vana promissa foret; nec illum sponte exstinctum, verum immisso percussore. Chénier, Tacitum auctorem secutus, Pisonem inducit (*Tibère*, act. III, sc. 3), cujus ad Tiberium verba sunt:

Vous seul êtes chargé du soin de ma défense.
Consultez-vous. Demain, si le débat commence,
Si ce Fulcinius, dont vous avez fait choix,
Si quelque accusateur veut élever la voix,
Moi-même du forfait j'établirai la preuve:
Du héros qui n'est plus j'irai chercher la veuve;
Pison, par vous coupable, et par vous accablé,
Paraîtra devant elle au sénat rassemblé;
Devant elle, au sénat, Tibère entendra lire
Les ordres qu'en secret il osait me prescrire;
Et dussent les Romains n'en pas être surpris,
Ils sauront que Tibère a fait périr son fils.

Varias virorum doctorum conjecturas de istis vide apud Burmannum, et Oudend.

9. *Per quæ;* intelligo *ob quæ*, *διὸ* vel *διὰ ταῦτα*, scil. quia Tiberii mandata mortem Germanici effecisse vulgo putabant. Burmann. ex frequenti Suetonii usu explicat, Dum ea agebantur, *Per ea tempora*, quod æque admitti potest. — Pro *celeberrime*, al. *creberrime:* pro *inscriptum*, al. *increpitum*.

10. *Redde Germanicum.* Is quanta caritate populo Romano fuerit, Tacitus auctor, Annal. II, 82: « At Romæ postquam Germanici valetudo percrebuit, cunctaque, ut ex longinquo, aucta in deterius adferebantur, dolor, ira: et erumpebant questus: *Ideo nimirum in extremas terras relegatum: ideo Pisoni permissam provinciam*.... Hos vulgi sermones audita mors adeo incendit, ut ante edictum magistratuum, ante senatus consultum, sumto justitio, desererentur fora, clauderentur domus; passim silentia et gemitus, nihil compositum in ostentationem: et, quamquam neque insignibus lugentium abstinerent, altius animis mœrebant, etc. » De quo publico dolore diserte Montesquieu, *Grandeur* et *Décadence*, etc. cap. XIV: « Je ne puis rien passer « qui serve à faire connaître le gé« nie du peuple romain. Il s'était si « fort accoutumé à obéir, et à faire « sa félicité de la différence de ses « maîtres, qu'après la mort de Ger« manicus, il donna des marques « de deuil, de regret et de déses« poir, que l'on ne trouve plus « parmi nous.... Le peuple romain, « qui n'avait plus de part au gouver« nement, composé presque d'af« franchis, ou de gens sans indu« strie, qui vivaient aux dépens du « trésor public, ne sentait que son « impuissance; il s'affligeait comme « les enfans et les femmes, qui se « désolent par le sentiment de leur « faiblesse: il était mal; il plaça « ses craintes et ses espérances sur « la personne de Germanicus; et, « cet objet lui étant enlevé, il tomba « dans le désespoir. » Conf. etiam quam de Germanico tragœdiam protulit apud nos hac ætate nostra vir celeberrimus A. V. Arnault.

LIII. Nurum[1] Agrippinam, post mariti mortem liberius quiddam questam, manu apprehendit, Græcoque versu, « Si non dominaris, inquit, filiola, injuriam te accipere existimas? » nec ullo mox sermone dignatus est. Quondam vero inter cœnam porrecta a se poma gustare non ausam, etiam vocare desiit, simulans, veneni se crimine[2] arcessi; quum[3] præstructum utrumque consulto esset, ut et ipse tentandi gratia offerret, et illa quasi certissimum exitium caveret. Novissime[4] calumniatus, modo

LIII. 1. *Nurum Agrippinam;* Germanici conjugem. Liberius questam esse de exitio Claudiæ Pulchræ, sobrinæ, cui imminebat Tiberius, narrat Tacit. Annal. IV, 52, relatis feminæ verbis hæc subjungens: « Audita hæc raram occulti pectoris vocem elicuere; correptamque Græco versu admonuit, *non ideo lædi, quia non regnaret.* » Græcum versum vel ita effinxerunt: Εἰ μὴ κρατεῖς, τεκνίον, ὑβρίζεσθαι δοκεῖς; vel, Εἰ μὴ τυραννεῖς, θύγατερ (vel τέκνον), ἀδικεῖσθαι δοκεῖς; vel respici putant vocem Jasonis apud Aristotel. Polit. III, 4, πεινῆν, ὅτε μὴ τυραννοῖ. Illa ratio, undeunde versiculus petitus fuerit, potior. Vide Lips. ad Tacit l. *c.* et Casaub. ad nostrum. — Tiberius ad Agrippinam (*Tibère*, act. III, sc. 1):

Vous n'avez qu'un chagrin, c'est de ne pas régner.

2. *Arcessi.* Dedimus cum Oudendorp., probantibus Græv., Gron., Burm., Wolfio, pro *arcessitum.*

3. *Quum præstructum utrumque... esset*, etc. a Sejano, ut auctor est Tacit. Annal. IV, 54, « immissis, qui per speciem amicitiæ monerent, paratum ei venenum, vitandas soceri epulas. Atque illa, simulationum nescia, quum propter discumberet, non vultu aut sermone flecti, nullos attingere cibos, donec advertit Tiberius, forte, an quia audiverat; idque quo acrius experiretur, poma, ut erant apposita, laudans, nurui sua manu tradidit. Aucta ex eo suspicio Agrippinæ, et intacta ore servis transmisit. Nec tamen Tiberii vox coram secuta, sed obversus ad matrem, *non mirum*, ait, *si quid severius in eam statuisset, a qua veneficii insimularetur.* Inde rumor, parari exitium; neque id Imperatorem palam audere, secretum ad perpetrandum quæri. » Ann. 779.

4. *Novissime calumniatus*, etc Tacit. Ann. IV, 67, ad ann. 780: « Additus miles (Agrippinæ et Neroni) nuntios, introitus, aperta, secreta, velut in annales referebat, ultroque struebantur, *qui monerent perfugere ad Germaniæ exercitus, vel celeberrimo Fori effigiem D. Augusti amplecti, populumque ac Senatum auxilio vocare.* Eaque spreta ab illis, velut pararent, objiciebantur. » Accusatam eam in Senatu lib. V, 3 seq. narrat ad ann. 782, ubi plurima, maximo historiæ detrimento, interciderunt.

ad statuam Augusti, modo ad exercitus confugere velle, Pandateriam relegavit; conviciantique oculum per Centurionem verberibus excussit. Rursus mori[5] inedia destinanti, per vim ore diducto, infulciri cibum jussit. Sed et perseverantem, atque ita absumtam, criminosissime[6] insectatus est, quum diem quoque natalem ejus inter nefastos referendum suasisset. Imputavit etiam, quod non laqueo strangulatam in Gemonias abjecerit: proque tali clementia interponi decretum passus est, quo sibi gratiæ agerentur, et Capitolino Jovi donum ex auro sacraretur.

LIV. Quum ex Germanico tres nepotes, Neronem et Drusum et Caium, ex Druso unum, Tiberium, haberet; destitutus morte[2] liberorum, maximos natu de Germanici filiis, Neronem[3] et Drusum, P. C. commendavit: diemque

5. *Mori inedia destinanti;* ann. 786. Tacit. Annal. VI, 25, « Interfecto Sejano, spe sustentatam, provixisse reor, et, postquam nihil de sævitia remittebatur, *voluntate exstinctam; nisi si, negatis alimentis, assimulatus est finis, qui videretur sponte sumtus.* »

6. *Sed et... criminosissime insectatus est*, etc. Tacitus, « Enimvero Tiberius *fœdissimis criminationibus exarsit*, impudicitiam arguens, et Asinium Gallum adulterum, ejusque morte ad tædium vitæ compulsam. Sed Agrippina, æqui impatiens, dominandi avida, virilibus curis feminarum vitia exuerat. Eodem die defunctam, quo biennio ante Sejanus pœnas luisset, memoriæque id prodendum, addidit Cæsar; *jactavitque, quod non laqueo strangulata, neque in Gemonias projecta foret.* Actæ ob id grates, decretumque, ut XV Kal. Novembr. utriusque necis die, per omnes annos, donum Jovi sacraretur. » — De significatione verbi *imputare*, qua valet, velle aliquid pro beneficio haberi sibique eo nomine gratiam deberi, vide præter Casaub. ad hunc locum Freinshem. ind. Flori; Duker. ad Flor. IV, 12, 62; Scheffer. ad Phædr. I, 22, 8; Rupert. ad Juvenal. Sat. V, 14.

LIV. 1. *Tres nepotes.* Vide Calig. cap. 7.

2. *Morte liberorum;* naturalis Drusi, adoptivi Germanici.

3. *Neronem et Drusum, P. C. commendavit.* Tacit. Annal. III, 29: « Per idem tempus (ann. 773) Neronem, e liberis Germanici, jam ingressum juventam, commendavit Patribus, utque munere capessendi Vigintiviratus solveretur, et quinquennio maturius, quam per leges, quæsturam peteret, non sine irrisu audientium postulavit. » IV, 4: « Interim anni (776) principio Drusus, ex Germanici liberis, to-

utriusque tirocinii, congiario plebi dato, celebravit. Sed ut comperit, ineunte anno, pro[4] eorum quoque salute publice vota suscepta, egit cum Senatu, « Non debere talia præmia tribui, nisi expertis et ætate provectis : » atque ex eo, patefacta interiore animi sui nota, omnium criminationibus obnoxios reddidit : variaque[5] fraude inductos, ut et concitarentur ad convicia, et concitati proderentur, accusavit[6] per literas, amarissime congestis etiam probris, et judicatos hostes fame necavit : Neronem, in in-

gam virilem sumsit, quæque fratri ejus Neroni decreverat Senatus, repetita. » Hue tamen maxime pertinet, quam IV, 8, Tacitus exhibet, deductis in Senatum adolescentulis, babita a Tiberio oratio, ubi hæc ejus verba : « Erepto Druso, preces ad vos converto; Diisque et patria coram obtestor, Augusti pronepotes, clarissimis majoribus genitos, suscipite, regite, vestram meamque vicem explete. Hi vobis, Nero et Druse, parentum loco : ita nati estis, ut bona malaque vestra ad Rempublicam pertineant. » Cf. Calig. cap. 10.

4. *Pro eorum.... salute publice vota suscepta;* ann. 777. Tacit. Annal. IV, 17 : « Cornelio Cethego, Visellio Varrone Coss. Pontifices, eorumque exemplo ceteri Sacerdotes, *quum pro incolumitate Principis vota susciperent, Neronem quoque et Drusum iisdem Diis commendavere;* non tam caritate juvenum, quam adulatione; quæ moribus corruptis perinde anceps, si nulla, et ubi nimia est. Nam Tiberius, haud unquam domui Germanici mitis, tum vero *æquari adolescentes senectæ suæ, impatienter indoluit;* accitosque Pontifices percunctatus est, num id precibus Agrippinæ, aut minis, tribuissent. Et illi quidem, quamquam abnuerent, modice perstricti (etenim pars magna e propinquis ipsius, aut primores civitatis erant); ceterum in Senatu oratione monuit in posterum, *ne quis mobiles adolescentium animos præmaturis honoribus ad superbiam extolleret.* »

5. *Variaque fraude inductos,* etc. Sejani nempe, qui prius Neronem per uxorem fratremque Drusum, mox hunc ipsum insectabatur. Tacit. Annal. IV, 59, 60, ubi : « Nihil quidem pravæ cogitationis (Neroni); sed interdum voces procedebant contumaces et inconsultæ; quas appositi custodes exceptas auctasque quum deferrent, neque Neroni defendere daretur, diversæ insuper sollicitudinum formæ oriebantur, etc. »

6. *Accusavit per literas,* etc. Tacitus, Annal. V, 3 : « missæ in Agrippinam ac Neronem literæ... Verba inerant quæsita asperitate; sed non arma, non rerum novarum studium, amores juvenum et impudicitiam nepoti objectabat. » Ann. 782. Descriptio mortis in eamdem lacunam incidit, quam supra do-

sula Pontia; Drusum, in ima parte Palatii. Putant, Neronem ad voluntariam mortem coactum, quum ei carnifex, quasi ex Senatus auctoritate missus, laqueos et uncos ostentaret; Druso[7] autem adeo alimenta subducta, ut tomentum e culcita tentaverit mandere: amborum sic reliquias dispersas, ut vix quandoque colligi possent.

LV. Super veteres amicos ac familiares, viginti[1] sibi e numero principum civitatis depoposcerat, velut consiliarios in negotiis publicis. Horum omnium vix duos aut tres incolumes præstitit: ceteros, alium alia de causa, perculit. Inter quos cum[2] plurimorum clade Ælium Sejanum, quem ad summam potentiam non tam benevolentia provexerat, quam ut esset, cujus ministerio ac fraudibus liberos Germanici circumveniret, nepotemque[3] suum ex Druso filio naturalem ad successionem imperii confirmaret.

LVI. Nihilo lenior in convictores Græculos, quibus

luimus. — De insula *Pontia*, quæ non procul a Pandateria, in quam relegata Agrippina, sita erat, Strab. V, 3, 6.

7. *Druso.... adeo alimenta subducta*, etc. ann. 786. Tacit. Annal. VI, 23, « Drusus deinde exstinguitur, quum se miserandis alimentis, mandendo e cubili tomento, nonum ad diem detinuisset. » Quod *reliquias* eorum *dispersas* Noster dicit, Dio, LVIII, 22, καὶ τὰ ὀστᾶ αὐτῶν (Drusi et Agrippinæ) οὐ μόνον οὐκ ἐς τὸ βασιλικὸν μνημεῖον κατέθετο, ἀλλὰ καὶ κρυφθῆναι που κατὰ γῆς ἐκέλευσεν, ὥστε μηδέποτε εὑρεθῆναι. Postea Caligula matris fratrisque Neronis cineres Romam translatos Mausoleo condidit. Vide Calig. 15, et Dion. LIX, 3.

LV. 1. *Viginti sibi.... depoposcerat, velut consiliarios.* Vide Dion. LVII, 7, et cf. ad August. 35.

2. *Cum plurimorum clade Ælium Sejanum.* Periit maximæ impotentiæ homo anno 784. Conf. Dion. LVIII, 4 seq. qui *plurimorum cladem* cum interitu ejus conjunctam describit cap. 14. — De *circumventis Germanici liberis* vide cap. superius.

3. *Nepotemque suum.... naturalem;* Tiberium, interemtum postea a Caligula. Vide Calig. 23; Dion. LIX, 8. Servavi autem accusativum *naturalem*, pro quo al. *naturali*, partim, quod concinnior est oratio, vitatis tribus ablativis continuis, partim, quod ita scripsisse auctorem, docet error librariorum, qui correxerunt *filium*, decepti sequent. *naturalem*.

vel maxime acquiescebat. Zenonem quendam, exquisitius sermocinantem, quum interrogasset, « quænam illa tam molesta dialectos esset, » et ille respondisset, « Doridem; » relegavit[2] Cinariam, existimans, exprobratum sibi veterem secessum, quod Dorice Rhodii loquantur. Item quum soleret ex lectione quotidiana quæstiones super cœnam proponere, comperissetque, Seleucum[3] grammaticum a ministris suis perquirere, quos quoque tempore tractaret auctores, atque ita præparatum venire; primum a contubernio removit, deinde etiam ad mortem compulit.

LVII. Sæva ac lenta natura ne in puero quidem latuit: quam Theodorus[1] Gadareus, rhetoricæ præceptor, et perspexisse primus sagaciter, et assimulasse aptissime visus est, subinde in objurgando appellans eum πηλὸν αἵματι[2] πεφυρμένον. Sed aliquanto magis in Principe eluxit, etiam inter initia, quum adhuc favorem hominum mode-

LVI. 1. *Doridem*. Oudend. suadet *Doricen* vel Gr. Δωρικήν. At Pausan. IV, 27, 5, τὴν διάλεκτον τὴν Δωρίδα, et IX, 22, 3, τὴν φωνὴν τὴν Δωρίδα dicit. Cf. Fischer. Animadv. ad Weller. part. I, pag. 35. *Rhodios* Doriensibus accenset Thucyd. VII, 57. De eorum dialecto vide Fischer. l. c. pag. 53.

2. *Cinariam*. Al. *Cinaram*, vel *Cynaram*. Fuit ex Sporadibus. Vide Cellar. II, 14, pag. 1295. Grævius conjecit *Ænariam*, de qua vide August. 92, et probaverunt Vossius, Heinsius, Oudendorp.

3. *Seleucum grammaticum*; Alexandrinum, cui *Homerici* cognomen, de quo vide Vossium, de Histor. Græc.

LVII. 1. *Theodorus Gadareus*. Quintil. Inst. III, 1, 17: « Præcipue tamen in se converterunt studia Apollodorus Pergamenus, qui præceptor Apolloniæ Cæsaris Augusti fuit; et Theodorus Gadareus, qui se dici maluit Rhodium, quem studiose audisse, quum in eam insulam secessisset, dicitur Tiberius Cæsar, » ubi Spalding. laudat Langbæn. ad Longin. cap. III, 14.

2. Πεφυρμένον. Al. πεφυραμένον et συμπεφυρμένον. Plerique post Casaub. receperunt πεφυραμένον. Sed præterquam, quod πεφυρμένος forma est usitatior, et ita citatur locus a Suida in Ἀλέξανδρος Αἰγαῖος, quam ob rem probatur etiam a Dukero ad Thucyd. III, 49, commovit me metrum, ut darem πεφυρμένον. Est enim pars versus senarii, quo ex aliquo poeta petito usus est rhetor.

rationis simulatione captaret. Scurram[3], qui, prætereunte funere, clare mortuo mandarat, ut nunciaret Augusto, « nondum reddi legata, quæ plebi reliquisset, » attractum ad se, recipere debitum, ducique ad supplicium imperavit, et patri suo verum referre. Nec multo post in Senatu Pompeio cuidam, Equiti Romano, quiddam perneganti, dum[4] vincula minatur, affirmavit fore, « ut[5] ex Pompeio Pompeianus fieret; » acerba cavillatione simul hominis nomen incessens, veteremque partium fortunam.

LVIII. Sub idem tempus, consulente Prætore, an[1] judicia majestatis cogi juberet, exercendas esse leges respondit, et atrocissime exercuit. Statuæ quidam Augusti caput demserat, ut alterius imponeret. Acta res in Senatu, et quia ambigebatur, per tormenta quæsita est. Damnato reo[2], paulatim hoc genus calumniæ eo processit, ut hæc

3. *Scurram*, etc. Cf. Dio, LVII, 14. Pro *clare*, alii *elato*, quod et superfluum est et contra Latinitatem; non *elatus* enim erat mortuus, sed *efferebatur;* et *clare* mandasse dicitur, quum jocum cum circumstantibus communicaret, et invidiam ita faceret Tiberio. *Scurram* autem non intelligo, quales funera sequi solebant, sed hominem de plebe, qui vulgi risum captabat.

4. *Dum vincula minatur*. Mullerus suadet *minabatur*.

5. *Ut ex Pompeio Pompeianus fieret*. Dictum intellectu facillimum. Intelligit internecionem Pompeianorum sub Triumviris, qua Cæsaris partes ad summam potentiam effloruerant. Hæc est *vetus partium fortuna*. Pro *veterem*, al. *veterum*, male.

LVIII. 1. *An judicia majestatis cogi juberet*, etc. Tacit. Annal. I, 72: « legem majestatis reduxerat, cui nomen apud veteres idem, sed alia in judicium veniebant; si quis proditione exercitum, aut plebem seditionibus, denique male gesta Republica majestatem populi Rom. minuisset. Facta arguebantur, dicta impune erant. Primus Augustus cognitionem de famosis libellis, specie legis ejus, tractavit, commotus Cassii Severi libidine, qua viros feminasque illustres procacibus scriptis diffamaverat. *Mox Tiberius, consultante Pompeio Macro Prætore, an judicia majestatis redderentur, exercendas leges esse, respondit.* » Cf. Dio, LVII, 19.

2. *Damnato reo*. Eamdem causam existimant, quam Tacit. Annal. I, 74, refert, Granii Marcelli, Prætoris Bithyniæ, a Quæstore Cæpione Crispino majestatis postulati, subscribente Romano Hispone: « Marcellum insimulabat, *sinistros de Tiberio sermones habuisse*....

quoque capitalia essent: circa Augusti simulacrum servum[3] cecidisse, vestimenta[4] mutasse, nummo[5] vel anulo effigiem impressam latrinæ aut lupanari intulisse, dictum ullum factumve ejus existimatione[6] aliqua læsisse. Periit denique et is, qui honorem in colonia sua eodem die decerni sibi passus est, quo decreti et Augusto olim erant.

LIX. Multa præterea, specie gravitatis ac morum corrigendorum, sed et magis naturæ obtemperans, ita sæve et atrociter factitavit, ut[1] nonnulli versiculis quoque et

Addidit Hispo, *statuam Marcelli altius quam Cæsarum sitam; et alia in statua, amputato capite Augusti, effigiem Tiberii inditam.* « Tacitus, *Marcellum criminibus majestatis absolutum*, de pecuniis repetundis ad reciperatores itum, Noster, *reum damnatum*, scribunt. Conciliare student utrumque scriptorem ita, ut repetundarum, non majestatis damnatum dicant, quod est contra mentem Suetonii, vel sententiæ damnatoriæ gratiam factam, quod non magis e nostro loco elici potest. Nisi igitur erravit Noster, quod in tanto damnatorum numero in hoc uno facile potuit, diversa res fuit, quod ideo quoque existimo, quod *alterius*, non *Tiberii* (uti Tacitus) caput statuæ Augusti reum imposuisse dicit.

3. *Servum cecidisse*; i. e. verberasse.

4. *Vestimenta mutasse.* Nefas enim erat sacrato loco corpus nudare. Arrian. Dissert. II, 8; Valer. Max. II, 1, 7.

5. *Nummo vel anulo effigiem... intulisse.* Exemplum narrat Seneca, de Benef. III, 26: « Cœnabat Paulus prætorius in convivio quodam, imaginem Tiberii Cæsaris habens, ectypa, et eminente gemma. Rem ineptissimam fecero, si nunc verba quæsiero, quemadmodum dicam illum matellam sumsisse. Quod factum simul et Maro, ex notis illius temporis vestigatoribus, notavit. At servus ejus cui nectebantur insidiæ, ei ebrio annulum extraxit; et quum Maro convivas testaretur, *admotam esse imaginem obscœnis, et jam subscriptionem componeret*, ostendit in manu sua servus annulum. »

6. *Existimatione aliqua*; i. e. judicio. Usus est hoc vocab. auctor, quod *dictum* jam præcesserat. Præter necessitatem, et sensu etiam graviter mutato, corrigere voluit Burm. *dicto ullo factoque ejus existimationem oblique læsisse*, quem vide docte refutatum ab Oudendorpio. Idem mox defendit *honorem*, pro quo vulg. *honores*.

LIX. 1. *Ut nonnulli versiculis quoque*, etc. Tacit. I, 72: « Hunc quoque asperavere carmina, incertis auctoribus vulgata, in sævitiam superbiamque ejus, et discordem cum matre animum. » Nonnulli autem horum versiculorum ante ejus principatum facti sunt, alii eo Principe.

præsentia exprobrarent, et futura denunciarent mala:

Asper et immitis, breviter vis omnia dicam?
  Dispeream, si te mater amare potest.
Non es Eques. Quare? non sunt tibi millia[2] centum:
  Omnia si quæras, et Rhodos exsilium est.
Aurea mutasti Saturni secula, Cæsar:
  Incolumi nam te ferrea semper erunt.
Fastidit[3] vinum, quia jam sitit iste cruorem:
  Tam bibit hunc avide, quam bibit ante merum.
Aspice felicem sibi, non tibi,[4] Romule, Sullam:
  Et Marium, si[5] vis, aspice, sed reducem:
Nec non Antonî, civilia bella moventis,
  Nec semel infectas aspice cæde manus:
Et dic, Roma perit: regnabit sanguine multo,
  Ad regnum quisquis venit ab exsilio.

Quæ primo, quasi ab impatientibus[6] remediorum, ac non

2. *Millia centum*; i. e. ne quarta quidem pars census equestris, ut non opus sit emendare cum Lipsio, *quater et non sunt tibi millia centum*, qua medela versus vehementer claudicat. Postea *Omnia si quæras* cum Ernest. et Burm. refero ad sequentia *et Rhodos exsilium est.* Respondet enim superiori *Quare*, et est: *quid porro*, τί δέ, τί δ' ἔτι, sequiturque responsio: ne civis quidem es; Rhodi exsul agis. Minus bene Bremius jungit: *non sunt tibi millia centum*, *Omnia si quæras*; quod interpretatur: si omnia, quæ possides, corradas et computes.

3. *Fastidit vinum.* Plin. XIV, 22 (28), quem locum ad c. 42 citavimus, « Tiberium *in senecta jam severum* (Pintian. *sobrium* corrigit) *atque etiam sævum alias*, sed ipsa juventa ad merum proniorem fuisse » scribit.

4. *Romule.* Hoc non regis nomen censet Muller. in Schedis, sed diminutivum pro *Romane*, quod sæpe dicatur *Romulus* pro *Romuleus*, et hoc pro *Romanus.*

5. *Si vis*; i. e. *etiam*, *porro*, nota transeundi formula, quam exemplis Latinis illustravit Burmann. Sed, *si vis*, Græci etiam, *εἰ δὲ βούλει*, ut Xen. Memor. III, 5, 11 (cf. Viger. et Zeun. ad Viger. pag. 511), et nos, *si vous voulez.* Inepta est correctio Grævii *in vivis*, data, quod, ut ait, valde friget istud *si vis.*

6. *Remediorum.* Vulg. *Romæ dominii.* Spectat, quod initio capitis, *specie gravitatis ac morum corrigendorum*, unde etiam Tiberii vox, *Oderint, dum probent*, scil. remedia, corruptis moribus a me adhibita. Dictum reddit CHÉNIER, *Tibère*, act. I, sub fin.

Rome peut me haïr, pourvu qu'elle me craigne.

tam ex animi sententia, quam bile et stomacho, fingerentur, volebat accipi; dicebatque identidem : « Oderint, dum probent. » Dein, vera plane certaque esse, ipse fecit fidem.

LX. In paucis diebus, quam Capreas attigit, piscatori, qui sibi secretum agenti grandem mullum inopinanter obtulerat, perfricari eodem pisce faciem jussit, territus, quod is a tergo insulæ per aspera et devia erepsisset ad se. Gratulanti autem inter pœnam, quod non et locustam, quam prægrandem ceperat, obtulisset, locusta quoque lacerari os imperavit. Militem prætorianum, ob surreptum e viridario pavonem, capite puniit. In quodam itinere, lectica, qua vehebatur, vepribus impedita, exploratorem viæ, primarum[1] cohortium Centurionem, stratum humi pæne ad necem verberavit.

LXI. Mox in omne genus crudelitatis erupit, nunquam deficiente materia : quum primo matris, deinde nepotum et nurus, postremo Sejani familiares atque etiam notos persequeretur. Post[1] cujus interitum vel sævissimus exstitit; quo maxime apparuit, non tam ipsum a Sejano concitari solitum, quam Sejanum quærenti occasiones subministrasse. Etsi commentario, quem de vita sua summatim breviterque composuit, ausus est scribere, « Sejanum se punisse, quod comperisset, furere adversus liberos Germanici filii sui : » quorum ipse alterum, suspecto jam, alterum[2], oppresso demum Sejano, interemit. Sin-

LX. 1. *Primarum cohortium.* Vexat interpretes pluralis, unde Græv. e Lipsii emendatione dedit *primarium;* idem Lipsius, Elect. II, 17, suasit *prætoriarum;* Oudendorp. et Wolf. sub *primarum* gentis nomen vel tale quid latere existimant. Puto, *primas cohortes* dici prætorias, et *primarum cohortium Centurionem* unum aliquem Centurionem prætorianorum, quum cohortem ipsam, cui præerat, distinctius nominare h. l. non attineret. Sic nos, « un officier *des gardes*, » ubi, cujus cohortis fuerit, non quærimus.

LXI. 1. *Post cujus interitum*, etc. Cf. Dion. LVIII, 14 seq.

2. *Alterum.... interemit.* Periit

gillatim crudeliter facta ejus exsequi, longum est: genera, velut exemplaria, sævitiæ enumerare, sat erit. Nullus a pœna hominum cessavit dies, ne[3] religiosus quidem ac sacer. Animadversum in quosdam ineunte anno novo: accusati damnatique multi cum liberis atque etiam uxoribus suis. Interdictum[4], ne capite damnatos propinqui lugerent: decreta[5] accusatoribus præcipua præmia, nonnunquam et testibus. Nemini delatorum fides abrogata. Omne[6] crimen pro capitali receptum, etiam paucorum simpliciumque verborum. Objectum[7] est poetæ, quod in tragœdia Agamemnonem probris lacessisset: objectum et[8] historico, quod « Brutum Cassiumque ultimos Roma-

Sejauus aon. 784. Superiori anno interfectos fuerat Nero, igitur suspecto jam Sejano; Drusus aun. demum 786, bieunio igitur post oppressum Sejanum.

3. *Ne religiosus quidem ac sacer;* quibus nou magis, quam Kal. Jaooariis, supplieium de homiue sumi fas erat. Vide Casaub. ad August. 57. Ceterum voc. *hominum*, quod nouuulli in *omnino* mutare voloerunt, et postea *novo*, quod aliis e glossemate ortum visum, recte ob morem Suetouii aliorumque defeudit, addere solitorum, quæ supervaeua videantur.

4. *Interdietum, ne.... propinqui lugerent.* Taeit. Aunal. VI, 19: « Irritatus suppliciis, cunetos, qui earcere attioebautur, accusati soeietatis eum Sejano, necari jubet. Jaeuit immensa strages; omnis sexus, omnis ætas; illustres, ignobiles, dispersi, aut aggerati. Neque propiuquis aut amicis adsistere, illaerimare, ue visere quidem diutius, dabatur; sed eircumjecti custodes et io mœrorem eojusque intenti, eorpora putrefaeta assectabautur, dum in Tiberim traherentur; ubi fluitantia, aut ripis appulsa oou cremare quisquam, uon eontingere. Interciderat sortis humanæ commercium vi metus, quaotumque sævitia glisceret, miseratio arcebatur. »

5. *Decreta aecusatoribus.... præmia*, ete. per legem majestatis. Cf. Dio, LVII, 19, et, quem loeum ex Excerpt. Peirese. Reimarus inseruit LVIII, 14, *καὶ γὰρ ἐπὶ Τιβερίου*, etc.

6. *Omne crimen pro eapitali receptum*. Cf. Dio, LVIII, 24.

7. *Objectum est poetæ*, etc. Similis, nisi eadem, a Suetouio tantum aliter excepta, causa fuit Mamerci Scauri, quem aeeusaverat Macro, « detuleratque, » ut Taeit. Annal. VI, 29, « argumeotum tragœdiæ, a Seauro seriptæ, additis versibus, qui in Tiberium flecterentur. » Conf. Dio, LVIII, 24. Sub *Agamemnonis* persooa Tiberium probris lacessitum ferebaut.

8. *Objectum et historico*, ete. Taeit. Annal. IV, 34: « Cornelio Cos-

norum » dixisset: animadversum est statim in auctores, scriptaque abolita, quamvis probarentur ante aliquot annos, etiam Augusto audiente, recitata. Quibusdam, custodiæ traditis, non modo[9] studendi solatium ademtum, sed etiam sermonis et colloquii usus. Citati[10] ad causam dicendam partim se domi vulneraverunt, certi damnationis, sed ad vexationem ignominiamque vitandam; partim in media Curia venenum hauserunt, et tamen colligatis vulneribus, ac semianimes palpitantesque in carcerem rapti. Nemo punitorum non et in Gemonias abjectus, uncoque tractus; viginti[11] uno die, [abjecti tractique sunt] inter eos feminæ et pueri. Immaturæ[12] puellæ, quia more tradito nefas esset virgines strangulari, vitiatæ prius a

so, Asinio Agrippa Coss. (ann. 778), *Cremutius Cordus* postulatur, novo ac tunc primum audito crimine, *quod, editis annalibus, laudatoque M. Bruto, C. Cassium Romanorum ultimum dixisset*... Egressus Senatu (cap. 35), vitam abstinentia finivit. Libros per Ædiles cremandos censuere Patres; sed manserunt, occultati et editi. » Cf. Dio, LVII, 24. Hoc autem loco nostro, junge *quamvis probarentur.... recitata*, id est, quamvis testimoniis probaretur, evinceretur, ea recitata esse.

9. *Studendi*. *Studere* ea ætate absolute dici cœpit. Plurima Quintiliani et Plinii exempla vide in Lexico Schelleri. Ex hujus usus ignorantia venit apud Nostrum lectio *scribendi*, sententia nimis circumscripta.

10. *Citati.... partim se domi vulneraverunt*, etc. Dio, LVIII, 15. Edidimus, auctore Cod. Memm., « *sed* ad, etc. » pro » *et* ad, etc. » subintellecto *quidem* post *certi*.

11. *Viginti uno die*. Quoniam Tacit. Annal. VI, 19, *immensam stragem* fuisse dicit, Lipsius ∞ i. e. *mille*, alii alium numerum h. l. substituerunt. Sed patet, Tacitum de totius post oppressum Sejanum temporis strage, Nostrum de uno die loqui. Ceterum verba *abjecti tractique sunt*, quæ e glossemate in textum venisse id quoque ostendit, quod *tractique sunt* in multis Codd. desideratur, uncis inclusimus.

12. *Immaturæ puellæ..... dein strangulatæ*. Ad hoc Montesquieu, *Esprit des lois*, XII, 14, de Tiberio: « tyran subtil et cruel, il détruisait les mœurs pour conserver « les coutumes. » *Immaturos* omnino Triumvirorum capitalium supplicio tradi nefas erat, quam ob causam Antonius et Octavianus rerum potiti prætextatum quemdam, ut posset occidi, togam virilem induere jusserunt, ut narrat Dio, XLVII, 6. Hoc autem loco Suetonius Sejani filiam dicit, de qua Tacit. Annal. V, 9: « Tradunt temporis ejus auctores, quia, Triumvirali suppli-

carnifice, dein strangulatæ. Mori volentibus vis adhibita vivendi. Nam mortem adeo leve supplicium putabat, ut, quum audisset, unum e reis, Carnulium nomine, anticipasse eam, exclamaverit: « Carnulius me evasit. » Et in recognoscendis custodiis, precanti cuidam pœnæ maturitatem respondit: « Nondum[13] tecum in gratiam redii. » Annalibus suis vir consularis inseruit, frequenti quondam convivio, cui et ipse affuerit, interrogatum eum subito et clare a quodam nano, adstante mensæ inter[14] copreas, cur Paconius majestatis reus tam diu viveret, statim quidem petulantiam linguæ objurgasse, ceterum post paucos dies scripsisse Senatui, ut de pœna Paconii quamprimum statueret.

LXII. Auxit intenditque sævitiam, exacerbatus indicio de morte filii sui Drusi: quem quum morbo et intemperantia perisse existimaret, ut tandem veneno[1] interemtum fraude Livillæ uxoris atque Sejani cognovit, neque tor-

cio affici virginem, inauditum habebatur, a carnifice, laqueum juxta, compressam; exin, oblisis faucibus, id ætatis corpora (virginis scil. fratrisque) in Gemonias abjecta. » Cf. Dio, LVIII, 11.

13. *Nondum ... redii*. Conf. Dio, LVIII, 3 et 23.

14. *Copreas*. Ita legendum esse pro inepto *capreas* censuerunt Scaliger, not. ad Festum in *scurra*, Lipsius, Elect. II, 17, Turneb. Advers. XXII, 31, et receperunt post Casaubonum omnes.. Conf. hujus not. ad h. l. Fabric. ad Dion. L, 28, et Reimar. ad LXXIII, 6, qui pro κοπρείας, quod illo loco legitur, κοπρίας scribendum contendit. *Copreæ*, homines βωμολόχοι, γελωτοποιοὶ, et scurræ. *M. Paconius*, legatus C. Silani, Proconsulis Asiæ, inter hujus accusatores commemoratur a Tacit. Annal. III, 67. Vide de Paconiis, patre et filio, Lips. ad Annal. XVI, 28.

LXII. 1. *Veneno interemtum*, etc. ann. 776. Tacit. Annal. IV, 8: « Sejanus, maturandum ratus, deligit venenum, quo paullatim irrepente, fortuitus morbus assimilaretur: id Druso datum per Lygdum spadonem, ut octo post annos cognitum est. » Idem, cap. 10, diversum de Drusi morte eorum temporum rumorem, et c. 11, « ordinem sceleris per Apicatam Sejani proditum, tormentis Eudemi ac Lygdi patefactum, » tradit. Cf. Dio, LVII, 22, qui proditum scelus narrat LVIII, 11: ann. 784.—*Livillæ*; filiæ Drusi, fratris Tiberii, ex Antonia minore, sororisque Germanici, quæ nupta

mentis neque supplicio cujusquam pepercit; soli huic cognitioni adeo per totos dies deditus et intentus, ut Rhodiensem hospitem, quem familiaribus literis Romam evocarat, advenisse sibi nunciatum, torqueri sine mora jusserit, quasi[2] aliquis ex necessariis quæstioni adesset; deinde, errore detecto, et occidi, ne divulgaret injuriam. Carnificinæ ejus ostenditur locus Capreis, unde damnatos, post longa et exquisita tormenta, præcipitari coram se in mare jubebat, excipiente classiariorum manu, et contis atque remis elidente cadavera, ne cui residui spiritus quicquam inesset. Excogitaverat autem inter genera cruciatus etiam, ut larga meri potione per fallaciam oneratos, repente veretris deligatis, fidicularum simul urinæque tormento distenderet. Quod nisi eum et mors prævenisset, et [3]Thrasyllus consulto, ut aiunt, differre quædam spe longioris vitæ compulisset; plures aliquanto necaturus, ac ne reliquis quidem nepotibus parsurus creditur; quum et Caium suspectum haberet, et Tiberium, ut[4] ex adulterio conceptum, aspernaretur. Nec abhorret

Druso cum Sejano rem habuit, et contra mariti vitam conspiravit. Tacit. Annal. IV, 3: « Igitur cuncta tentanti (Sejano) promptissimum visum, ad uxorem ejus (Drusi) Liviam convertere... Hanc, ut amore incensus, adulterio pellexit; et, postquam primi flagitii potitus est... ad conjugii spem, consortium regni, et necem mariti impulit. » De ejus nomine (nam *Livia* etiam, ut Tacito, et *Julia* appellatur) vide Oudend. ad hunc locum et Fabric. ad Dion. LVII, 22.

2. *Quasi aliquis ex necessariis quæstioni adesset.* Interpretantur: ex necessariis ad quæstionem, id est, ex iis, qui ad verum eruendum necessario torquendi essent. Sed quoniam hæc ratio duriorem verborum structuram infert, malo *necessarium* alicujus reorum intelligere, quem quum Tiberius citatum ad quæstionem testimonii causa adesse existimaret, subjici statim tormentis jussit. — *Deinde, errore detecto*, etc. Rem paulo aliter narrat Dio: non enim errore factum ait, sed injuste accusatum illum fuisse.

3. *Et Thrasyllus... ut aiunt*, etc. Conf. Dio, LVIII, 27.

4. *Ut ex adulterio conceptum*; matris Livillæ et Sejani. Vide supra (not. 1), Dionis, LVII, 22, et Taciti loca citata.

a vero: namque identidem « felicem[5] Priamum vocabat, quod superstes omnium suorum exstitisset. »

LXIII. Quam[1] inter hæc non modo invisus ac detestabilis, sed prætrepidus quoque, atque etiam contumeliis obnoxius vixerit, multa indicia sunt. Haruspices secreto ac sine testibus consuli vetuit. Vicina vero Urbi oracula etiam disjicere conatus est: sed majestate Prænestinarum sortium[2] territus, destitit, quum obsignatas devectasque Romam non reperisset in arca, nisi relata rursus ad templum. Unum et alterum consulares, oblatis provinciis, non ausus a se dimittere, usque eo detinuit, donec successores post aliquot annos præsentibus daret: quum interim, manente officii titulo, etiam delegaret plurima assidue[3], quæ illi per legatos et adjutores suos exsequenda curarent.

5. *Felicem Priamum vocabat*, etc. Conf. Dio, LVIII, 23.

LXIII. 1. *Quam inter hæc invisus ac detestabilis vixerit.* Cneius, Pisonis filius, apud Chénier, *Tibère*, act. IV, sc. 3:

Tibère corrompt tout par son fatal génie:
Ce qu'on nomme équité n'est que sa tyrannie.
En vain dans ses discours, de pompe revêtus,
De ses vices masqués il se fait des vertus;
Nous pouvons aisément, malgré tant d'artifices,
Dans ses fausses vertus démasquer tous ses vices.
Il récuse le peuple, et commande au Sénat:
Vous l'avouez enfin, lui seul est tout l'état.
Sa vengeance proscrit, sa faveur déshonore;
Plus il est odieux, plus il faut qu'on l'adore;
Et, tremblant devant lui, le pâle genre humain
Le maudit à ses pieds, l'encensoir à la main.

— *Contumeliis obnoxius.* Viri docti, qui rursus non attenderunt ad morem Suetonii, quo summam eorum præmittit, quæ deinde singillatim expositurus est, post Salmasium h. l. ejectum voluerunt *contumeliis*, ut *obnoxius* absolute esset id quod *anxius*, *sollicitus*, ut supra cap. 12. Nempe ab hoc inde capite ostendit auctor, *invisum* et *prætrepidum* vixisse, et cap. 66, *contumeliis etiam obnoxium*. Ita enim illud orditur: « *Urebant* insuper *anxiam mentem* varia undique *convicio*, etc. »

2. *Prænestinarum sortium.* De *sortibus* omnino diximus supra ad cap. 14; de *Prænestinis* vide Cic. de Divin. II, 41. Conf. Guther. de Veteri Jure Pontificio, IV, 12 (Thes. Græv. tom. V, pag. 197), et inprimis Bulenger. de Sortibus, I, 1 (ibid. pag. 361 seq.). Nostro loco jure Memmiani Cod. lectionem *relata*, scil. arca, vulgatæ *relatas* prætulerunt Ernest. et Oudendorp.

3. *Plurima assidue, quæ*, etc. Vulgo, *plurima, assidueque*, etc. Illud probarunt Oudend. et Wolf., amoto, quod Ernest. injecit dictio-

LXIV. Nurum ac nepotes nunquam aliter post damnationem, quam catenatos, obsutaque lectica, loco[1] movit; prohibitis per militem obviis ac viatoribus respicere usquam, vel consistere.

LXV. Sejanum[1], res novas molientem, quamvis jam et natalem ejus publice celebrari, et imagines aureas coli passim videret, vix tandem, et astu magis ac dolo, quam principali auctoritate, subvertit. Nam primo, ut a se per speciem honoris dimitteret, collegam[2] sibi assumsit in quinto consulatu, quem longo intervallo absens ob id

ni, *plurima assidue*, ταυτολογίας crimine, quum *plurima* rem, *assidue* tempus notet. *Assidue* enim est *sæpe*. Quod ad rem, conf. Dio, LVIII, 19. Tacit. Annal. VI, 27: « Extremo anni (786) mors Ælii Lamiæ funere censorio celebrata, *qui administrandæ Syriæ imagine tandem exsolutus*, Urbi præfuerat. Genus illi decorum, vivida senectus, et *non permissa provincia* dignationem addiderat. Exin, Flacco Pomponio Syriæ Proprætore defuncto, recitantur Cæsaris literæ, queis incusabat, egregium quemque, et regendis exercitibus idoneum, abnuere id munus; seque ea necessitudine ad preces cogi, per quas Consularium aliqui capessere provincias adigerentur; oblitus Arruntium, ne in Hispaniam pergeret, decimum jam annum attineri. »

LXIV. 1. *Loco movit*; hoc est, ab uno loco in alium transportavit. Inepte enim Reitzius explicat, « relegavit, et dignitate privavit. »

LXV. 1. *Sejanum*, etc. De Sejano hæc ad hunc locum ex Tacito collegit Egnatius, quibus magis innotescit homo turpissimus: Is genitus Vulsiniis est, patre Sejo Strabone, Equite Romano, et a prima juventa C. Cæsari Augusti nepoti percarus. Adversa fama, quasi Apicio stuprum corporis vendidisset: mox defuncto C. Cæsare, Tiberio miris artibus insinuatus, adeo principem sibi obnoxium fecerat, ut callidissimum et obscurissimum alias sibi uni incautum reddiderit. Laboris patiens, audaciæ nimiæ, simulator juxta et dissimulator: pro pudore quem palam ostentaret, immensa opum libido, nec minus criminando, quam adulando principi, et largitione ac industria interdum acceptus. His artibus sene circumvento, primo Drusum Tiberii veneno tollit, dato per Lygdum spadonem, uxore etiam Livia auxiliante, quæ illi per stuprum cognita fuerat: inde in Agrippinam et ejus liberos conversus, tacitis eam criminationibus involvit, ut tandem relegatam Tiberius interfici jusserit cum Nerone filio, donec ille iisdem petitus artibus cum filiis enectus sit, quorum corpora in Gemonias sint abjecta. — *Quamvis jam.... videret*. Conf. Dio, LVIII, 2, et vide etiam ad cap. 48.

2. *Collegam.... in quinto consu-*

ipsum susceperat. Deinde spe[3] affinitatis ac tribuniciæ potestatis deceptum, inopinantem criminatus est pudenda[4] miserandaque oratione; quum inter alia P. C. precaretur, « mitterent alterum e Consulibus, qui se senem et solum in conspectum eorum cum aliquo militari præsidio perduceret. » Sic[5] quoque diffidens, tumultumque metuens, Drusum nepotem, quem vinculis adhuc Romæ continebat, solvi, si res posceret, ducemque constitui præceperat. Aptatis etiam navibus, ad quascunque legiones meditabatur fugam, speculabundus ex altissima rupe identidem signa, quæ, ne nuncii morarentur, tolli procul, ut quidque factum foret, mandaverat. Verum, et oppressa conjuratione Sejani, nihilo securior aut con-

latu. Vide ad cap. 26. Dio, LVIII, 4, ad ann. 784.

3. *Spe affinitatis.... deceptum.* Non solnm enim desponderat filio Claudii Druso Sejani filiam (Claud. 27; Tacit. Annal. III, 29; Dio, LVIII, 11), sed *generum* etiam sibi destinaverat ipsum Sejanum (Tacit. Annal. V, 6, et VI, 8), data in matrimonium filii Drusi filia Julia, nt ad Dinnis l. c. nstendit Reimarus ex Zonara, pag. 550. *Gener* igitur a Tacitn prn *progenero* dicitur. — *Ac tribuniciæ potestatis.* Secundum Dion. LVIII, 9, Nævius Sertorius Macro, missus ad opprimendum Sejanum, ἰδὼν αὐτὸν ταραττόμενον, ὅτι μηδέν οἱ ὁ Τιβέριος ἐπεστάλκει, παρεμυθήσατο, εἰπὼν ἰδίᾳ καὶ ἐν ἀπορρήτῳ, ὅτι τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ τὴν δημαρχικὴν φέροι. Potestatem autem tribuniciam dari solitam imperio destinatis, in Augusti Tiberiique vitis sæpius vidimus. Conf. ad August. cap. 27.

4. *Pudenda miserandaque oratione;* epistola ad Senatum missa, cujus argumentum exhibet Dio, LVIII, 10. Juvenal. Sat. X, 68, de Sejano:

> Nunquam, si quid mihi credis, amavi
> Hunc hominem: sed quo cecidit sub crimine? quisnam
> Delator? quibus indiciis, quo teste probavit?
> — Nil horum: verbosa et grandis epistola venit
> A Capreis.

Cnnsules autem intellige quos Tiberins suffecerat, quum ipse cum Sejano exorsus esset annnm. De Consulibus hujus anni, variis mensibus snffectis, vide Fabric. ad Dinnis loc. cit. et Norisii Epistol. Cnnsularem (Thes. Græv. tom. XI, pag. 4n4).

5. *Sic quoque diffidens*, etc. Cf. Dio, LVIII, 13. Tacit. Annal. VI, 23: « Tradidere quidam, præscriptum fuisse Macroni, si arma ab Sejann tentarentur, extractum custodia juvenem (nam in Palatio attinebatur) ducem populo imponere. »

stantior, per novem proximos menses non egressus est villa, quæ vocatur Jovis.

LXVI. Urebant insuper anxiam mentem varia undique convicia, nullo non damnatorum omne probri genus coram, vel per libellos in[1] orchestra positos, ingerente. Quibus quidem diversissime afficiebatur : modo, ut præ pudore ignota et celata cuncta cuperet; nonnunquam eadem contemneret, et[2] proferret ultro, atque vulgaret. Quin et[3] Artabani, Parthorum regis, laceratus est literis, parricidia et cædes et ignaviam et luxuriam objicientis, monentisque, ut voluntaria morte maximo justissimoque civium odio quamprimum satisfaceret.

LXVII. Postremo[1] semetipse pertæsus, tali epistolæ

LXVI. 1. *In orchestra;* ubi Senatorum sedes, tempore ludorum. Sic August. 55, famosi libelli, *in Curia* de Augusto sparsi dicebantur, utrumque celeberrimo loco, quo magis in vulgus exirent illa convicia, et potissima pars populi primum concitaretur. Burmannus difficultates objieit fere ridiculas. Quamquam vinculis detenti, per alios poterant libellos exponere, ut ipsi soleuni more exposuisse dicautur.

2. *Nonnunquam.... et proferret ultro, atque vulgaret.* Diligenter inquirens, ait Dio, LVII, 23, singula quæ de se in malam partem locutus esse aliquis diceretur, omnia sibi maledicta ipse ingerebat : nam si vel in occulto quis cum quoquam de eo esset locutus, id quoque publicabat, adeo ut etiam in acta publica referretur. Ita, auctore eodem Dione, LVIII, 25, et Tacito, VI, 38, Fulcinius Trio supremis tabulis et ipsum et Macronem multis conviciis prosciderat; « quæ ab heredibus occultata recitari Tiberius jussit; patientiam libertatis alienæ ostentans et contemptor suæ infamiæ, an scelerum Sejani diu nescius, mox quoquo modo dicta vulgari malebat, veritatisque, cui adulatio officit, per probra saltem gnarus fieri. »

3. *Artabani;* de quo vide Tacit. Annal. II, 3 seq. et VI, 31 seq. Joseph. Antiq. XVIII, 4. Regnum obtinuit ad Claudii usque principatum.

LXVII. 1. *Postremo semetipse pertæsus*, etc. Tiberius ipse apud Chénier, *Tibère*, act. V, sc. 2, decreta Pisonis morte,

Encor cette victime.
Je renonce au pouvoir, si je renonce au crime :
A la haine, au remords, je dois me résigner,
Tout oser, mais tout craindre. Et c'est donc là régner!
Quel prestige maintient cet empire suprême,
Pesant pour les sujets, pour le tyran lui-même ?
Un seul, maître de tous, ordonnant de leur sort,
Et promettant la vie, ou prescrivant la mort!
Un seul! et les Romains tremblent devant un homme!

principio tantum non summam malorum suorum professus est : « Quid scribam vobis, Patres Conscripti, aut quomodo scribam, aut quid omnino non scribam, hoc tempore, Dii me Deæque pejus perdant, quam quotidie perire sentio, si scio. » Existimant quidam, præscisse hæc eum peritia futurorum : ac multo ante, quanta se quandoque acerbitas et infamia maneret, prospexisse; ideoque, ut imperium inierit, et[2] PATRIS PATRIÆ appellationem, et, ne in acta sua juraretur, obstinatissime recusasse, ne mox majore dedecore impar tantis honoribus inveniretur. Quod sane et ex oratione ejus, quam de utraque re habuit, colligi potest : vel quum ait, « Similem se semper sui futurum, nec unquam mutaturum mores suos, quamdiu sanæ mentis fuisset : sed exempli causa cavendum esse, ne se Senatus in acta cujusquam obligaret, qui aliquo casu mutari posset. » Et rursus : « Si quando autem, inquit, de moribus meis, devotoque vobis animo dubitaveritis (quod priusquam eveniat, opto, ut me supremus dies huic mutatæ vestræ de me opinioni eripiat), nihil honoris adjiciet mihi PATRIS PATRIÆ

Les Romains ! Où sont-ils ! Dans les tombeaux de Rome.

— *Tali epistolæ principio*, etc. Scripsit eam ann. 785. *Insigne hoc initium* reddidit etiam Tacit. Annal. VI, 6, apud quem hæc una varietas, quod infra. « *quam perire me quotidie sentio*, » quod præplacet.

2. *Et Patris Patriæ.... recusasse.* Vide supra, cap. 26. — Tiberii orationem sic reddit Tacit. Annal. IV, 38 : « Ego me, P. C., mortalem esse et hominum officia fungi, satisque habere, si locum principem impleam, et vos testor, et meminisse posteros volo, qui satis superque memoriæ meæ tribuent, ut majoribus meis dignum, rerum vestrarum providum, constantem in periculis, offensionum pro utilitate publica non pavidum, credant. Hæc mihi in animis vestris templa, hæ pulcherrimæ effigies et mansuræ : nam quæ saxo struuntur, si judicium posterorum in odium vertit, pro sepulcris spernuntur. Proinde socios, cives, et deos ipsos precor : hos, ut mihi ad finem usque vitæ quietam et intelligentem humani divinique juris mentem duint; illos, ut, quandoque concessero, cum laude et bonis recordationibus facta atque famam nominis mei prosequantur. »

appellatio; vobis autem exprobrabit aut temeritatem delati mihi ejus cognominis, aut inconstantiam contrarii de me judicii. »

LXVIII. Corpore[1] fuit amplo atque robusto: statura, quæ justam excederet. Latus ab humeris et pectore: ceteris quoque membris usque ad imos pedes æqualis et congruens: sinistra manu agiliore ac validiore: articulis ita firmis, ut recens et integrum malum digito terebraret; caput pueri, vel etiam adolescentis, talitro vulneraret. Colore erat candido, capillo[2] pone occipitium summissiore, ut cervicem etiam obtegeret, quod gentile in illo videbatur: facie honesta: in qua tamen crebri et[3] subiti tumores, cum prægrandibus oculis, et[4] qui, quod mirum esset, noctu etiam et in tenebris viderent, sed ad breve, et quum primum a somno patuissent; deinde rursum hebescebant. Incedebat cervice[5] rigida et obstipa: adducto

LXVIII. 1. *Corpore fuit amplo atque robusto.* Vell. II, 94, juvenis dicitur *forma*, *celsitudine corporis* ornatissimus, et cap. 97, fratri ejus Druso *pulchritudo corporis* tribuitur *proxima fraternæ.* In senectute *prægracilem* et *incurvam proceritatem* ei fuisse, Tacitus auctor, A. IV, 57, cujus nulla cum Nostro discrepantia, quum de varia ætate Tiberii exponant. Nam qui formam hominis describit, vel imaginem exhibet, juvenem, non senem delineat.

2. *Capillo.... summissiore, ut cervicem... obtegeret.* Contra seni *nudus capillo vertex* Tacit. Annal. l. c. unde a Sejano ut φαλακρὸς ludibrio expositus est. Dio, LVIII, 19.

3. *Et subiti tumores.* Tacitus, « *Ulcerosa facies*, ac plerumque medicaminibus interstincta, » ad quem locum Lipsius alteram Suetonii lectionem *subtiles* corrigit in *substilli* vel *substilles*. Burm. conjecit *rubidi*, Ernest. *lividi*. *Subiti* tumores (hæc enim optimorum Codd. lectio) sunt subito sæpe orti, sed ita, ut celeriter evanescerent, qualibus vinosorum et libidinosorum hominum facies obsitæ esse solent.

4. *Et qui.... noctu etiam et in tenebris viderent.* Dio, LVII, 2, imperium etiam recusasse dicit ob ætatem, *καὶ δι' ἀμβλυωπίαν (πλεῖστον γὰρ τοῦ σκότους βλέπων, ἐλάχιστα τῆς ἡμέρας ἑώρα)*, ubi vide doctum Fabricii annotationem. Plin. H. N. XI, 37 (54), « Ferunt Tiberio Cæsari, nec alii genitorum (*mortalium* glossam puto), fuisse naturam, ut expergefactus noctu paullisper, haud alio modo, quam luce clara, contueretur omnia, paullatim tenebris sese obducentibus, » ubi vide interpretes.

5. *Cervice rigida et obstipa*; inter-

fere vultu, plerumque tacitus: nullo aut rarissimo etiam cum proximis sermone, eoque tardissimo, nec sine molli quadam digitorum gesticulatione. Quæ omnia ingrata, atque arrogantiæ plena, et[6] animadvertit Augustus in eo, et excusare tentavit sæpe apud Senatum ac populum, professus, « naturæ vitia esse, non animi. » Valetudine prosperrima usus est, tempore quidem principatus pæne toto prope illæsa; quamvis[7] a tricesimo ætatis anno arbitratu eam suo rexerit, sine adjumento consiliove medicorum.

LXIX. Circa Deos ac religiones negligentior; quippe addictus[1] mathematicæ, plenusque persuasionis, cuncta fato agi. Tonitrua tamen præter modum expavescebat: et turbatiore cælo nunquam[2] non coronam lauream capite gestavit, quod fulmine afflari negetur id genus frondis.

LXX. Artes liberales utriusque[1] generis studiosissime

pretes vertunt, « la tête haute, et « renversée. » Hic est incessus superbiæ et arrogantiæ plenus. Sed *obstipa* idem sonat ac *inclinata* versus humerum. Cf. Horat. Sat. II, 5, 92, aliosque. Ego cum Cl. *Mongez*, *Iconogr. rom.* verterem, *immobile et penchée*. Mox *adductus vultus* est ad severitatem compositus. Vide Lips. ad Tacit. Ann. XIV, 4, et Hist. III, 7, ubi, excitato nostro loco, *adductum vultum* gravem esse docet, serium et severum, quia alacres, comes, fronte fere sunt exporrecta et diffusa, contra tristes et severi contracta et adducta.

6. *Et animadvertit Augustus in eo;* cum reprehensione. Tacit. Ann. I, 10: « Augustus, paucis ante annis, quum Tiberio tribuniciam potestatem a Patribus rursum postularet, quamquam honora oratione, quædam de habitu cultuque et institutis ejus jecerat, quæ velut excusando *exprobraret*. »

7. *Quamvis a tr. æt. anno*, etc. Tacit. Ann. VI, 46: « Solitus eludere medicorum artes, atque eos, qui post tricesimum ætatis annum ad internoscenda corpori suo utilia vel noxia alieni consilii indigerent. »

LXIX. 1. *Addictus mathematicæ*. Vide notata supra ad cap. 14.

2. *Nunquam non... gestavit.* Plin. H. N. XV, 30 (40): « Tiberium principem tonante cælo coronari lauro solitum ferunt contra fulminum metus. » Conf. ad August. cap. 90.

LXX. 1. *Utriusque generis.* Wolfius cum Perizon. *oratoriam* et *poeticam* intelligit; Ernest. *Græcum et Latinum sermonem*. Hoc præfero ob locum Calig. 3, « ingenium *in utroque eloquentiæ doctrinæque ge-*

coluit. In oratione Latina secutus est Corvinum[2] Messalam, quem senem adolescens observaverat. Sed[3] affectatione et morositate nimia obscurabat stilum: ut aliquanto ex tempore, quam a cura, præstantior haberetur. Composuit et carmen lyricum, cujus est titulus, *Conquæstio de L. Cæsaris morte.* Fecit et Græca poemata, imitatus Euphorionem[4], et[5] Rhianum, et[6] Parthenium: quibus poetis admodum delectatus, scripta eorum et imagines publicis bibliothecis inter[7] veteres et præcipuos auctores dedicavit: et ob hoc plerique eruditorum certatim ad eum multa de his ediderunt. Maxime tamen curavit notitiam historiæ fabularis, usque ad ineptias atque derisum. Nam et grammaticos, quod genus hominum præcipue, ut diximus, appetebat, ejusmodi fere quæstionibus experiebatur: « Quæ mater Hecubæ: Quod Achilli nomen inter virgines fuisset: Quid Sirenes cantare sint solitæ? » Et quo primum die, post excessum Augusti, Curiam intravit; quasi pietati simul ac religioni satisfacturus, Minois exem-

nere præcellens », ubi intelligi non potest, nisi Græca et Latina eloquentia, et quoniam auctor hoc capite *de oratione Latina*, sequenti *de sermone Græco* exponit.

2. *Corvinum Messalam;* de quo vide Glandorp. pag. 865 seq. sicut de ejus consulatu a nobis notatum ad August. c. 58. Quod ad eloquentiam ejus attinet, vid. Quintil. X, 1, ubi « nitidus, et candidus, et quodammodo præ se ferens in dicendo nobilitatem suam » dicitur.

3. *Sed affectatione*, etc. Supra, August. 86, « nec Tiberio parcit, et exsoletas interdum et reconditas voces aucupanti. »

4. *Imitatus Euphorionem*. Chalcidensis fuit, vixitque temporibus Ptolemæi Evergetæ. Plura de hoc tragico *nimis obscuro*, ut dicitur a Cicer. de Div. II, 64, vide apud Casaubonum. Conf. Ernest. Clav. Cic. et Salmas. ad Solin. pag. 601. Commemoratur cum *Rhiano* a Meleagro (Anthol. Jacobs. I, 1).

5. *Et Rhianum;* Cretensem, coævum Euphorionis, cujus fragmenta exstant apud Stobæum.

6. *Et Parthenium;* Nicæensem, auctorem Augustei ævi, cujus librum περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων servatum habemus. De utroque, Rhiano et Parthenio, consule Fabricii Biblioth. Græcam.

7. *Inter veteres.... auctores;* hoc est, eos, qui ante Alexandrum Magnum vel Ptolemæos fuerunt, sicut *veteres* Romanis sub Cæsaribus vocantur ii, qui ante Augustum.

plo, thure quidem ac vino, verum[8] sine tibicine, supplicavit, ut ille olim in morte filii.

LXXI. Sermone Græco, quamquam alias promtus et facilis, non tamen usquequaque usus est; abstinuitque maxime in Senatu, adeo quidem, ut[1] *monopolium* nominaturus, prius veniam postularit, quod sibi verbo peregrino utendum esset. Atque etiam in[2] quodam decreto Patrum, quum ἔμβλημα recitaretur, commutandam censuit vocem, et pro peregrina nostratem requirendam, aut, si non reperiretur, vel pluribus, et per ambitum verborum, rem enunciandam. Militem[3] quoque Græce testimonium interrogatum, nisi Latine respondere vetuit.

LXXII. Bis[1] omnino toto secessus tempore, Romam redire conatus, semel triremi usque[2] ad proximos Nau-

8. *Verum sine tibicine.* Rem, omisso Minois exemplo, quod imitatus est Tiberius, narrat Dio, LVI, 31. De *tibiis funebribus* vide Kirchmann. de Funer. Rom. II, 5.

LXXI. 1. *Monopolium.* De his dictum ad cap. 30.

2. *In quodam decreto Patrum*, etc. Rem ita narrat Dio, LVII, 15: « Vetuit aureo vase quemquam nisi ad res sacras uti; et quom dubitarent quidam, an etiam argentea, quæ ἐμβλήματα aliquod aureum habebant, essent prohibita; cupiens de ea re edictum facere, vetuit in eo usurpari vocem ἔμβλημα, tanquam Græcam, *licet dictionem nullam haberet Latinam, qua id significaret;* » in quo errasse Græcum auctorem, quum *sigilla* Latine ἐμβλήματα illa dici solerent, monoit Ernestins. Putidam autem Tiberii puritatis Latini sermonis curam inde magis cognoscimus, quod vox *emblema*, Ciceroni etiam usitata, in sermonem quotidianoom abierat. Ita nuoc ridiculi sæpe, qui vocabula peregrina, longo usu in linguam nostram recepta, exterminare satagunt, et patria substituere.

3. *Militem quoque... vetuit.* Cf. Dio, l. c. Nimirum Romanus ab homine Græco testimonium interrogatus Græce, Latine respondere jussus est. Idem dicit Dio, qui quomodo gravem censuram mereat, qua ab Ernestio notatur, equidem non video.

LXXII. 1. *Bis omnino*, etc. Ann. 786 (Dio, LVIII, 21), et ann. 788 (idem, cap. 25).

2. *Usque ad proximos Naumachiæ hortos;* hortos Cæsaris, de quibos Cæs. 83, et Naumachiam, effossam ab Augusto (vide August. 43), et aqua Alsietina repletam (Frontin. de Aquædoct. sect. 11). Cf. Marliani Urbis Rom. Topogr. V, 19 (Thes. Græv. tom. III, pag. 186 seq.).

machiæ hortos subvectus est, disposita statione per ripas Tiberis, quæ obviam prodeuntes summoveret; iterum Appia usque ad septimum lapidem, sed prospectis modo, nec aditis Urbis mœnibus, rediit; primo, incertum, qua de causa; postea, ostento territus. Erat ei in oblectamentis serpens draco, quem ex consuetudine manu sua cibaturus, quum consumtum a formicis invenisset, monitus est, ut vim multitudinis caveret. Rediens ergo propere Campaniam, Asturæ[3] in languorem incidit: quo paulum levatus Circeios pertendit. Ac ne quam suspicionem infirmitatis daret, castrensibus[4] ludis non tantum interfuit, sed etiam missum in arenam aprum jaculis desuper petiit: statimque latere convulso, et, ut exæstuarat, afflatus aura, in graviorem recidit morbum. Sustentavit[5] tamen aliquamdiu, quamvis Misenum usque devectus nihil ex ordine quotidiano prætermitteret, ne convivia quidem ac ceteras voluptates, partim intemperantia, partim dissimulatione. Nam[6] Chariclem medicum, quod commeatu

3. *Asturæ.* Vide Aug. 97. — De *Circeiis* cf. Cellar. II, 9, pag. 810.

4. *Castrensibus ludis.* Milites ibi stationarii egerunt ludos seu venationem, exercitii et delectationis causa, in Foro Circeiorum arena sparso. Hos vocat *castrenses*, quia fiebant a militibus et sine magno apparatu. Sic Oudendorp. Probat Wolfius, ac jure puto comparari locum Claud. 21, « anniversarium *in castris prætorianis* exhibuit. » — *Latus convulsum;* id quod fere dicimus *un effort dans le côté*, ut fractis nimia corporis contentione viribus, dolorem ortum statim senserit. — *Exæstuare.* Ita et nos Gall. *s'échauffer.*

5. *Sustentavit tamen aliquamdiu*, etc. Tacit. Annal. VI, 50: « Jam Tiberium corpus, jam vires, nondum dissimulatio deserebat. Idem animi rigor; sermone ac vultu intentus, quæsita interdum comitate quamvis manifestam defectionem tegebat; mutatisque sæpius locis, tandem apud promontorium Miseni consedit, in villa, cui L. Lucullus quondam dominus. » Cf. Dio, LVIII, 28.

6. *Nam Chariclem medicum*, etc. Tacit. l. c. « Illic, eum appropinquare supremis, tali modo compertum. Erat medicus, arte insignis, nomine Charicles, non quidem regere valetudines Principis solitus, consilii tamen copiam præbere. Is, velut propria ad negotia digrediens, et per speciem officii manum complexus, pulsum vena-

abfuturus, e convivio egrediens, manum sibi osculandi causa apprehendisset, existimans tentatas ab eo venas, remanere ac recumbere hortatus est, cœnamque protraxit. Nec abstinuit consuetudine, quin tunc quoque instans[7] in medio triclinio, adstante lictore, singulos valere dicentes appellaret.

LXXIII. Interim, quum in actis Senatus legisset, « dimissos ac ne auditos quidem quosdam reos, » de quibus strictim, et nihil aliud, quam nominatos ab indice, scripserat; pro contemto se habitum fremens, repetere Capreas quoquo modo destinavit, non temere quicquam, nisi ex tuto ausurus. Sed et tempestatibus, et ingravescente vi morbi retentus, paullo post obiit in villa Lucullana, octavo[1] et septuagesimo ætatis anno, tertio[2] et

rum attigit. Neque fefellit : nam Tiberius, incertum an offensus, tantoque magis iram premens, instaurari epulas jubet, discumbitque ultra solitum, quasi honori abeuntis amici tribueret. Charicles tamen, labi spiritum, nec ultra biduum duraturum, Macroni firmavit. «

7. *Instans;* h. e. stans. Burmann. et Oudend. explicant, *urgens*, *ut remanerent.* At id ipsum ad dissimulandam valetudinem pertinebat, quod et stare se firmiter pedibus posse, ostendebat, et vox non minus quam memoria ad appellandos singulos valere dicentes suppetebat. Parum probabilis est emendatio loci, quam dat Lips. ad Tacit. Annal. III, 63, « *aut stans* in medio triclinio, *aut stans in litore*, singulos, etc. » vel, « *aut stans... aut e litore*, etc. »

LXXIII. 1. *Octavo et septuagesimo ætatis anno.* Tacit. Annal. VI, 51, « Sic Tiberius finivit, *octavo et septuagesimo ætatis anno.* » Dio, LVIII, 28, *ἐβίω ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, καὶ μῆνας τέσσαρας, καὶ ἡμέρας ἐννέα.* Natus erat mense Novembri ann. 712 (vide cap. 5), mortuus est mense Martio ann. 790. Aurel. Victor, Epit. cap. 2, « *post septuagesimum octavum annum et mensem quartum*, » falso, et majore errore auctor de Cæsar. c. 3, « quum imperium *tres* atque viginti, *ævi octogesimum uno minus* annos egisset. » Eutrop. VII, 6, ut assolet, Suetonium sequitur.

2. *Tertio et vicesimo imperii.* Tacit. l. c. « rei Romanæ arbitrium *tribus ferme et viginti* annis obtinuit; » nempe ab ann. 767, usque ad 790. Dio, l. c. *ἔτη μὲν δύο καὶ εἴκοσι, μῆνας δὲ ἑπτὰ καὶ ἡμέρας ἑπτὰ ἐμονάρχησε*, ex sua scilicet ratione, qua VII Kalendas April. defunctum eum dicit. Vide Fabric. ad hunc locum.

vicesimo imperii, septimo[3] decimo Kalendas Aprilis, Cn. Acerronio Proculo, C.[4] Pontio Nigrino, Consulibus. Sunt, qui puteut, venenum[5] ei a Caio datum lentum atque tabificum. Alii[6], in remissione fortuitæ febris cibum desideranti negatum: nonnulli, pulvinum injectum, quum extractum sibi deficieuti anulum mox resipiscens requisisset. Seneca eum scribit, intellecta defectione, exemtum anulum, quasi alicui traditurum, parumper tenuisse: dein rursus aptasse digito, et, compressa sinistra manu, jacuisse diu immobilem: subito vocatis ministris, ac nemine respondente, consurrexisse, nec procul a lectulo, deficientibus viribus, concidisse.

LXXIV. Supremo natali suo Apollinem[1] Temenitem, et amplitudinis et artis eximiæ, advectum Syracusis, ut in bibliotheca templi novi poneretur, viderat per quietem affirmantem sibi, « Non posse se ab ipso dedicari. » Et ante

3. *Septimo decimo Kalendas Aprilis*. Ita etiam Tacitus. Contra Dio, μετήλλαξε τῇ ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ τοῦ Μαρτίου ἡμέρᾳ, id est, VII Kal. April. Zonaras, εἰκοστῇ τοῦ Μαρτίου.

4. *C. Pontio Nigrino*. Vulg. *Nigro*. Cognomen *Nigrinum* vindicatur Pontio et inscriptione apud Gruter. XVIII, 8, et a Dione, LVIII, 27.

5. *Venenum ei a Caio datum*. Oros. VII, 4, « hic ambiguis signis veneni obiit. » Aurel. Vict. Epit. 2, « insidiis Caligulæ exstinctus est. »

6. *Alii*, etc. Tacit. Annal. VI, 50: « XVII Kal. April., interclusa anima, creditus est mortalitatem explevisse. Et multo gratantum concursu, ad capienda imperii primordia C. Cæsar egrediebatur; quum repente affertur, redire Tiberio vocem ac visus, vocarique, qui recreandæ defectioni cibum afferrent. Pavor hinc in omnes, et ceteri passim dispergi; se quisque mœstum aut nescium fingere; Cæsar, in silentium fixus, a summa spe novissima exspectabat; Macro intrepidus, *opprimi senem injectu multæ vestis*, jubet, discedique ab limine. » Cf. Dio, LVIII, 28, et vide Calig. cap. 12.

LXXIV. 1. *Apollinem Temenitem*, etc. Cicer. Verr. IV, 53, in descriptione Syracusarum, in quarta earum urbe, Neapoli, *signum* etiam esse dicit « *Apollinis, qui Temenites vocatur*, pulcherrimum et maximum. » Nomen *Temenites* datum Apollini a loco prope Syracusas. Vide Turneb. Adv. VIII, 12. — *In bibliotheca templi novi*; hoc est, ab Augusto recens exstructi. Hoc enim dici, patet ex memorata bibliotheca. Cf. ad August. c. 29.

paucos, quam obiret, dies turris Phari terræ motu Capreis concidit. Ac Miseni cinis e favilla et carbonibus, ad calfaciendum triclinium[2] illatis, exstinctus et jam diu frigidus exarsit repente prima vespera, atque in multam noctem pertinaciter luxit.

LXXV. Morte ejus ita lætatus est populus, ut ad primum nuncium discurrentes, pars, « Tiberium in Tiberim, » clamitarent; pars « Terram matrem Deosque Manes orarent, ne mortuo sedem ullam, nisi inter impios, darent : » alii uncum et Gemonias cadaveri minarentur, exacerbati super memoriam pristinæ crudelitatis etiam recenti atrocitate. Nam[1] quum Senatusconsulto cautum esset, ut pœna damnatorum in decimum semper diem differretur, forte accidit, ut quorundam supplicii dies is esset, quo nunciatum de Tiberio erat. Hos implorantes hominum fidem, quia, absente adhuc Caio, nemo exstabat, qui adiri interpellarique posset, custodes, ne quid adversus constitutum facerent, strangulaverunt[2], abjeceruntque in Gemonias. Crevit igitur invidia, quasi etiam post mortem tyranni sævitia permanente. Corpus ut moveri a Miseno cœpit, conclamantibus plerisque, « Atellam[3] potius deferendum, et[4] in Amphitheatro semiustu-

2. *Illatis.* Ita ex Torrentii et Casaub. sententia dederunt Oudend. et Ernest. pro *illatus*.

LXXV. 1. *Nam quum Senatusconsulto.... differretur.* Ann. 774. Tacit. Annal. III, 51, « Factum SC. ne decreta Patrum ante diem decimum ad ærarium deferrentur, idque vitæ spatium damnatis prorogaretur. » Cf. Dio, LVII, 20. Postea triginta dies vitæ damnatis post sententiam dati. Vide Fabric. ad Dion. et Lips. ad Tacit. l. c.

2. *Hos... custodes... strangulaverunt*, etc. Servatos eos, narrat Dio, LVIII, 27, præter L. Arruntium, qui venas ipse sibi resolverat : cf. Tacit. Annal. VI, 48.

3. *Atellam ;* municipium inter Capuam et Neapolin. Ignominia in eo, quod Imperatoris corpus non in Urbe, a qua tam diu abfuisset, sed in exiguo oppidulo, propinquo Capreis et Miseno, consumendum censebant. Alludi et ad ejus vitam ob tales Atellanorum mores, putat Casaub. Repugnat Gruter.

4. *Et in Amphitheatro semiustu-*

landum, » Romam per milites deportatum est, crematumque[5] publico funere.

LXXVI. Testamentum duplex ante biennium fecerat: alterum sua, alterum liberti manu, sed[1] eodem exemplo; obsignaveratque etiam humillimorum signis. Eo testamento heredes[2] æquis partibus reliquit, Caium ex Germanico, et Tiberium ex Druso, nepotes; substituitque invicem[3]. Dedit[4] et legata plerisque: inter quos virginibus Vestalibus, sed et militibus universis, plebique Romanæ viritim, atque etiam separatim vicorum magistris.

landum. Ita Caligula (iufra e. 27) « Atellanæ poetam media Amphitheatri arena igoi eremavit. » Alia iguominia erat in eorpore *semiustulato*. Cicer. pro Miloue, eap. 13, init. » Tu P. Clodii cruentum eadaver ejecisti domo, tu in publieum abjecisti; tu spoliatum imaginibus, exsequiis, pompa, laudatione, infelieissimis lignis *semiustulatum*, uocturnis eanibus dilaniaudum reliquisti. » Idem, eap. 32, *amburere abjectum* dieit.

5. *Crematumque publico funere*. Conf. Dio, LVIII, fin. et infra Calig. eap. 13.

LXXVI. 1. *Sed eodem exemplo*, eodem argumeuto. Cæs. Bell. Civ. III, 108.

2. *Heredes... reliquit*, ete. Calig. 14, « Tiberius testameuto alterum nepotem suum, prætextatum adhuc, coheredem ei dederat. » Sed irritam ejus voluutatem fecit Caligula: eonf. Dio, LIX, 1. — *Caium ex Germanico*. Atrox iogenium apud CHÉNIER Tiberius totum prodit, act. III, se. 2:

...j'entrevois, surtout dans les yeux de Caius,
Les vices de Sylla, mais non pas ses vertus.
Il naquit oppresseur; sa tyrannique enfance
Bégaie insolemment la menace et l'offense.
Puisse Rome, en effet, tomber entre ses mains!
Ma haine avec plaisir le conserve aux Romains.
Timides artisans des discordes civiles,
Rebelles en secret, publiquement serviles,
Du sein de leur bassesse ils osent m'outrager:
C'est en me succédant qu'il pourra me venger.
Écrasés par le fils, ils maudiront le père,
Et, sous Caligula, regretteront Tibère.

3. *Substituitque invicem*; hoc est, Tiberium seeundum heredem feeit Caio, et iuvicem, altero prius mortuo.

4. *Dedit et legata plerisque*, ete. Conf. Dio, L, 2, qui ea Caium dissolvisse tradit. — De *vicorum magistris* vide ad August. 30.

PORTRAIT

DE

TIBÈRE.

Parmi les hommes dont la célébrité se lie au malheur éclatant des peuples, une figure morne et pensive nous apparaît dans l'histoire. Elle attend nos regards, sans les chercher, ni les craindre; elle commande le respect, en nous fesant horreur. A défaut de couronne, la pourpre et les faisceaux trahissent l'éclat de sa fortune; des lauriers flétris pressent son front ridé; le deuil, les imprécations et les pleurs, la suivent d'âge en âge. Toute souillée qu'elle est de meurtre et de débauche, on s'étonne de lui trouver encore je ne sais quelle expression de grandeur et de majesté. Ce n'est point ici le bruit vulgaire des passions et des fureurs du trône; ce n'est pas l'un de ces princes décriés, que la postérité confond dans l'arrêt qui les frappe : c'est la politique, génie de la force, ébranlant sur sa base tout un empire dont elle se joue; c'est la leçon rigoureuse et chèrement payée, qui façonna les Romains à porter leurs Césars; c'est un roi, parmi les Césars dont Rome eut à rougir; c'est le dernier présent d'Auguste; c'est Tibère. Nous arrivons au terme où la république sans défense compte ses journées par ses blessures, et ne laisse plus entendre que des soupirs dont la tyrannie lui fait un crime.

Tibère, âgé de cinquante-six ans, réunit à l'orgueil d'une vie comblée d'honneurs, l'orgueil héréditaire de la noblesse et du sang. Admis dès sa jeunesse aux confidences du pouvoir, et vieilli dans l'intelligence des mœurs de son tems, il ne connaît pour les hommes d'autre état que la servitude, il n'a pour eux de sentiment que le mépris. Son humeur sombre et farouche se peint sur son visage, et bientôt son palais désert n'enfermera que ses ennuis. Tout ce qui s'élève, l'attriste et le blesse; tout ce qu'on admire, le condamne et l'irrite. La gloire et l'amitié se taisent dans son cœur: l'amitié, parcequ'il n'y croit pas; la gloire, parcequ'il n'a point seul le droit d'y prétendre. Sa pensée, naturellement sévère, a plus d'énergie que de souplesse; l'affectation, la recherche et l'obscurité, gâtent généralement ses prétentions à l'esprit. La religion du peuple n'est point faite pour Tibère : il abandonne aux Romains les dieux et les pontifes, et se réserve d'incliner la tête sous une destinée qui régit les dieux.

On cite Brutus et Caton, César et Pompée, Titus et Trajan; et l'enthousiasme de la liberté, la rivalité des prétentions ou l'amour du bien, sont comme les nœuds divers qui joignent leurs grandes renommées : peut-être ici retrouvons-nous encore la même alliance de célébrité; peut-être un faux préjugé nous aveugle-t-il sur des ressemblances; peut-être enfin le nom d'Auguste cherche-t-il aussi le nom de Tibère. Tibère a des profondeurs où ses secrets dorment cachés; il se défie de la parole, et songe à se taire plutôt qu'à mentir : Auguste a pour lui la ruse, et les faux dehors que prête le langage; en nous trompant il nous caresse, et pour nous perdre il nous attire : sa politique, plus rapprochée des yeux, est un spectacle de fourberie; la fourberie de l'autre est un abîme :

Auguste saura mieux jouer les vertus qu'il n'a point, et Tibère comprimer ses vices, jusqu'au tems marqué pour les satisfaire : l'un n'a de voile que sa finesse : l'autre est couvert de ses ténèbres : chez celui-là tout est prestige : chez celui-ci tout est mystère. Le pouvoir, dans les mains d'Auguste, n'a pas cette vigueur qui touche aux excès : la tyrannie, conduite par Tibère, a des volontés et non des caprices. Auguste paraît mieux sentir que l'opinion soutient les rois : Tibère n'oubliera jamais qu'elle a souvent brisé des trônes. Le gouvernement d'Auguste est tout en intrigues : les moindres intrigues de Tibère sont des crimes. L'un se donne à Mécène, ami facile, et trop craintif pour déplaire : l'autre se livre à Séjan, complice dévoué, et que rien n'étonne. Les chants d'Horace et de Virgile ont fait d'Auguste un demi-dieu : Tacite a peint le règne du vice, sans pouvoir dégrader Tibère. Quand les lois d'Auguste punissent l'adultère; quand Tibère se charge de venger les mœurs; ce même Auguste n'a-t-il pas sa femme qui s'entremet de ses débauches? Tibère n'est-il pas lui-même tout brûlé des feux qu'il porte à Caprée? L'un veut qu'on le flatte, sans aimer les flatteurs : l'autre déteste les flatteurs, et ne veut que des esclaves : l'un permet qu'on l'adore : l'autre exige qu'on l'approuve. Dans un moment de faiblesse, Auguste publiera sa honte; dans un accès d'abattement, Tibère avoue ses remords : l'un dévoile au sénat l'infamie de sa fille; Tibère, s'accusant lui-même, montre à découvert la plaie secrète qui le déchire. L'un parmi ses victimes a compté Cicéron : Germanicus meurt avant l'âge, et l'effroi public a jugé Tibère. Rome crie dans les supplices, aux jours signalés par les coups d'Octave : elle sera muette, aux jours d'épouvante où l'attend Tibère. Auguste veut qu'après lui le monde plie sous

Tibère : pour successeur et pour émule Tibère choisit Caligula.

Mais de tous les reproches qui s'élèvent contre cet homme affreux, le plus grave et le plus accablant peut-être, c'est la gloire même qu'il s'est acquise dans sa carrière de citoyen. Et que deviennent tant de services rendus à la patrie, tant de victoires gagnées naguères à la tête des soldats d'Auguste, quand le bras qui défendait Rome s'appesantit pour l'écraser ! Ne cherchons point ici l'entraînement de l'héroïsme : Tibère ne l'avait pas, et laissait assez entendre que les vertus d'enthousiasme n'étaient plus de son tems : mais à défaut d'une âme qui s'emporte en témérités éclatantes, accordons-lui la froide assurance et la dignité du courage réglé par le conseil : rappelons-nous sa vigilance que rien ne trompe, et son activité toujours debout ; son expérience de la guerre, mûrie dans les succès ; la sévérité de son exemple, au milieu d'une armée qui se relâche et se corrompt ; sa justice, appuyée sur l'indulgence et la fermeté ; les soins que sa main prodigue aux misères de la vie des camps ; son nom, suivi de la confiance, et prononcé par le respect ; cet art qu'il a si bien connu, et que demande le second rang, de manier le commandement sous les regards envieux de la cour ; rappelons-nous enfin sa campagne d'Illyrie, dans toute la gravité des circonstances qui s'y rattachent [1], et nos éloges seront des vœux pour qu'il sache régner comme il a su vaincre.

Le sort de la république n'enfermait pas un tel ave-

[1] Ac perseverantiæ (Tiberius) grande pretium tulit, toto Illyrico.... perdomito, et in ditionem redacto. Cui gloriæ amplior adhuc ex opportunitate cumulus accessit. Nam sub id fere tempus Quinctilius Varus cum tribus legionibus in Germania periit ; *nemine dubitante, quin victores Germani juncturi se Pannoniis fuerint, nisi debellatum prius Illyricum esset.* (Sueton. *Tiber.* cap. XVI et XVII.)

nir. Tibère a tenu vingt-trois ans les Romains à la chaîne, et tout Sylla parut renaître, épuisant de nouveau sur eux les coups meurtriers de sa dictature[1]. Rien d'inviolable pour ses mains hardies ; point de menaces dont il n'ait payé le zèle empressé de l'obéissance. Près de lui, loin de lui, dans le sénat, dans les familles, dans les armées, dans les provinces, la discorde et la corruption le secondaient de leurs ravages. Il a semé de piéges sa tyrannie dévorante, et placé la vengeance à côté du soupçon. Jamais sa pitié n'a borné ses droits ; jamais sa mémoire n'a trompé sa haine. Les séductions de la jeunesse avaient à peine troublé son cœur : le poids accablant d'un empire ne put fatiguer son grand âge. Il tourmenta les hommes, et fit grâce aux richesses : sa cruauté voulait du sang, et non pas des dépouilles. C'était peu de mourir, quand Tibère l'avait dit ; sa jalousie dérobe aux morts les pleurs de ceux qui leur survivent : il règne sur la douleur, et persécute les souvenirs. Sa poli-

[1] Les commencemens d'un règne offrent en général peu d'intérêt : on cherche dans la vie des princes autre chose que l'appareil et le bruit des solennités qui les proclament. Chez les Romains, l'avènement de Tibère à l'empire fixa pour un moment le caractère indécis de la puissance, et parut consacrer ce principe singulier, que dans la succession du chef de l'état le droit de souveraineté se confondait avec les richesses : car Auguste, en mourant, n'avait réellement disposé que des biens dont il était le maître ; et Tibère, après lui, transmit les siens à Caligula, sans désigner autrement l'héritier du pouvoir. Les évènemens firent le reste, mais c'était risquer beaucoup, et l'avenir eut bientôt appris qu'il faut, en politique, de plus solides garanties à la durée des institutions. Dès la mort de Caligula, tout est désordre et confusion : les idées de liberté se réveillent ; Claude reçoit l'empire des mains d'un soldat ; et le trône, débarrassé de Néron, devient la proie mobile et passagère des faux Césars qui l'envahissent. Auguste devait à la monarchie les bases d'une constitution solennellement jurée ; il se devait à lui-même, et plus encore à l'état, de préserver le rang qu'il avait occupé, du choc des révolutions et des outrages de la force : on sait les affaiblissemens de l'Italie, dans ces élections turbulentes qui lui donnaient des Galba.

tique ombrageuse éveille la calomnie, et Rome se voit aux prises avec les délateurs : Rome n'a plus d'innocence que leur fiel n'empoisonne ; leur témoignage fait des coupables ; des lois sans pudeur apprêtent leur salaire. Les arts, proscrits ou captifs, expirent sur la terre qu'ils ont illustrée, et l'indiscrète éloquence d'un écrivain libre n'aura point deux fois regretté Brutus. Plus de ces orages qu'enfante la tribune ; plus de magistrats sortis du forum : les tribus, dispersées d'un mot, s'inclinent sous l'arrêt qui tue les comices. Une justice sans frein ni pardon a-t-elle ordonné que le sang ruisselle : le monarque est là, comptant ses victimes ; son œil les désigne au fer des bourreaux ; son instinct féroce varie les tortures ; son geste et sa voix échauffent le carnage. Tibère est au-dessus des vanités de la puissance : on lui rend des honneurs qui l'importunent de leur éclat ; on le presse à genoux d'accepter des noms qu'il refuse. Réduit à toujours craindre, il paraît tout braver, défiant les périls pour cacher ses alarmes. Il examine et réfléchit avant d'exécuter, d'autant plus terrible à ses sujets, qu'il attend moins de la fortune. Son génie se retrouve jusques dans ses plaisirs : il s'endurcit contre l'amour, en profanant la volupté ; la volupté n'était pour lui qu'un outrage de plus fait à la nature.

Ainsi vécut ce maître exigeant, citoyen sous la toge et roi sous la pourpre, dont le grand art fut d'amener les hommes à désespérer de leur propre cause : assemblage inouï de tous les attributs de la force ; né pour le siècle témoin de son passage, s'il est juste que la liberté soit vengée de ceux qui la répudient ; fier de montrer la route aux oppresseurs qui le suivront, et de marcher lui-même sans guide, en s'élançant dans la carrière ; travaillé sourdement de mille passions tu-

multueuses, qui, loin d'épuiser son âme, avec la tempête y portent la vie; brusque, dédaigneux, farouche dans ses largesses : jetant aux peuples de rares bienfaits, qui ne cherchent ni suffrages, ni reconnaissance; fils ingrat, lorsque sa mère a tout fait pour lui, parceque sa mère a trop fait peut-être [1]; soigneux de cacher les efforts d'un gouvernement toujours en haleine, et d'imprimer à ses violences le caractère et le sceau des lois; châtiant le vice, quand ce n'est pas lui qui l'encourage : n'autorisant le vice, qu'en lui montrant sa tâche; difficile en hommes, et lent à les choisir, mais retenu par son choix, dès qu'il est fixé : persuadé que la confiance du monarque doit vieillir aux mains de ceux qu'il en jugea dignes, et que l'inconstance qui déplace n'est pas éloignée de la faiblesse qui s'égare; calme et debout sur les ruines de sa famille, abattue par le fer, ou dévorée par le poison; mêlant avec adresse le souvenir et le nom d'Auguste aux maximes d'une politique plus jalouse de conserver que d'acquérir, et nourrissant à regret des armées dont les victoires n'effaceront jamais la révolte [2]; avare de ses promesses, non qu'il hésite à les trahir, mais comme s'il eût senti qu'il n'est pas toujours permis d'y manquer; joignant à cette curiosité qui va fouillant dans les cœurs, une pénétration devant laquelle tout s'en échappe et se découvre; ennemi du faste, rigide et sévère dans sa majesté, mais trop habile pour envier aux Romains les douceurs du luxe qui les énerve, et détruisant aussi la liberté par la licence; donnant aux rois l'enseignement et l'exemple, quand sa main raffermit le crédit ébranlé; révélant à l'effroi des peuples ce qu'ils

[1] Hæc atque talia agitantibus, gravescere valetudo Augusti, *et quidam scelus uxoris suspectabant.* (Tacit. *Annal.* I, 5.)

[2] *La révolte.* Tacit. *Annal.* I, 16—50.

ignorent de sa colère, quand elle vient leur demander compte des attentats d'un ministre qu'il a fait son rival; avilissant les récompenses, pour étouffer l'émulation, comme il renversait la morale, en s'appuyant sur les coutumes[1]; avide de tous les succès qui fortifient l'impunité, lorsqu'à ses yeux l'impunité renferme seule tous les succès; l'opprobre et le fléau de Rome, parce-qu'il ne voulut point en être la gloire; et le plus vaste, le plus étonnant génie peut-être, le seul du moins sans ressemblance, dont les annales du trône et du crime nous aient conservé l'imposante image.

Voilà Tibère d'après l'histoire, et tel que je l'ai vu. C'est une ébauche que je laisse imparfaite, dans un cadre où les réflexions n'entrent pas : quelques traits de plus n'ajouteraient rien à la ressemblance, si je me suis trompé; quelques traits de moins ne sont rien pour la vérité, qui parlera d'elle-même, si j'ai su la peindre.

[1] Immaturæ puellæ, *quia more tradito nefas esset virgines strangulari, vitiatæ prius a carnifice*, dein strangulatæ. (Sueton. *Tiber.* cap. LXI.)

H. J. Rouxelle.

Paris, 15 mars 1826.

ERNESTII

EXCURSUS

AD

SUETONII CÆSARES.

EXCURSUS I

AD CÆSAREM, Cap. 20.

Primus... *instituit, ut tam Senatus, quam populi diurna acta conficerent.* Hic locus a quibusdam in suspicionem vel corruptionis, vel erroris adductus est. Nos sanum esse, et, a Suetonio originem actorum vere tradi, defendemus. Ac primum quidem magnam vim in ea re debet habere Suetonii auctoritas, in cujus virtutibus censetur cumprimis et diligentia in monimentis rerum gestarum investigandis excutiendisque, et in rebus posteritatis memoriæ tradendis fides: quas virtutes tanto quisque magis in eo agnoscit, quo magis ingenium ad eas intelligendas notandasque expolivit. Quum autem esset Magister epistolarum apud Hadrianum Imperatorem, habuit ille haud dubie facultatem summam publicarum literarum inspiciendarum, in quibus et acta Senatus populique numerabantur. Quare nullo modo credibile est, eum vera illorum initia aut ignorasse, aut vere tradere noluisse. Neque ulla, ut opinor, dubitatio de ea re cuiquam esset commota, nisi superiori seculo prolata essent fragmenta quædam, ut putata sunt, actorum Senatus et populi, quorum alterum ad annum a condita Urbe Roma DLXXXVI, alterum ad annum DCXCII pertinet, edita illa quum ab aliis, tum a Dodwello in Appendice Prælectionum Camdenianarum et multis notis illustrata, p. 665—691. Priorem quidem partem ad hunc Suetonii locum etiam Grævius exhibuit, haud alio sane consilio, quam ut Suetonii locum suspectum redderet. Est sane potentissimum adversus vel fidem vel integritatem scriptorum argumentum, quod a publicis rerum monimentis ducitur. Itaque, si fragmenta actorum ad illos annos pertinentium habemus, non dubitari potest, quin aut a vero aberret Suetonius, quum eorum confectionem primum a Cæsare Consule A. U. DCXCV institutam dicit, aut locus Suetonii aliqua corruptionis macula sit inquinatus. Sed salva res est, neque, vel illis fragmentis, vel alio idoneo argumento, demonstrari potest, actorum ætatem Cæsaris primum consulatum superare; sed contra multa in contrariam partem disputari possunt, quibus intelligatur Suetonii fides et confirmetur.

Nam primum, quod ad jactata illa actorum fragmenta attinet, quæ maxime Suetonio repugnant, ea haud dubie ab impostore aliquo sunt conficta. Ac mihi quidem fraudis suspicio primum injecta est e loco Livii, de Æmilio Paullo, XLIV, 22: « Ab hac concione Latinis, quæ pri-

die Kalend. Apr. fuerunt, in monte sacrificio rite perpetrato, protinus inde et Consul et Prætor Cn. Octavius in Macedoniam profecti sunt. Traditum est memoriæ, majore, quam solita, frequentia prosequentium Consulem celebratum. » In fragmentis autem sic est : « Pridie Kal. April. Latinæ celebratæ, et sacrificatum in monte Albano...... Kal. April...... Paullus Cos. et Cn. Octavius Prætor paludati egressi, ingente atque inusitata frequentia prosequente. » Comparare hoc fragmentum institueram cum Livii loco, ad eundem annum pertinente, ut inde argumentum pro Livii fide ducerem, si Livius cum hoc monimento consentiret. Sed, dum Livii fidem stabilire cupio, ecce fragmenti fides incipit labare. Illud quidem unusquisque facile intelliget conferendo, aut Livium hinc sua petiisse, aut hæc a Livio sumta : adeo non modo res, sed verba prope eadem reperiuntur. Sed mihi posterius longe propius verum videbatur; quod dictio fragmenti ætati Livianæ, quam belli Macedonici II, similior est. Senatusconsultum quidem Postumianum de Bacchanalibus duodeviginti tantum annis ante annum U. DLXXXVI factum est. Ab ejus autem dictione tantum abhorret dictio fragmenti, ut nullo modo, tam brevi tempore post, scriptum esse possit. Sed quum semel res in suspicionem adducta esset, plura paullatim, ut fit, animadverti, quæ rem suspectiorem facerent, inprimis contorta illa Dodwelli ratio interpretandi utrumque fragmentum, et cum reliqua historia et antiquitate componendi : donec, e Dukeri ad Liv. XLIV, 18, admonitu, Wesselingii, τοῦ πάνυ, in Probabilibus, disputationem c. 39 legi; in qua ille pluribus argumentis, aliis tamen, quam quo primum motus fueram, fidem utriusque fragmenti convellit. Ea disputatio impulit labantem jam animum, præsertim quum eam etiam Dukero et Drakenborchio admodum probari viderem; neque quemquam fore arbitror, quin, ea lecta, in eandem sententiam concedat, eaque fragmenta fraudis condemnet.

Ego quidem arbitror, ne rationem quidem ullam probabilem excogitari posse, quare acta illis temporibus confecta sint. Habebant enim tum alium rerum publice gestarum memoriam conservandi modum, uti auctor est Cicero, de Orat. II, 12. Nam Pontifex Maximus res omnes singulorum annorum domi forisque gestas mandabat literis, earumque cognoscendarum populo potestatem dabat; iique Annales maximi sunt appellati. Quod quum ita sit, quorsum tandem etiam acta Senatus et populi confecta? Nam, quod Dodwellus, primum a scribis publicis acta illa conscripta, et ex his deinde Annales maximos a Pontifice confectos, putat, p. 652, 654, id totum sine idonea veteris scriptoris auctoritate sumitur, quia, acta jam tum fuisse, fragmentis spuriis creditur. Pontificem rerum publice gestarum adversaria habuisse, e quibus Annales digereret, facile largiar : sed ex actis, publica auctoritate scriptis, Annales repetitos esse, id vero probari nullo modo potest. Hanc autem rationem conficiendorum Annalium usque ad P. Mucium Pontificem Maximum esse usurpatam, idem ille Cicero tradit, hoc est, ad medium prope seculum septimum. Fuit enim P. Mucius ille Pontifex

Maximus aliquot annis demum post consulatum, qui in A. U. DCXX incidit, ut demonstrat Fr. Balduinus in Jurisprudentia Mucia, pag. 63 ed. Hal. Quare vero omissus ille mos tum fuerit, haud equidem satis scio: neque tamen rem nimis a vero abhorrentem dixerit, qui putet, tumultus intestinos, qui tum Romæ fuerunt, tum forte etiam civilis belli, quod inter Marium et Sullam gestum est, turbas huic instituto prisco finem attulisse. Illud prope certum arbitror, Cæsarem revocare in consuetudinem voluisse rationem aliquam memoriæ publicæ retinendæ, eamque ob caussam actorum Senatus et populi confectionem publicationemque instituisse, ut ea Annalium maximorum locum obtinerent.

Quodsi jam tum, quum illud Annalium per Pontificem conficiendorum institutum adhuc manebat, acta Senatus et populi publice perscripta sunt; qui fit, ut nemo omnium veterum historicorum ceterorumque scriptorum Romanorum uspiam eorum mentionem in rebus illorum temporum injiciat: ut nuspiam Polybius, nuspiam Livius, aut Dionysius, aut Plutarchus, aliive, commemorent, quum ceterorum, inprimis publicorum, monimentorum auctoritate utantur? Quid? quod mihi Cicero videtur, illo in loco, ubi usitatum olim memoriæ rerum gestarum publice retinendæ modum refert, non immemor futurus fuisse actorum, si eorum ætas ista tempora attingeret. Quare, quum solos Annales maximos commemoret, magno argumento est, acta Senatus et populi diurna antiquioribus temporibus conscripta et publicata non fuisse.

Sed hic exoritur quædam difficultas ex eo, quod etiam nulla actorum illorum mentio in veteribus libris, medio inter Cæsaris consulatum primum et Augusti imperium tempore, reperitur. Nam post illam, quæ fit in eo Suetonii loco, in quo vindicando disputatio nostra versatur, prima, si temporis ordinem sequare, quod ego quidem sciam, occurrit apud eundem, in commemoratione institutorum Augusti, Aug. c. 35, in quibus etiam hoc fuit, *ne acta Senatus publicarentur.* Confecta tum esse acta, satis indicant Suetonii verba. Neque enim revocatam actorum conficiendorum consuetudinem, sed publicandi tantum morem omissum, tradit. Atqui ego non dubitem affirmare, actorum confectionem aliquamdiu ante bellum quidem civile intermissam fuisse. Movent me Ciceronis et Cœlii epistolæ duæ, paullo ante bellum civile, aliquot annis post primum Cæsaris consulatum scriptæ. Nam in altera, VIII, 1, Cœlius scribit, se Ciceroni in Ciliciam misisse Commentarios rerum urbanarum, suo jussu suaque impensa a privato homine confectos: in altera autem, II, 8, Cicero scriptorem illorum commentariorum reprehendit, quod res privatas minutasque, quas scire sua nihil interesset, consignarit. Quodsi tum mos actorum S. P. Q. conficiendorum publicandorumque manebat; quid est, quod non aut Cœlius hæc potius descripta Ciceroni misit, aut Cicero ea sibi mitti voluit? quid, quod Cicero, quum ne ea quidem se a Cœlio scire velle scribit, quæ quotidie in republica fiant, caussam addit hanc, quod ea alii scribant, non,

quod in actis publicis reperiat? Itaque etiam illa *acta urbana*, quæ se scribit habere, ad Att. VI, 2, non publica putanda, sed privatim, a servo aut liberto conscripta, quod ipse Dodwellus fatetur, App. p. 652. Mea quidem me conjectura eo ducit, ut putem, Cæsaris illi instituto factum esse id, quod aliorum popularium et optimatibus invisorum hominum, non modo institutis, sed etiam legibus, sæpe evenit, ut, magistratu ab ipsis deposito, negligerentur odio auctorum. Satis autem constat, ea cum invidia optimatium consulatum gestum esse a Cæsare, ut, statim a consulatu deposito, relatum sit de actis consulatus ejus abolendis. Vide Cæs. cap. 23. Jam nihil quidem de ea re decretum est per altercationes Senatorum: ceterum, quæ in potestate Consulum erant, ex quo genere actorum confectio fuit, ea omitti poterant, vel sine Senatus decreto. Neque mirandum est, si tum ejus institutum ab infensis Consulibus, nihilque ab eo timentibus, neglectum est, quum etiam Dictatoris leges, per absentiam ejus, a populo ei obnoxio contemtæ sint, ut ipse Cæsar queritur apud Ciceronem, ad Att. XIII, 7. Postea vero quam secundum Consul factus, Dictatorque adeo creatus fuit, pristinum illud institutum suum in usum consuetudinemque videtur revocasse, ab eoque tempore actorum conficiendorum mos mansisse. Obstare videatur locus Ciceronis ad Div. XII, 23, ubi acta rerum urbanarum commemorantur: sed et hæc similia Cœlianis.

His lectis ac ponderatis facile arbitror, intellecturos omnes, non esse, quare aut Suetonii in origine actorum Senatus populique diurnorum fidem, aut vulgatæ lectionis integritatem in dubium vocemus, recteque teneri, quod a Suetonio accepimus, ut origo eorum actorum in primo Cæsaris consulatu ponatur.

EXCURSUS II

AD CÆSAREM, CAP. 43.

Jus *laboriosissime ac severissime dixit*. Non satis intelligunt vulgo homines, ne Juris quidem Consultos se jactantes, quid sit in veteribus libris *Jurisdictio*. Et iis quidem temporibus, quum libertas reipublicæ Romanæ maneret, quæ fuerit jurisdictionis ratio, perspicue et invictis documentis demonstravimus in Clave Ciceroniana; quam disputatiunculam valde quum alii, tum, qui plurimorum instar est, Gesnerus probavit in Thesauro Latinæ Linguæ, nuper edi cœpto. Sed jurisdictionis ratio paullum mutata est sub Imperatoribus, signo semel a Cæsare dato. Itaque tenendum est, sub Cæsaribus *jurisdictionem* apud veteres

dupliciter dici : *primum*, vetere illa, quam demonstravimus, potestate; velut, quum de magistratibus ordinariis, vel urbanis, vel provincialibus, dicitur; estque juris, quod vocant, ordinarii, quum aut ipsi decernunt ex edicto, aut judices dant : *deinde* nova quadam, cum infinita Cæsarum potestate invecta; eaque est juris extraordinarii, de quo egimus ad Claudium, c. 15. De hac intelligendi scriptores, quum Cæsares, aut tribunitiæ potestatis consortes, jus dixisse tradunt, velut Aug. c. 33; Claud. c. 14; Ner. c. 15; Domit. c. 8. Nempe arcanum hoc imperii fuit, ex omnibus generibus potestatis summa quæque et rem ipsam ad se trahere, levia et nomina relinquere ordinariis magistratibus. Jam quum non dubium sit, quin magna reipublicæ, atque adeo potestatis, pars insit in rebus forensibus et exercendis legibus, vel jure dicundo, vel quæstionibus habendis; utramque rem suæ potestatis ac ditionis Cæsares fecere, ex instituto Julii Cæsaris et Augusti. Itaque in actu rerum (de quo diximus ad Claud. c. 15) ponitur etiam *jurisdictio*; de qua e Suetonio dicemus.

Ac primum, quia Cæsar Prætoribus jurisdictionem antiquam reliquit, Augustus et successores eandem magistratibus ordinariis reliquere, sequitur, ad Cæsaris jurisdictionem ab initio et proprie tantum ea pertinuisse, *in quibus a magistratibus ordinariis ad eum provocatum esset;* quod etiam postea obtinuit. Vide Aug. c. 33. Itaque in civilitatis documentis commemorat Suetonius de Caligula, c. 16, quod *magistratibus liberam jurisdictionem, et sine sui appellatione, concessit:* item, de Tiberio, sub initium principatus, c. 31, *cetera quoque nonnisi: per magistratus,* et *jure ordinario, agebantur.* Quo tempore adeo Tiberius et Caligula jus non dixerunt. Denique in Augusto, c. 33, quod *appellationes urbanorum litigatorum Prætori urbano, provincialium, Consularibus, provinciæ cuique præpositis, delegavit.* Atque hæc est proprie dicta jurisdictio Cæsarum, eaque ad caussas privatas pertinebat. Sic sumitur *jurisdictionis* verbum in Nerone, c. 15, ubi a cognitione distinguitur. Sic porro in Domitiano, c. 8. Nam exempla subjecta sunt caussarum privatarum : de cognitionibus post agitur, extremo capite.

Sed factum est etiam caussarum, et privatarum et publicarum, discrimen, ut aliæ juris ordinarii essent, agerenturque apud magistratus ordinarios, apud quos de more antiquo agerentur; aliæ juris extraordinarii, de quibus Cæsares cognoscerent. Hinc *cognitionum* crebra mentio, ita ut a jurisdictione Cæsarum distinguatur. Sic Claudius, c. 14, *jus* dicitur, *et Consul, et extra honorem, laboriosissime dixisse:* mox, *in cognoscendo varius fuisse*, c. 15. Similiter distinguuntur, Ner. c. 15. In Domitiano porro, c. 8, etsi non verbis, at re et loco. In Augusto contra, cap. 33, manifeste jurisdictionis nomine cognitiones comprehenduntur, ut exempla subjecta docent. Nam post verba, *dixit autem jus non diligentia modo summa, sed et lenitate*, id confirmat Suetonius exemplis reorum de parricidio et falsi crimine, quæ non sunt jurisdictionis proprie sic dictæ, sed quæstionis. Jam in loco Cæsaris, non dubito, quin similiter eo verbo cognitio comprehendatur. Etsi enim exem-

plum subjectum sit jurisdictionis proprie sic dictæ; tamen Cæsarem etiam de quibusdam caussis cognovisse, vel Ligariana caussa docere potest.

EXCURSUS III

AD CÆSAREM, Cap. 45.

Usum... *lato clavo....* *super eum cingeretur.* Magna est difficultas in eo, quod Cæsar *super latum clavum cingi* dicitur solitus. Nam Rubenius aliique capiunt de cingulo, quo ille tunicam constrinxerit, quod alii non fecerint. Grævius autem de præcinctione togæ intelligit, et sic duabus tantum rebus notabilem et diversum ab vulgari consuetudine cultum facit, nempe tunica manuleata et fimbriata, et cinctura togæ laxiori. Ceterum non diffitetur, *super tunicam cingi* esse inusitatum loquendi genus; neque apparere, quare hac cinctura super tunicam notabilis fuerit, quum omnes laticlavii super latum clavum cingerentur. Burmannus autem nihil nobis hic suæ animadversionis dedit. Est haud dubie probanda Græviana ratio in eo, quod dupliciter tantum Cæsaris cultum ut notabilem describi dicit, nempe modo tunicæ et modo ejus cingendæ, et quod illud *cingeretur* de præcinctura togæ capit: idque manifestum est ex eo, quod verba, *et quidem*, cogunt referri *laxiore cinctura* ad *cingeretur*, idque positum est pro adverbio *laxius*, quod simpliciter ponere potuisset Suetonius. Denique Sullæ dictum necessario postulat hoc, ut de præcinctione togæ capiamus: alioqui ab re ipsa abhorreret. Restat igitur hoc unum, ut quæramus, quomodo illud *super eum* explicari possit commode, ut aliquod genus cingendi intelligatur, quod discrepet a vulgari cingendi consuetudine. Forte sic cingebatur, ut tota, sive, ut Oudendorpio placet, prope tota, tunica tegeretur, nec latus clavus in pectore cerneretur. Nam alioqui sic cinctos fuisse certum est, ut clavi cerni possent. Quorsum enim lauti homines valde latos fecissent, ut est apud Ciceronem, si cerni non possent, sed toga toti tegerentur? Si ergo sic cingi solitus est, ut ea pars lâti clavi atque adeo tunicæ, quæ vulgo adspectui pateret, cinctu tegeretur, recte sane dici potest, super latum clavum cinctum fuisse. Sed hoc doctioribus in hoc genere judicandum relinquimus.

EXCURSUS IV

AD CÆSAREM, Cap. 46.

Tessellata *et sectilia pavimenta.* Breitingerus, Vir doctissimus, e Vitruvii VII, 1, ostendit, ea non nisi crustularum figura, distincta fuisse: *tessellata* fuisse structa quadratis: *sectilia* autem variarum figurarum crustulis. Ab utroque autem musivum opus distinguit, idque numquam in pavimentis, sed in cameris, usurpatum dicit. De tessellatis et sectilibus adjuvatur nominibus ipsis. Nam tesseræ lusoriæ sunt quadratæ, earumque angulos facit Vitruvius omnes æquales. Sectilibus autem Vitruvius attribuit trigona, rhombos, hexagona. Sed multa tamen contra dici possunt. V. g. tesserulæ sunt in opere vermiculato, ut patet e versu Ennii apud Cic. Or. III, 43. Sed in vermiculato opere sunt effigies et animalium; Plin. XXXV, 1. Eæque tesseræ post sub Claudio etiam cœpere pingi (Plin. l. c. modo sile marmoroso), (XXXIII, 12), modo sinopide (XXXV, 6), etiam purpura (ibid. 7). Vermiculatum opus autem olim pavimentum fuit, unde etiam apud Murat. Inscr. tom. I, p. 314, 2, *vermiculum straverunt:* sed in parietes post migravit (Plin. l. c.), idque haud dubie est opus musivum. Æqualitas autem angulorum, quam in tessellis requirit Vitruvius, non statim arguit figuram quadratam: nam etiam trigonorum et hexagonorum æquales angnli esse possunt. Itaque, ut nunc quidem est, maneo in Græviana sententia. Ceterum idem Breitingerus recte monet p. 62, ista pavimenta circumlata esse a Cæsare, ut inde et prætoria sternerentur, et fierent lithostrota ad tribunalia, quale memoratur apud D. Joannem, XIX, 3; Appian. Bell. Civ. III, pag. 173.

EXCURSUS V

AD AUGUSTUM, Cap. 31.

Pompeii *quoque statuam, contra theatri ejus regiam*, etc. *Regiam* theatri Pompeiani quam dicat Suetonius, non convenit inter Interpretes. Recte rejecit Casaubonus Torrentii sententiam, qui interpretabatur ipsum

theatrum, regale opus. Nam sic positus illius statuæ satis definitus non esset. Casaubonus dicit, præter alia magnifica opera, theatro circumdata, etiam additam domum magnificam, quæ *regiæ* nomine affecta sit. Quod ego ne intelligo quidem. Qualis enim illa domus, cui usui, quis habitaret? Nihil tale in descriptionibus theatrorum occurrit. Ergo interpretati sumus, post alios veteres Interpretes, *basilicam*. Cujus interpretationis jam rationem reddemus. Maximus ornatus theatrorum extrinsecus accessit a porticibus altis et spatiosis, et columnis marmoreis suspensis. Eæ, quia olim regum palatiis ornandis additæ, *basilicæ* dictæ. Zosimus quidem, lib. V, cap. 2, Rufinum tradens, plebis demulcendæ caussa, ædificasse magnificentissimam *basilicam*, appellat *βασιλικὴν στοάν*. Numi autem, qui basilicarum formam exhibent, nihil nisi porticuum speciem exprimunt. Talis ergo porticus sustinebat, ut opinor, extrinsecus ædes impositas gradibus theatri Pompeiani, et propter inusitatam altitudinem magnificentiamque *basilica*, sive *regia theatri* dicebatur. Etiam apud Plinium, Epp. X, 48, sunt *basilicæ circa theatrum*. Ad certam quidem partem theatri fuisse, illud indicat, quod Suetonius locum statuæ, Pompeio positæ, ita designat, ut e regione basilicæ fuisse dicat. Qui locum Plutarchi in Pompeio p. 648 laudarunt, ut *domum* inde exsculperent, aut non inspexerunt locum, aut non intellexerunt. Nam, quæ ibi commemoratur domus, est ea, quam sibi post exstructum theatrum ædificavit. Nam addit Plutarchus, fuisse quidem lautiorem ea, quam ante habitasset, sed tamen mediocrem, nec invidendæ magnificentiæ, idque dicto ejus probat, qui post Pompeium habuit. Contra mirifice nostram sententiam adjuvat locus, qui laudatur ex Asconio ad Cic. Or. pro Scauro: « In hujus domus atrio fuerunt quatuor columnæ marmoreæ, quæ nunc esse in regia theatri Marcelli dicuntur. » Hic vides etiam alia theatra, v. c. Marcelli, regiam habuisse; deinde in ea fuisse columnas marmoreas, quæ manifeste porticum indicant. Etiam Statius, Silv. I, 1, 30, basilicam Paulli *regiam* vocat: *belligeri sublimis regia Paulli*.

EXCURSUS VI

AD AUGUSTUM, Cap. 47.

Provincias *validiores*........ *ipse suscepit*, etc. Strabonis lib. XVII extr. verba de hac re Latine ex nostra interpretatione sic habent; nam in vulgatis pessime aliquot locis versa sunt: « Ab initio fecit *duas consulares* provincias: *Africam* quidem, quoad est sub Romanorum po-

testate, excepta nempe ea, quæ ante Jubæ, nunc Ptolemæo filio, paret; et *Asiam*, intra Halyn amnem, et Taurum montem, exceptis Galatis et gentibus Amyntæ parentibus, Bithynia insuper et Propontide. *Decem* porro *prætorias* fecit. In Europa quidem et circumjectis insulis, primum Hispaniam ulteriorem ad flumen Bætim et Anam; deinde Galliam Narbonensem; tertiam Sardiniam cum Corsica; quartam Siciliam; quintam et sextam Illyricum, quod est finitimum Epiro, et Macedoniam; septimam Achaiam ad Thessaliam usque, et Ætolos, et Acarnanas, et quasdam Epiroticas gentes, Macedoniæ finitimas; octavam Cretam cum Cyrenaica; nonam Cyprum; decimam Bithyniam, cum Propontide, et quibusdam Ponti regionibus. Reliquas provincias habet Cæsar, in quarum nonnullas mittit præsides e Consularibus, in nonnullas e Prætoriis, in nonnullas denique etiam ex ordine equestri. » Dio autem, lib. LIII, pag. 503: « Senatui populoque Africa, Numidia, Asia; et cum Epiro Græcia, Dalmatia, Macedonia, Sicilia, Creta, Cyrenaica, Bithynia cum Ponto adjacente, Sardinia et Bætica, datæ sunt. Cæsaris autem factæ Hispaniæ, quod reliquum erat, ut Tarraconensis et Lusitania, tum omnis Gallia, Narbonensis, et Lugdunensis, et Aquitanica, et Celtica, cum iis populis, qui eorum coloni essent. Nam Celtæ quidam, quos Germanos vocamus, omnem Celticam Rhenanam obtinentes, fecerunt, ut Germania diceretur superior, quæ est ad Rheni fontes, inferior, quæ usque ad Oceanum Britannicum extenditur. Hæ igitur provinciæ, et Cœlesyria, et Phœnice, et Cilicia, et Cyprus, et Ægyptus, Cæsaris fuerunt. Postea vero Cyprum et Galliam Narbonensem populo reddidit, pro iisque Dalmatiam sumsit. » Qui hæc duo loca inter se conferent, non omnino inter se consentire reperient: cujus rei caussa est mutatio provinciarum subinde facta. Sed hæc accuratius exsequi non est jam instituti nostri.

EXCURSUS VII

AD AUGUSTUM, Cap. 58.

Patris *patriæ cognomen*, etc. Rem, quæ hic traditur, factam esse Non. Febr., in eo, auctore Ovidio in Fastis, omnes consentiunt. Confirmat etiam nobilis inscriptio apud Gruterum, pag. 136, n. 2, in qua tamen mensis non exprimitur. Nam sigla *N.* non significat *Non.* sed *Nefastum* diem, ut docet Perizonius, Anim. Hist. p. 313. Sed de anno ambigunt. Vulgo referunt ad A. U. DCCLVIII. Quare? quia eo anno Messala Consul fuit. Quæ ratio imbecilla est. Nam etiam A. U. DCCLI no-

men Messalæ in Fastis occurrit. Sequenda est igitur inscriptiu laudata, quæ factom esse docet Augusto XIII Consule; qui consulatus incidit in A. U. DCCLII. Vide plura apud Perizonium l. c. Non autem video, quare necesse sit statuere, Messalam, Consulem, Senatus nomine Patris patriæ nomen Augusto detulisse, quum taceat Suetonius. Quia ipse Augustus Consul erat, res potuit a Senatu mandari superioris anni Consuli, qui orator esset. Sed alia est inscriptio apud Gruterum, p. 226, n. 6, laudata a Casaubono ad h. l., in qua Augustus Cos. XI Pater patriæ dicitur. Casaubonus putat, eam inscriptionem emendandam, aut falsam judicandam esse. Sed, scilicet, de hac inscriptione idem dicendum, quod de nummis, qui *Pater patriæ* nomen habent ante A. DCCLII, nempe, privatorum adulationem, vel pietatem esse, non autem decretum publicum Senatus. Sæpe hoc in Imperatoribus, etiam Germanicis, factum est, ut vel honoris vel consuetudinis caussa iis a privatis aut imperitis tituli tribuerentur, qui iis proprie non conveniebant, quosque ipsi non usurpabant. Exemplum præbent numi Vespasiani majoris, in quibus, statim initio imperii, reperitur cognomen Patris patriæ, quod tamen, auctore Suetonio, cap. 4, sero recepit. Inprimis provinciales solebant Imperatoribus titulos tribuere, quos superiores Imperatores usurparant, quum ipsi non adscivissent. Ex quo genere sunt, ut Pagio placet, Inscriptiones provincialium, quæ Constantino M. pontificatum m. tribuunt, quem ille non assumsit. Vide Pagii Crit. Bar. ad a. III. Ern. Plures errores sunt in posteriore parte hujus animadversionis, recteque de ista inscriptione apud Grut. judicat Casaubonus. Wolfius.

EXCURSUS VIII

AD AUGUSTUM, Cap. 74.

Acroamata. De *Acroamatis* dicere quædam statuimus, quia nobis videntur Viri docti nondum satis justis finibus descripsisse vim hujus verbi. Ac primo *negamus* id, quod plerisque video placere, nuper etiam Gesnero, in Thesauro Linguæ Lat. *acroama Latinis dici de re*. Omnia exempla usurpati hujus verbi, quæ in illo ditissimo Thesauro reperiuntur, manifeste sunt de personis. Manutius, ad Ciceronem pro Sextio, c. 54, ut duceat, de re dici *acroama*, affert locum Ciceronis pro Arch. cap. 9, qui locus plane contrarium docet. Nam Themistocles interrogatus, *quod acroama* libentissime audiret, respondet: *a quo* sua virtus optime prædicaretur. An hoc de re capiendum? Non: sed de homine.

Profert deinde locum ex Aristotelis Ethicis, ubi ἀκρόαμα et ὅραμα junguntur, de rebus jucundis auditu et visu. Sed primum non quæritur, quomodo in philosophia ἀκρόαμα dicatur, sed quomodo in usu populari et quotidiano, apud historicos, oratores et poetas; deinde, de Latina consuetudine maxime. Nam apud Græcos ἀκρόαμα etiam de rebus dici, non ignoro. Xenophon etiam in Hierone ἥδιστον ἀκρόαμα vocat laudem, quam in Memorr. Socr. II, 1, ἥδιστον ἄκουσμα vocat. Sed Latini similiter *acroama* non usurpant. Ego quidem, etsi diligenter attendi, nullum adhuc locum invenire potui, ubi de re dictum sit. Manebit itaque id, quod posuimus, dum exempla idonea proferantur. Isidori autem auctoritas apud me nihil valet contra perpetuum usum bonorum scriptorum. Sunt igitur *acroamata*, *quicumque sive in theatro, sive in convivio, voluptatis caussa, audiuntur*, musici omnes, et scurræ, moriones, qui cantu nervorum, tibiarum et vocum, facete ridiculeve dictis, recitatione etiam aliqua, delectant aures. Hæc manifesta sunt exemplis a Viris doctis ad h. l. et in Lexicis prolatis. Hoc nostro loco *acroamata* Gesnerus interpretatur de musicis: non male, quando satis evidens est in hanc rem locus Macrobii, Saturn. II, 4. Sed ex eodem loco patet, etiam alia genera acroamatum interposita fuisse, velut scurras, similesque homines, quos hic quoque intelligendos puto. Atque de hoc posteriori genere capio etiam *festivum acroama*, quod e convivio corollarium aufert apud Ciceronem, Verr. IV, 22. Probat hæc Oudendorpius, qui et laudat Intt. ad Eginhardum, Vit. Caroli M. c. 24. Ern. Hæc multo doctius erant deducenda: aliquid etiam falsum inest. Nam apud Ciceronem quidem, pro Arch. c. 9, verbum valet Græco usu, quo Xenophon et alii *semper* de *re* dicunt ἀκρόαμα et ἄκουσμα. Scriptum enim sic est: « Quod acroama *aut cujus vocem* libentissime audiret. » — *Ejus, a quo*, etc. Adde, quod ex Themistoclis, i. e. Græci hominis, verbis hæc Latina facta sunt. Wolf.

EXCURSUS IX

AD TIBERIUM, Cap. 16.

Delegatus *pacandæ Germaniæ status*. In hujus loci Latinitate primus hæsit Casaubonus, quod putaret dicendum, *delegatus pacandus Germaniæ status*, aut, *delegatus pacando Germaniæ statui*. Burmannus secutus hujus auctoritatem, negavit hæc Latina esse: non *statum delegari*, sed *munus, negotium status* componendi, vel *pacandæ Germaniæ*. Itaque conjicit: *Data rursus tribunitia potestate in quinquennium, dele-*

gatus Germaniæ pacandæ statim: quodsi cui displiceat, jubet posteriorem Casauboni emendationem sequi. Videamus, quid rei sit. Burmanni emendatio duabus de caussis probari non potest. Nam primo Suetonius vult commemorare honores habitos Tiberio. In bis primo loco ponenda erat tribunitia potestas iterum data: subjecit potestatem extra Urbem: denique missos ad eum legatos, tanquam ad collegam imperii. Non igitur locum habent isti ablativi *Data potestate;* deinde illud *statim* frigidissimum est. Atque etiam elegantia quædam perit, si probemus illud Casauboni *delegatus*, scil. Tiberius, *pacando Germaniæ statui*, sublata similitudine membrorum, quam Latini elegantiores et Suetonius curiose sequuntur. Neque necesse est, eam relinqui, Latinitatis caussa. Nam, quidquid Burmannus dicat, *res ipsa* non minus potest *delegari*, quam *munus, et negotium rei curandæ:* in qua forma *delegare* est *permittere*, *attribuere*. Id his exemplis intelligitur. In XII Tabb. *pecunia delegari* dicitur de solutione pecuniæ. Cicero, pro Dom. c. 7, *Delegavi amico locupletiori*, scil. Pompeio: quidnam? *frumenti copiam et annonæ vilitatem*, quæ petebatur a Cicerone: nam hoc ante dixerat; h. e. munus frumentariæ rei et vilitatis efficiendæ. Liv. X, 19, *Omnis rei bene aut secus gestæ decus aut dedecus ad L. Volumnium delegatum*, h. e. translatum, Volumnio permissum, attributum. Porro, quoties *bellum* dicitur alicui *delegari* apud Livium et alios, pro cura belli? Quodsi *homo occidendus delegari* potest, Calig. c. 57, h. e. negotium hominis occidendi; cur non et *status pacandus?* Itaque adeo non hæsit in hujus loci Latinitate magnus Gronovius, ut ad eum potius conformare tentarit locum Livii, XXIX, 20, ubi vide. Sed difficultas est quædam, quod non negandum, in eo, quod dicitur *status Germaniæ pacandæ:* nam *status componi, pacari* dicitur, non *status pacandæ Germaniæ*. Itaque probem primam illam Casauboni conjecturam, *pacandus Germaniæ status:* nisi forte ὁμοιοτέλευτα fugiens Suetonius sic dixit, de more poetarum, quibus nil frequentius tali modo loquendi, ut sit sensus: *permissus est ei status Germaniæ, ut eam pacaret.* Ovid. Fast. IV, 739, *Et tegat ornatas longa corona fores.* Coronæ ornant fores nondum ornatas. Ergo longa corona tegit fores, ut sint ornatæ, ornandi caussa. Etiam in Cæsare Suetonius, c. 20 dixit, *locatio novorum vectigalium*, pro, locatio nova vectigalium. In Claudio quoque, c. 29, *datorum officiorum codicillos* possis capere pro, *datos officiorum codicillos*.

EXCURSUS X

AD TIBERIUM, CAP. 26.

TERTIUM (*consulatum*)... *usque in Idus Maias gessit.* Hic locus dupliciter reprehenditur a Viris doctis. Primum ex Inscript. Grut. XXVI, 9, ubi sacrificium dicitur factum XII Kalendas Mai., Germanico Cæs. II, Lucio Sejo Tuberone Coss. A. U. DCCLXXI. Nam Germanicus habuit in consulatu II collegam Tiberium Cos. III. Ergo, aiunt, Tiberius tertium consulatum non potuit ad Idus Maias gessisse, si ei Tubero jam ante Kalendas Maias suffectus fuit. Unde Cuperus legi volebat, *usque in Idus Martias:* vide Almelov. Præfat. ad Fastos, et Burmann. ad h. l., qui se vehementer torquet in hac difficultate tollenda, eamque doctioribus tollendam relinquit; sibi enim non satis liquere. Sed tota illa difficultas commentitia est, et ita inanis, ut mirari satis nequeam, quomodo ea in mentem venire tam doctis Viris, aut quomodo eam non facile tollere potuerint. Nempe hic manifeste sermo est de tertio consulatu in principatu gesto, qui est quintus numero, gestus A. U. DCCLXXXIV cum Sejano, de quo agitur c. 65. Ille autem tertius, quem cum Germanico Cos. II gessit, est primus in principatu susceptus, paucis, ut ait Suetonius, diebus gestus, et quidem a Kalendis Januar., adeoque illo ipso mense depositus. Altera difficultas movetur ex Inscriptione Nolana apud Gruterum, pag. 1087, n. 1, a Norisio, in Ep. Consul. pag. 404 (tom. XI, Thes. Ant. Græv.), ubi Tiberio Cons. V suffectus dicitur Faustus Cornelius Sulla VII Idus Maias. Pagius ad h. a. putat, Suetonium Idus absolute ponere, ut fit a scriptoribus medii ævi. Id recte repudiat Grævius, qui numerum apud Suetonium excidisse putat. Si a Suetonio est vulgata lectio, major esse debet ejus, quam lapidis, auctoritas; neque debet cum Norisio erroris argui: quippe ille inspexit fastos publicos, quorum unica fides. Adjuvatur etiam hoc, quod suffecti Coss. fere Kalendis, Nonis et Idibus, rarissime diebus intermediis, nisi forte mortuo aliquo Consule, inierunt magistratum. ERN. Etiam hoc mutatum est sub Principibus; nihilque verisimilius, quam notam *VII* post *IN* excidisse. WOLF.

EXCURSUS XI

AD TIBERIUM, Cap. 34.

Tresque *mullos*, etc. Burmannus videtur hunc locum ita cepisse, quasi singuli mulli XXX millibus emti sint, quod esset sane incredibile. Tres mulli ab aliquo ganeone hac summa emti sunt, ut in singulos dena millia convenirent. Atque hæc summa non est incredibilis. Nam si pretium a quinque millibus potuit augeri ad octo millia; cur non etiam ab octo millibus ad decem? Quod ad dubitationem e Tacito motam attinet, ibi etiam *familiæ* mentio fit, quæ hic nulla est. Ergo Tacitus potuit etiam annonam omittere, quam Suetonius memorat. Scriptores in talibus rebus non sunt nimis diligentes; nec opus est omnes species in talibus rebus commemorare. Sufficit, genera tradi: delectus partium enarrandarum arbitrarius est; ideoque in harum una et item altera tradenda optimi scriptores in omni genere historiæ variant, neque is proprie dissensus dicendus est. Quamquam ibi Tiberius non queritur, sed Senatores, neque tum quidquam, de luxu moderando, decretum; ut adeo non de eadem re ac tempore apud Suetonium et Tacitum agatur. Atque etiam Suetonius diserte *annonæ* et *macelli* mentionem facit. Nam quod Burmannus putat, a verbo *annonamque* novam periodum incipi videri, eamque ob caussam legi posse *annonam quoque;* primo non necesse est τὸ *quoque* substituere τῷ *que;* nam etiam hoc initio periodi stare potest, et sæpe quum ab aliis, tum a Suetonio ponitur, ut ad Neronem c. 38 docebimus: deinde etiam novum verbum requireretur, a quo sustineretur *temperandam*. Nunc manifestum est, e Suetonii mente, Tiberium, conquestum de pretiis Corinthiorum et mullorum, censuisse, modum supellectili adhibendum, et annonam macelli *temperandam* quotannis, h. e. ad formulam certam et moderatam redigendam. Ern. Conf. item quæ Ernestius monuit ad Tac. Ann. III, 52. Wolf.

EXCURSUS XII

AD TIBERIUM, Cap. 35.

Sub *Kalendas Julias*, etc. Omnis res pecuniaria alligata erat Kalendis mensium; unde etiam usuræ, locaria et similia pecuniarum genera ad menses computabantur, quum apud nos ratio annua obtineat. Itaque pecuniæ sub usuris locatæ Kalendis. Horat. Epod. II, extr. Opera ædificanda locata, et conducta Kalendis, et exacta iisdem, non secus ac pecuniæ; aut, si quid dilationis daretur, Nonis, Idibus: vide Cic. Verr. I, 56. Vectigalia locata a Censoribus Kalendis, et quidem Martiis, ut patet e Macrob. Saturn. I, 12. Etsi autem tantum mensis Martii mentio l. c., tamen analogia moris Romani et censorii Kalendis factum suadet credere: nisi, quod lib. XV Digest. de publican. Iduum Martiarum mentio fit, Idibus potius id factum, quia etiam Consules, qui eodem mense quondam dicuntur magistratum auspicati esse, Idibus Martiis auspicati sunt (Liv. XXIII, 20; XXVI, 1; XXVII, 7). Fundos porro et prædia rustica Kalendis locata et conducta, Brummerus docet, Diss. de Locatione et Conductione. Jam, quod ad locationes ædium separatim attinet, quum non credibile sit, in singulos menses esse conductas, propter periculum subito emigrandi, quod menstrua ratio afferret, ei rei dictæ sunt Kalendæ Juliæ, vel solæ, vel cum Januariis; quæ sunt duo utrinsque semestris initia. Sed Kalendarum Januariarum nulla in hac re mentio, nec eæ, propter plures caussas, inprimis illius temporis frigus, aptæ huic rei. Kalendæ autem Juliæ videntur delectæ esse, si quidem consilio res constituta est, quod tum feriæ publicæ propter messem. Ceterum potuit accidere, subitis et inopinatis caussis, ut modo citius, modo tardius ædes locarentur: semper tamen dies Kalendarum servatus.

EXCURSUS XIII

AD TIBERIUM, CAP. 37.

ABOLEVIT *et vim moremque asylorum*. Quod dieunt, Suetonium errare, qui abolita asyla omnia tradat, quum Tacitus Ann. III, 60, modum tantum præscriptum doceat, haud dubie ex actis publicis; in eo aliter sentio. Quomodo enim potuit Suetonius, tam diligens scriptor, errare in re ea, quam non minus, quam Tacitus, posset ex actis cognoscere, qui etiam Tacitum in manibus haberet. Atque si alteruter erravit, quæ est caussa, quare Suetonius potius errasse, Tacitus potius, quam Suetonius, acta consuluisse dicatur? Sed Viri doctissimi non satis attenderunt ad Latinorum consuetudinem loquendi. Nempe, etiamsi non omnia asyla omnino abolita, ita tamen jus illud coercitum, ita ad res paucas restrictum, iis denique conditionibus adstrictum, ut nemo fere auderet jus illud usurpare, idque adeo pro abolito haberetur. Nomen asyli igitur relictum erat templis, *vi ademta*; nec aliud Suetonius abolitum dicit, quam *vim asylorum*. Exemplum simillimum est in tribunatu plebis vetere. Eum sublatum fuisse dicunt scriptores veteres a Sulla, restitutum demum a Pompeio, lege, quam tribunitiam Cicero vocat. Atqui Sulla tribunatum ipsum non sustulit, sed, merum nomen ut esset, fecit, *vi ademta*, ut loquitur Livius in alia re simili, I, 17, sive, *imago sine re*, ut Velleius de hac re dicit, II, 30. Nam eum modum potestatis tribunitiæ fecit, ita in paucis rebus intercedendi potestatem Tribunis reliquit, ut vix auderent Tribuni plebis intercedere in ulla re, ne contra legem Corneliam intercessisse, etiam per calumniam, arguerentur, ut accidit Opimio apud Ciceronem, Verr. I, extr. Itaque sublata vis et mos tribunitiæ potestatis vere dici poterat, etsi Tribuni plebis essent nomine. Similiter ergo, quum asylorum nonnullorum nomen superesset, usurpareturque, tamen recte a Suetonio dici potuit Tiberius, *vim* pristinam asylorum, et *morem* juris asylorum in quacunque re usurpandi abolevisse. Idem statuit Oudendorpius. ERN. Nempe nihil pugnat Suetonius cum Tacito, si apud illum legamus *vim*, quod multi et probati codd. habent: secus est, si retineas *jus*, quod ab Ernestio in utraque editione relictum erat, etsi in hujus Excursus titulo veram lectionem secutus est. WOLF.

EXCURSUS XIV

AD TIBERIUM, Cap. 41.

Decuriæ *Equitum*. *Decurias judicum* intelligi monuimus in nota ad h. l. Eam sententiam latius explicabimus, et simul ad dubitationes contra eam motas respondebimus. Primum igitur satis constat, *Cæsareæ potestatis partem esse, judicum decurias recognoscere et supplere*. Itaque ea res *actus rerum* Suetonio vocatur, et sæpe ab Imperatoribus facta commemoratur. Aug. c. 29, *quo loco jam senior sæpe etiam Senatum habuit, decuriasque judicum recognovit*. Conf. c. 32. Claud. c. 15, *quum decurias rerum actu expungeret*, etc. Conf. Tiber. c. 51, etc. Hinc statim concidit dubitatio Phil. a Turre (Monum. vet. Ant. p. 51), repetita a Burmanno, quod judices lecti sint a Prætore. Nam id liberæ tantum reipublicæ temporibus factum est, posteaque jus illud ad Imperatores translatum. (Obiter etiam Jac. Gronovius refellendus, qui lectionem judicum olim censorium munus fuisse putat ad Tac. Ann. III, 30). Jam nec illud negari potest, *Cæsares* etiam *Equites recognovisse*, potestate ac loco Censorum; diserte Suetonio tradente de Augusto, c. 38; Calig. c. 16; Vespas. c. 9, etc. Ac de Equitibus quidem proprie *centuriæ* dicuntur antiquiori Latinitate: sed tamen etiam *turmæ* (Aug. l. c.), et *decuriæ* apud Tacitum, Ann. III, 30. Nam ibi de Equitum recensu, non judicum, sermonem esse inde patet, quod is tribuitur privato: nullum autem locum proferri posse arbitror, ubi decuriæ judicum a privato recognitæ dicantur. Unde fit, ut verba ipsa, *decuriæ Equitum*, in se nullum argumentum in utramque partem suppeditent. Nam si quis vellet dicere, *decurias judicum* dicendas fuisse, si de iis sermo esset, non Equitum, ei primum responderi posset, aut hoc, quia judices iidem Equites fere essent, decuries Equitum de judicibus dici potuisse; aut *Equitum* verbum a glossatore adjectum. Sed neutro opus. Etenim etiam apud Tac. Ann. XIV; 20, extr. *Equitum decuriæ* manifeste sunt de judicibus: *An.... decurias Equitum, egregium judicandi munus, expleturos*, etc. Ergo, quum verba ipsa non sufficiant ad rem definiendam, aliud reperiendum est, unde dirimi caussa possit. Primum ergo argumentum pro nostra sententia ducitur e verbo *suppleri*t, quod de Senatu et judicibus dici solet, non de Equitibus, quorum certus numerus tum non fuit, ut mortuis aliis novi allegendi fuerint. In Equitum recognitione hoc maxime spectatur, utrum servandus quisque in ordine sit, an movendus. Itaque nec *allegi Equites*

dicuntur, sed Senatores et judices. Tiber. c. 51. Alterum argumentum hinc duci potest, quod Suetonius hic eas tantum partes imperii exercendi commemorare voluit, quæ maxime necessariæ essent, curarique, nisi ab ipso Imperatore, non possent. Atqui tale est judicum supplendorum negotium: Equitum recognitio privatis mandari potuit, ut vidimus. Tum quæ ratio esset, si de censorio illo munere dicere voluisset, quare non potius de Senatu ab ipso non lecto et suppleto, aut saltem de eo quoque diceret? Ita arbitror satis liquere, de judicum decuriis hic sermonem esse, non Equitum. Oudendorpius tamen vulgari opinioni adhæret, intelligitque Equites in usum rei militaris. Sed quis hoc docebit, Imperatores supplevisse Equites, qui e sociis essent? Quod porro dicit, non solos Equites judicasse, id est verum: sed tamen usus loquendi tulit, ut Equitibus simpliciter tribuerentur judicia. Sic idem Tacitus, Ann. II, 35: *Ut absente principe Senatores et Equites possent sua munia sustinere.* Adde Plin. Hist. Nat. XXXIII, 2. Ern. In eamdem sententiam concessit Ruhnkenius. Sed nititur vulgaris ratio argumentis minime contemnendis: primum, quod Suetonius aliis omnibus locis, ubi de judicibus loquitur, *judicum decurias* dicit, nusquam *Equitum*; deinde, quod illo toto capite agit de re militari, cujus curam minus impune quam judiciariæ abjicere talis princeps potuit: denique *suppleri* cur non dicatur pars exercitus, quum et *legiones* dicantur *suppleri*? Wolf.

EXCURSUS XV

AD TIBERIUM, Cap. 46.

Comites *peregrinationum expeditionumque*, etc. *Comites magistratuum provincialium* quondam, liberæ reipublicæ temporibus, dupliciter dictos reperio apud Ciceronem. Nam, interdum eo nomine intelligi video eos, qui cohortem prætoriam constituant, præfectos, medicos, scribas, accensos, haruspices, præcones, ut omnes sciunt. Sed ab hoc genere comites hi Tiberiani originem ducere non potuerunt. Neque hinc orta illa, quæ interdum *cohors Cæsaris* dicitur, v. e. apud Tac. Ann. VI, 10. Nam illud genus datum publice et ductum necessario habuitque publice constitutum salarium, neque in amicorum, sed ministrorum numero fuit. Sed comitum nomine etiam, et quidem magis proprie, dicuntur amici, propinqui, philosophi, grammatici, qui cum magistratu in provinciam proficiscuntur, ut cum eo habitent, cœnent

(unde c. 61, *convictores Græculi*, quibus Tiberius maxime acquiescebat), otiumque ejus suaviter fallant. Qui mos est valde antiquus. Nam qui Romæ, domi suæ, habebant alebantque doctos homines, inprimis philosophos et grammaticos rhetoresque, hi eos secum in provincias et expeditiones ducebant, ut alios doctos homines, amicos sibi et familiares. Sic Africanus secum comitem duxit Polybium et Panætium. In Cæsaris comitibus fuit Matius, nullo munere militari, sed tantum consuetudinis cum eo habendæ caussa. Sic *Germanici comites et amici* sunt apud Tac. Ann. III, 13. In his fuere Vitellius, Veranius, etc. ibid. c. 10. Conf. Suetnn. Ner. c. 5. Atque etiam privati, nobiles et locupletes viri tales homines alebant, et peregrinantes secum in comitatu ducebant, non modo liberæ reipublicæ temporibus, sed etiam sub Cæsaribus, ut e lepido illo Luciani Dialogo patet, de mercede conductis. Ab hoc igitur genere nati et ex hoc genere sunt comites Tiberii, de quibus hic sermo, non e priori illo, ut vulgo putant. (Vide Burmann. de Vectigal. P. R. p. 115). Sic c. 56, *Grammaticus* dicitur e *contubernio remotus*. Conf. c. 70. Augustus saltem, ut ex hoc loco facile colligitur, his comitibus suis salaria menstrua dedit, aliisque commodis auxit. Nam Julius Cæsar tantum fortuitis et arbitrariis commodis auxisse videtur. Tiberius, parcior, hoc omisit, et tantum cibaria, puta, frumenti certum modum (Cic. Verr. III, 46), dedit. Quod autem Tiberius tres comitum ordines fecit, id singulare est, nec perpetuum fuit. Nam satis, opinor, contextus docet, eum hanc distributionem fecisse tum demum, quum pecunia ipsis esset distribuenda, ne omnibus idem daretur: ea distributione autem facta, illud classium discrimen non mansisse. Tantum abest, ut cum Seldeno ad Marm. Oxon. p. 114, ab hoc instituto ductam credamus illam a Constantino institutam comitum in tres ordines distributionem, de qua Eusebius in Vit. Constant. II, 31. Sic judicat etiam Gothofredus, lib. I Cod. Theod. de Comitibus et tribb. schol. p. 100, quem vide. Sed occurrunt etiam *amici et cohortes amicorum*, ut dixi, *quæ non sunt peregrinationum et expeditionum*, sed *urbanæ* et *aulicæ*, de quibus Lipsius agit ad Tac. Ann. VI, 9, ubi tamen, ut alii, hæc duo genera confundit, etsi ex illis ipsis amicis urbanis comites lecti. Quod in his quoque ordines et gradus commemorantur, id non hanc vim debet habere, ut credamus, classes proprie sic dictas fuisse; sed est modus loquendi, quo etiam de privatis utimur et uti possumus. Quis enim omnes amicos suos eodem numero habet? et quis non alii plus credit alio? Itaque etiam Curtius ad Græcos, nominatim amicos Alexandri, illas aulæ Romanæ formulas tradnxit, et *cohortem primam amicorum*, et alia similia dixit, unde etiam de hominis illius ætate conjecturam capere licet. Atque etiam paullatim sub Cæsaribus mutatam rationem amicorum et comitum arbitror. Nam sub Vespasianis v. c. et sequentibus Imperatoribus amici et comites lecti sunt de Senatu, ut e Tito, c. 40, patet, et ordine equestri: et fuere consilium quoddam principis privatum, quod in consiliis capiendis, in caussis cognoscendis adhiberet, ut patet e Spar-

tiani Adriano, c. 18, ad quem videndus Salmasius, ut et ad Pollionis Macrinum extr., quo tamen melius distinxit duo illa genera comitum Casaubonus ad Spartiani eundem locum. Tales autem comites Tiberii fuisse non arbitror: sed tales, quales supra dixi, etsi ipse initium hujus rei postea videtur fecisse, c. 55: nec doceri posse arbitror, eos temporibus illis e summis ordinibus lectos, et consilium privatum Tiberii fuisse. His animadversis, studiosi accuratius poterunt in isto loco de amicis, comitibus et cohorte principum versari, qui nondum, quod sciam, satis distincte tractatus et expositus est.

EXCURSUS XVI

AD TIBERIUM, CAP. 72.

Castrensibus *ludis*. Torrentius *castrenses ludos* sic descripsit: « qui a militibus, illic in statione positis, more castrensi, edebantur: » scilicet, non ut dixisse aliquid videretur, sed ne taceret omnino. Secuti Interpretes maluerunt plane tacere, forte, ut intellexisse viderentur, quod non poterant explicare. Ex sequentibus intelligas, *venationem* fuisse. Nam *arena* et *aper* commemorantur. Hoc genus aptissimum castris. In Amphitheatro porro isti ludi editi sint necesse est, quia Tiberius edito loco sedet, atque inde spectat primum, deinde jacula mittit. Amphitheatrum quidem Atellanum commemoratur infra, c. 76. Potuit ergo etiam Circeiis esse. Ac video quidem, Nardinum commemorare Amphitheatrum castrense, sed quod Romæ fuerit, nempe in castris prætorianis, Rom. Ant. IV, 2, p. 157, in quo milites se putat cædendis bestiis exercuisse: sed de sola conjectura. Addit hos ludos aliquando Circeiis habitos, quum Tiberius ibi esset. Hoc, Italice dictum, non intelligens Borrichius, in Facie Urbis Ant. c. 7, Tiberium, ait, aliquando hos ludos transtulisse Circeios; unde exscripsit more suo imperitus compilator Pitiscus. Et Amphitheatrum quidem Romæ fuisse in castris prætorianis, credo et scio: mentio ejus etiam apud Herodianum. Claudius etiam ludos gladiatorios in castris prætorianis edidit quotannis, in memoriam accepti ibi imperii, ut Suetonius tradit in Claudio, c. 21: sed primo, illud Tiberii jam ætate fuisse, dubitari potest; deinde, si fuit, Amphitheatrum quidem castrense dici potuit; sed non *ludi* statim *castrenses*. Sed in hoc quoque faciles simus, ut ludos omnes ibi editos ita dictos credamus: quid Circeii ludi castrenses? Nulla ibi castra. Statio militum parva ibi esse potuit, sed quæ nec

castra ampla, nec Amphitheatrum haberet. Unde ergo ibi ludi castrenses? Facile quidem patet, istos ludos tum casu actos esse, non Roma eo translatos, quod injussu Tiberii fieri non potuisset. Hos ludos autem injussu ejus celebratos esse, manifestum est. Nam si per ipsum stetisset, numquam tum ludi acti fuissent. Sed quum adventus ejus incurreret in ludorum dies, consulto iis interfuit, ne morbi suspicio esset. Fateor, mihi de his ludis non liquere. *Militares ludos* a Severo natali Getæ datos, propositis præmiis, commemorat Capitolinus in Maximinis, c. 2. Sed iis milites inter se more Romano armis certarunt, ut sequentia docent. Ern. Recte, opinor, Oudendorpius et Ruhnkenius judicant, ludos hos tantum delectationis et otii fallendi caussa actos esse a militibus stationariis, in foro Circeiorum arena sparso, adeoque temere hic fingi Amphitheatrum. Wolf.

TABULA

RERUM,

QUÆ IN HOC PRIMO VOLUMINE CONTINENTUR.

FINIS PRIORIS VOLUMINIS.